

UNIVERSITY OF TORONTO




3 1761 01772304 0

Digitized by the Internet Archive  
in 2011 with funding from  
University of Toronto

Carlo Mendola

NAPOLI







126  
B898

# JORDANI BRUNI NOLANI

OPERA LATINE CONSCRIPTA

RECENSEBAT

F. FIORENTINO

VOL. I. — PARS II.

CONTINENS:

1. De Immenso et Innumerabilibus (Lib. 4, 5, 6, 7, 8).
2. De Monade, Numero et Figura.



33140  
14/4/911

NEAPOLI  
APUD DOM. MORANO  
MDCCCLXXXIV.



# JORDANI BRUNI NOLANI

## DE IMMENSO ET INNUMERABILIBUS

---

### LIBER IV.

---

#### CAPUT I.

Septem argumenta quibus Arist. et alii probant diversam esse substantiam corporum superiorum et inferiorum istorum.

Anguipedum genereose magis, furibunde, proterve,  
Invictoque gigas vultu, sub pondere vasto  
Trinacriae: audaci quondam ausus robore coelum  
Scindere, nunc pressus resupino pectore ab altis  
Collibus, hac triquetra tumulatus mole superbis;  
Impie, nempe animi petulantis proemia iactans,  
Talibus insultas superùm imperterritus (1) irae.  
Quid tollunt, stulti, (2) coelorum numina versa  
In formas hominum, et bruta trepidantia pelle,  
Cum fugerent dispersa vagi per devia Nili, (3)  
Alatos ungues, armataque brachia centum?  
Non homines potius veros, qui, viribus alti  
Ingenii, minas coeli tempore (4), repertis

(1) Il testo ha: *imperterritus*.

(2) Nel testo questa virgola e la precedente mancano.

(3) Questa virgola e le due precedenti mancano.

(4) Questa virgola manca.

Mundum ultra mundis, ultra laquearia picta,  
Quae totum claudant, reprimantque haec ora recurva  
Luminibus tantis, (1) oculataque arce superne;  
Unde Deum solium est fictum, rigidumque tribunal?  
Horum ego victorum, qui mentis lumine tanto  
Non metuunt umbras, terram substento feracem  
Pectore, et ut pedibus Libycum conculco gigantem,  
Quidquid sustentat gyranis nomine coeli,  
Et quodcumque poli cernit versum ora latentis;  
Ionium Aloniumque fretum quatiendo supinus,  
Divite terrarum dextra, laevaue prehendo  
Reginas Graiam, atque Italiam, quas lumine bino  
Contueor, per quas vanescunt moenia Olympi,  
Per quas alma parens Astrum est mostrataque Tellus,  
Marmoreo radios mittens versum aethera dorso.  
Verum igitur coelum vastis comprehendo lacertis,  
Et quantum decus est mundo, stellaeque tuentur.  
Ergo se nostro submittant pondera Athlantis.  
En modo de solis prospectanti eminus arce  
Pars ego sum stellae atque illustris lampadis, et quem  
Aethna premit nullus, siquidem est sine pondere tellus  
In membris comperta suis. Sic ergo solutus  
Liberque, atque hilaris non ullos cerno moventes,  
Vanida gyranum coelorum techna recessit.  
Stulta fides grave pondus Atim Enceladoque refixit,  
Insanae oppressere animae commenta Typhoeum,  
Quos magno sophiae absolvens manus intulit astro.  
Stellam ego substento, a stella substentor et idem,

(1) Questa virgola manca

Et coelum teneo, a coelo teneorque vicissim:  
Ergo se nostris submittant pondera Atlantis.

ARGUMENTUM PRIMUM DE DIFFERENTIA CORPORIS  
COELESTIS AB ALIIS.

Corporis illius conficti differentiam  
Quatuor à reliquis quinti cape nunc speciebus. (1)  
Non gravitas premit illud enim, levitas neque tollit;  
Namque grave ad medium, a medio leviusque cietur,  
Ut deorsum latis natura gravissima substatur;  
Ascensu levitate valens supereminet omne.  
Corpora quapropter sursum cita, vel cita deorsum,  
Ad proprios propria fines levitate, suoque  
Pondere mittuntur; quorum in medio aer et unda,  
Haec levis ad terram nempe est, gravis alter ad ignem.  
Sic quintum corpus, donatum sphaericitate,  
Non habet ut medium fugiat, vel ut appetat unquam.  
Materies gravis atque levis contraria sunt, ast  
Haec nihil est contra ut fugiat sursum atque deorsum.

SECUNDUM ARGUMENTUM

Totius et quoniam natura praedita pars est,  
(Gleba etenim motum quem terraque servat eundem)  
Nec toto neque parte sui descendere coelum,  
Scandere vel poterit. Quare eius parte revulsa, (2)  
Non ulla poterit motus sorte hosce imitari.

(1) Il costrutto è intricato: *quinti* va con *corporis illius conficti*.

(2) Questa virgola manca nel testo

TERTIUM ARGUMENTUM

Multam deinde fidem facit experientia multa  
Tempore praeterito quia tradita missa per ora,  
Ac successivis monumenta reperta sigillis,  
Sensu, ac iudicio sapientum comque (1) probata,  
Testantur nihilum mutatum, nil variatum,  
Non tantum in toto, verum neque parte superni.

QUARTUM ARGUMENTUM

Praeterea tanto nomen quod tempore traxit,  
Temporibus nostrisque tenet, tibi non mediocrem  
Efficiatque fidem. Quamvis generabile corpus  
Illud aiunt quidam : renovatur opinio vera  
Non semel aut bis vel ter tantum, at millibus, atque  
Innumeris vicibus, cum desinat indupediri.  
Nam fuerant quae vera prius neglecta, novantur,  
Atque boni studium praesens formabitur ultro.  
Quare et ab antiquo celebrata ea corpora tamquam  
Praedita natura diversa a quattuor hisce,  
Aethera Luciferumque est nomen corporis eius;  
Nomine Anaxagoras quamquam illo fertur abusus,  
Aethera qui non a cursu sed dixit ab igne.

QUINTUM ARGUMENTUM

Quin etiam genitum nil corruptumque videtur  
Posse dari, quoniam sunt per contraria, quae non

(1) Il testo ha: *conque*: la parola intera è *comprobata*.

Insunt praeterquam subiectis sic quoque latis :  
At coelum fertur gyro, ac contrarius illi  
Terminus est nusquam.

SEXTUM ARGUMENTUM

Parili ratione nec augmen (1)

Cognato adveniente capit, resolutio namque  
Dissimilis praeit hoc, quod sit tandem adsimilatum :  
Unde exstat maius cui adsimilatio facta est.  
Sed genitum nihil est ubi non contraria constant;  
Sicubi non possis genitum dare, nec dabis auctum.

SEPTIMUM ARGUMENTUM

Ulla quoque alteritas non comperietur in illo,  
Unde neque genitum quicquam reputabitur illic;  
Quandoquidem nulla est ullo sine passio motu.  
Porro naturae patientia corpora, semper  
Est operae ut vel deficient, aut augmina sumant :  
Quod patet in plantis, animantibus, atque in eorum  
Partibus, inque ipsis nihilominus est elementis.  
Nam calor et frigus quoties haec alterat, inde  
Rarescunt, crescunt, concrescunt, imminuuntur.  
Ergo ubi non genitum corpus, neque corpus adauctum est,  
Atque ubi non auctum, neque quicquam dicere passum  
Ausim : at aeternum subiectum hoc esse fatebor,  
Quidquid et illius, non ulla aetate senescens.

*Huc e latebris procede tuis*

*Flebile matris pignus miserae.*

(1) Il testo ha un punto.

Humanae phantasiae nobilissima augustissimaque illa proles, videnda, examinanda, contrectanda, sentiendianda, et tandem in manum secularis iudicii dimittenda rapitur. En, inquam, caelorum illa substantia quinta, divine corporea, sine materia materialis, sine privatione forma, actum cum potentia coniunctum habens, gravitatis levitatisque expers, nullae generationi corruptionique obnoxia, alterationem respiciens, neque incrementi neque decrementi capax, circulo versabilis, ad medium non appropinquabilis, a centro non elongabilis, rapidissimo supremum elementum gyro atterens, cui nihil est contrarium, motu et luce generationis caussa, cuius orbis octo, vel novem, vel decem, vel undecim, vel plures cum Musis et Apolline conferuntur, quia finita omnia finiuntur, extra quam nihil sensibile, prima naturae genitura, simplicissima, capacissima, potentissima, activissima, animatissima, perfectissima, causa universalis particularibus omnibus praestantior, vita et intelligentia praedita, suapte natura in orbem circummeans, cuius anima in gyrum torquet, sphaericitate exactissima spectabilis, cuius anima duplex, cuius portae geminae Cancri et Capricorni a tropicis adspectandae, cuius motus geminus, cuius vita beatissima, cuius vestibulum luna, per erraticas ministras suos impertiens favores, ubique vigens, divinarum animarum vehiculum, idearum characteribus signata, productrix, servatrix, gubernatrix, moderatrix, nostro verenda metuendaque superincubans mundo, divinitatis potentia, et naturae organum, intelligentiarum domicilium, numinum solium, Dei harmonice digestissima lyra. Nunc spacia et aetheris natura, et magnitudine comperta, (1) levitatis et gravitatis rationibus habitis, motus perspicuis proprietatibus, stellarum ob oculos apposita substantia, elementorum primorumque principiorum praesente efficacia, luminis differentiis coram venientibus pallet, latebras quaerit, aptatur ad fugam, e manibus, eque oculis evanescit, portentosa umbra sine corpore tandem fuisse convincitur.

Quod ad primum horum argumentorum attinet, verum sane est

(1) Questa virgola manca.



quod suis verbis comprehendit Aristoteles, quod in corpore coelesti neque (1) gravitas neque levitas ullo modo esse possit, quodque neque natura neque violentia a medio hoc, vel ad medium moveri possit: haec, inquam, bene dicta sunt, sed non ad eius sensum. Nos quippe dicimus, sic non esse in natura astrorum quae circa videmus, ut tendant huc descendendo, ut neque est in natura Telluris ut ad illa pariter descendendo ascendendove labatur. Sed ita illis in suo loco circuire, vel circulo servari convenit, sicut et Telluri in hoc loco proprio. Sed quod et tellus sit astrum, et idem omnino circa Tellurem sit coelum, non intellexit ille.

Quod ad secundum. Non consideravit sic consequenter se habere partes cuiusque astri ad totum astrum, sicut (2) partes istius ad istud: de partibus caeli nihil dico, est enim vel inane spaciū, et tunc certe est omnino inalterabilissimae essentiae, vel aetherea substantia, nempe tenuissima (3) aeris natura, cuius est primo et universalissime spaciū occupare, et eius partes nullae motus (4) speciei sunt addictae, sed (ut pluries aperuimus) secundum omnes semidiametrorum differentias rectum asciscunt motum undique et quocunqueversum, vel obliquum; rectum quidem succurrendo fugiendo seu cedendo ad locum externum, vel a loco; arcualem vero in sua, vel tanquam in sua regione libere consistendo. Diximus alias ut rectus motus est partium tantum et accidentarius; circularis vero (iuxta modum naturalis, non geometrici circuli) et toti et partibus, tum simplicibus, tum proximius ad similitudinem compositorum accedentibus quorum sunt partes, et toti astro et partibus in astro naturalis est: et ostendimus hoc saepe (5) in animalibus, plantis, lapidibus, fluminibus, mari, aere, et omnibus.

(1) Il testo ha: *nequae*.

(2) Il testo ha: *sic ut*.

(3) Il testo ha: *tenuissima*.

(4) Il testo ha: *motui*.

(5) Il testo ha: *sepe*.

Tertii argumenti (1) materia est ex defectu experientiae propriae magis, quam observationum eorum, quos consulere potuit, astronomorum: immo quia pueriliter nimis inter apparentiam abstantis et propinqui distinguendum non cogitavit.

Quarto, nimis adhaeret vulgo nunc ille, qui in Topicis docuerat loquendum et nominandum ut plures, sentiendo cum paucioribus, iisque sapientibus: id enim et divina oracula faciunt. Proindeque et ipsius ethymologiae incostantiam atque incertitudinem ipsemet aperit, ut in eo potius verbosam eum ventoso sophysmate vanitatem, quam argumentorum gravitatem possimus inspicere.

Circa quintum; et aliàs (2) fortasse posset excusari, quando eorum quae maxime distant in caelo, sursum et deorsum, dextrum et sinistrum, ante et retro, cum Pythagoricis, in secundo libro de caelo, tribuit suo universo, propterea quod animantium naturae haec sunt accommodata et propria, non sentientibus modo, sed et vegetantibus: caeloque ideo (utpote animato corpori) non inconvenire. Sed quis stultitiae modus (ubi quis a fundamentis delirat) esse potest? (3) Nos astra dicimus animalia, coelum vero, si universum est aer, (+) animam dicimus insitam et comprehendentem. Hasque differentias localesque appositiones ne in ipsis quidem astris cognoscimus, nisi metaphorice ex iis quasdam. Sursum enim et deorsum quodnam a polo plus uno accipies quam ab altero? ad Tellurem praeterea circumstans et sol medians non potest magis esse dexter quam sinister. Et multa mentiuntur philosophi, garrire cupientes sub titulo sententiae Pythagoricorum quam nunquam capiunt, ut ubi ille ignem in centro constituit, id est, solem medium planetarum, adducunt quidam ignem, in medio Telluris, (5) Vestae sacrum, et fabulas augent arcanas quibus in praecedentibus libris fereulasse volumus. Ibi sursum et deorsum

(1) Nel testo qui c'è una virgola.

(2) Il testo ha: *alios*.

(3) Nel testo c'è un punto e virgola.

(4) Questa virgola e la precedente mancano.

(5) Anche qui manca questa e l'altra virgola.

non accipit Aristoteles contrariorum loca, sed ut citra contrarietatem opposita. Sed quia generationem illorum ab istis et corruptionem vel alterationem locis non novit; quoniam sensu nosse debuit ille oculis sine mente donatus reddere? (1) qui fortasse si alias non vidisset regiones, Stagyratas tantum existimasset esse homines.

Hisce cum argumentis multa, quae ad unum idemque vergunt, succurrunt, ut quod ignis calorque caelestis est generativus, conservativus, vitalis, prolificus; ignis vero qui apud nos est, (2) minime: sed nobis non differt secundum speciem ignis ille ab isto: licet secundum efficaciam altius promovet ignis ab astro quam à fornace, altius ab animali quam extra animal, altius a propria sphaera quam ab alia. Proinde non est quod tantum tribuamus solis calori, qui unus est atque simplex, et ideo uno per se simplicique modo operatur, sed motui Telluris qui per diversas partes atque loca illum contemperat, intensius remissiusque conceptans, certisque ad suam aliorumque vitam proficiens mensuris. Adde: (3) quemadmodum calor ille sine animaspirituque Telluris ad nihilum esset: omnia ergo quae hic mirabilia videmus atque varia, ab idea et mente quae est in substantia huius astri emanant principaliter, a solis vero calore velut instrumentaliter, qua etiam ratione anima et spiritus quidam naturae insitus, ad ideam quae est in semine, confabricat et disponit et contemperat et digerit, et altis profundisque ordinibus intexit corpus, et corporis animalium membra, calor vero natus, qui est in matre, et matrice, et utero circumstante, ut instrumentum et locus conservativus accedunt: humor ab anima opifice tanquam propria materia digeritur. Vide nunc quid a sole recognoscamus et a caelo, qui efficientem et materiam secundum universum definimus animam, et corpus Telluris matris atque progenitricis nostrae. Haec si percepérís, neque materiam neque efficientem longius inquires tanquam eminus sepositissimumque admirando, quem tibi proximum atque etiam internum colere debuisses.

(1) Il testo ha: *reddere*.

(2) Quae sta virgola manca.

(3) Questi due punti mancano.

CAPUT II.

RESPONSIO AD ARGUMENTA HAEC ET SIMILIA

In universo non esse sursum et deorsum, motum universi nullum, sed in universo  
circularem seu arcualem.

AD PRIMUM ET SECUNDUM

Nunc (1) age quam valeant isthaec commenta videto.  
Quam bene per sursum patefiat perque deorsum,  
Cum non constiterit finita haec area mundi,  
Quin potius partes et totum concita gyro  
Novimus in cunctis, proprium servareque centrum  
Omnia, quo mage sint sibi proxima parte locoque,  
Ut neque diversis consistunt astra elementis  
Caetera, quam Tellus, pariter quam novimus astrum.  
Mobile quid totum ut partes mihi dicis? an humor  
Vividus, et sanguis, reliquaeque in corpore partes,  
Qua totumque animal, (2) tali ratione moventur?  
Corporis hoc proprium (dices mihi) simplicis atque  
Partibu' homogeneis constantis: sed modo non est  
Corpore de tali speculatio, qualis habenda est  
Postea, sed tota nunc de Tellure loquamur,  
Quae mihi non ulla consistit simplice parte  
Verius. Atqui haec sunt ex iis quaecumque moventur,  
Quae logico tantum valeas seiuncta videre  
Obtutu, et quoties fuerint, ea talia perdent

(1) Il testo ha: *nec*.

(2) Questa virgola e la precedente nel testo mancano.

Cuiusque e quatuor nomen fortasse elementi,  
Nempe atomam referent naturam denique, cuius  
Motus erit partes in sphaerum aequalis ad omnes. (1)  
Quamque diu (2) pulvis specie est in pulveris, usque  
Non suffusus aqua, nedum superenatat undas,  
Sed facili ventus quocumque per aera versat  
Turbine: non ullo concretaque frigore lymphæ,  
Non lymphæ, at vapor est, fumus, nebulosaque certe  
Materies: quocumque means per inane profundum.  
Ignem non proprie cognoscimus esse elementum,  
Ast circa humentem naturam, (3) luminis actum.  
Aeris est porro spacium replereque primo,  
Propterea parteis aequæ contendat ad omnes  
Convenit, et nulla teneatur pro regione, (4)  
Iniectum cunctis, comprehendensque omnia dictus,  
Sed memini ut motum per se non suscipit aer,  
Namque vapor tantum est, atque exhalatio venti; (5)  
Materies, quia quod circumfluit, atque pererrat  
Nimirum haud aer tibi sit, sed in aere quiddam:  
Si quoque nos quandoque locos hanc pergere in omnes  
Dicimus, hanc speciem comprehendimus esse vaporis  
Continui, qualis Terræ est comprehensus in alvo,  
Est ubi cum nebulis species quamplurima venti.  
Interdum vero non vocem vulgi imitantes,

(1) Il punto manca.

(2) Sta in luogo di: *et quamdiu*.

Ho messo io quasi tutta la punteggiatura in questo, e nel periodo che precede, e che segue: perchè nel testo in gran parte manca, ed il senso riesce oscuro.

(3) Questa virgola manca.

(4) Questa virgola manca.

(5) Questo punto e virgola manca.

Aeris accipimus nomen velut aetheris unum,  
Cui calor aut frigus, similis vel passio nulla est,  
Sed potius medium est per quod cuncta ista feruntur.  
Humida nam semper substantia sternitur illis,  
Ut lucem ac tenebras haec nata est figere tantum,  
Atque atomos corpus concretas reddere in unum.  
Ergo repugnantum vehit hic contraria fata  
Aer, ut et priscis cum nomine currit inanis.  
Tellusque interea ut, nulla gravitate premente,  
Discurrit, remanetque suae regionis in oris,  
Circumit et partes eius motantur in ipsa  
Atque manent, ad quas peregrino ex orbe feruntur,  
Ut quoque Telluris moles si tota seorsim  
Ordine de proprio, (1) violento avellitur actu,  
Quam poterit brevior via ad propria inde remigrat  
Aere de vacuo. Ut sit terraque lata deorsum  
Non habet ex semet; verum facit unda, (2) atomorum  
Corpora concretum tantum coalescere in unum,  
Libera ne incerto volitentque per aera motu.  
Iis nihil est levius quae sunt substantia terrae,  
Quam siccam, raram, ac tenuem non temperat unda.

#### AD SECUNDI PARTEM

Cumque dabis casum detractae partis ab orbe  
Cœlesti, quod sit naturae quam statuisti,  
Nativi adpulsus cur casum deinde negabis?  
Nam quo nobilior tibi corpus fingitur illud,

(1) Questa virgola manca.

(2) Stino che qui ci vada una virgola.

Hoc servatrices plus longe adscribere vires  
Debebis (sana si perstas mente) meandi  
Ad proprios raptim, cursu brevior, recessus.

AD QUARTUM

Cui ratio inde queat de cyclo firma videri  
Aut sphaera, quoniam dicis: (1) Forma illa rotunda est,  
Ergo formato non sunt contraria quaedam? (2)  
Quis male te tali sarcivit mente deorum?  
Qui geometrarum? qui pictor? quive poeta?  
Dic: ubi comperies praxim cycli, atque ubi terra  
In regione sua sic mota est, undaque, et aer?  
Vere haud in gyrum deflectitur omne, sed illud  
Quod natura parens, non ipse geometra novit,  
Vel quavis logica formatus et arte mathesis.  
Non tamen iccirco perdent contraria regnum;  
Si recta aut curva est, si est foemina linea vel mas.

AD TERTIUM, QUINTUM, SEXTUM, ET SEPTIMUM

Iam referas quidnam docet experientia sensus?  
Quid memorem rerum se reddere praeteritarum?  
Ut nihil hinc illic mutatum dicimus, et nil  
Exauctum omnino cognoscimus inque minutum,  
Sed magnis species e seclis semper easdem, (3)  
Continui sicut motus successio, parque

(1) I due punti mancano

(2) L'interrogativo manca.

(3) Questa virgola manca nel testo.

Insita vis lucis, vis cursus, visque caloris.  
Ergo tibi satis id potuit, Stagyrita, videri,  
Crederes ut generis, quam haec sint, (1) vaga sidera aliûs ?

Si universum nobis est infinitum, quid adducis (2) differentias sursum atque deorsum? cur ex hisce differentiis contrarietatem locorum et corporum colligis? Esto infimum in Telluris corpore centrum, esto quoque illius peripheria (3) supremum, non ita tamen ut loca et qualitates locorum ad contrarietatis differentias (4) pro tali oppositione referas. Sic infimum Lunae sit centrum Lunae, et supremum circumferentia ipsius, sicut centrum mei corporis est cor, supremum et extremum membra a corde magis dissita: et quae huiusmodi in me sunt mea, in hominum singulis sua sunt. Non est ergo unum generale sursum vel deorsum, ut phantasiavit Aristoteles cum vulgo, carcere concavitatis lunaris adstrictus. Adde ad rationem, ut partes quarum est motus in toto, (in suo nempe mundo), non sunt elementa, qualia definitis, simplicia, sed sunt velut in nostro corpore sanguis et alii humores, vapor, aqua, arida, lapis, lignum, gleba, quae pro suae compositionis ratione loca adseiscunt in toto convenientia per sibi convenientes defluxus, influxus, et secundum genus circuitus. Et quod (rogo) ratiocinii genus illud a rotunditate figuraeque qualitate colligens, contrarietatem non esse in coelo; (mitto nunc coelum) contrarietatem non esse in astro? Iam si tellus perfecte rotundum corpus, quale facile poteris intelligere, si compositam statuas cum aere isto ventoso et nubiloso, ut recte in libris meteororum cum antiquis asseris: sequetur propterea illi, vel in isto figurato, (5) nihil esse contrarium? Iam nihil erit (6) contrarium, si elementa in suo

(1) Questa virgola e in precedente mancava.

(2) Il testo ha: *ad ducis*.

(3) Il testo ha: *peripheria*.

(4) Il testo ha: *differentias*.

(5) Questa virgola manca.

(6) Nel testo *erit* è ripetuto due volte.



loco circumunt etiam tibi, quia eorum partes ita moventur, ut a toto minime recedant, si et terrae humores qui per vices ascendunt atque descendunt, (1) ut sol ad tropicum hunc accedit et illum. Nunquam enim tota aqua est mutata in aerem, sed pro ratione circuli, tantundem hunc resolventis et rarefacientis, quantum alia ex parte addensantis et inspissantis, omnia integra in eademque mensura per secula perseverant, hunc sane et tu circulum eum contrarictate vides, et contrarictatem in natura extra circulum non esse cogeri profiteri. Nunc non hoc contrarictatis genus spectatur in caelis et in caelestibus, nulla quippe memoria est quae in illo aliquid notabit alteratum: quasi aliter nostra Tellus, haec stella, hic mundus illis, qui extra ipsum sunt, videri possit, quam stellae nobis illae videantur. Sunt elementa in caelo, (contemplativi quidam Platonis et Aristotelis concordatores et piissimi conciliatores aiunt), sed coelesti conditione. Sunt, sed longe diversa sunt, sed eminenti ratione, et quatuor elementa nihil aliud sunt, quam caelum, (ut sic dixerint), quodammodo explicatum. Coelum ergo efficiens finisque rationem subbit, quatuor elementa, (2) materiae, ut recte ait Aristoteles. Sed, o aetherei, empyrei, crystallini, adamantini, elisii, ostendite ostendite hoc coelum esse aliud quam quod ego ostendo, unum spacium astra non aliter reliqua complectens, quam astrum hoc quod et nos caelestes incolae tenemus.

### CAPUT III

De ascensu in caelum et vera mundi contemplatione, et primo Telluris species ad orbe Lunae prospicitur.

Eia age conscendas, statuum te in corpore Lunae; (3)  
Aptato sensus, aptem rationis ut alas:

(1) Il senso è: *si etiam terrae humores circumunt.*

(2) Questa virgola manca nel testo. Il senso è: *rationem materiae.*

(3) Questo punto e virgola, e la virgola precedente mancano.

Pergito, perge, duces certum securus adusque  
Persequitor, te non ceratis Dedala plumis  
Ulla manus tollit, vel stulti techna Menippi;  
Unde vel Icarium formides optime casum,  
Insulas Lucii vel sannas Samosatani: (1)  
Sed veri species, naturaeque inclitus ordo  
Est tibi dux aegro, incolumem qui deinde reducet.  
Hinc tibi, (si mens est; si sensus interioris  
Lumine non prorsus cassum, neque tam miseranda  
Conditione satum te nobis fata dedere),  
Hinc tibi ab opposita ostendam regione micantem  
Telluris vultum, (2) radiantis lumine solis  
Diffuso Oceani in faciem. Viden' ut modo vasta  
Machina in exiguum molem contracta videtur?  
Dic: ubi sylvarum species? ubi flumina, montes,  
Stagna, lacus, urbes, brumae discrimen, et aestus?  
Ut tantum species candentis mansit, et atri?  
Ut maculat clarum Oceanum nigra insula passim?  
Quae recti nusquam aut curvi (3) geometrica amussis,  
Atqui ex iis quid confusum discriminat ambo.  
Iam tibi non Tellus sed vere Luna videtur:  
Respice iamque ubi sis. Nunquid tibi Cynthis parva est,  
Olim quanta fuit? Specta quantum amplius horizon  
Perpetuo cedens (4) ad fines adpropianti?  
Iamque ubi nocturnae species ea lampadis? ecce,  
Ordine persimili, sylvae, mare, flumina, montes,  
Quae ne sint frustra, species cerne inde coortas,

(1) Il testo ha: *Samosatani*.

(2) Questa virgola manca.

(3) Il testo ha: *curvi*.

(4) Il testo ha: *cedens*.

Nempe homines, angues, pecudes, volitantia, pisces.  
Iam tibi non Luna est, sed Tellus vera videtur.  
Non operae precium est nunc ista in sede cupire  
Gentis colloquium, obscurisque intendere verbis.  
Nam neque plus tandem te docta relata docerent,  
Quam tu per temet certus comprehendere possis.  
Splendens nostra maris species cum corpore opaco,  
Tempore praesenti quum (1) prospiciantur ab hisce  
Oris, credentur per plurima secla fuisse  
Obvia forte secus? Nunquid Cerealia regna,  
Neptuni imperiumque datas confundere sorteis, (2)  
Contemnerando suos fines, magis ista videbit  
Gens, quam monstrarit longa experientia nobis?  
Quam modica est illic multo variatio seclo,  
Incola ne proprius vix ullam existimet esse?  
Nempe velut pontus de littore cessit Ibero  
Quantum usurpavit terrai, ad littora, (3) Calpes,  
Aegre (4) etenim mentem tam longa memoria format, (5)  
Diminuitque fidem multos digesta per annos  
Fama vagi Alcidis, posuit qui signa triumphi:  
Per quae nosse licet, sero quantumlibet aevo,  
Tethios ut Cereris prata obruit, haecque vicissim  
Pascere Pana iubet tumidi per tergora montis,  
Qui quondam, scopuli in specie, surgebat ab antris  
Coeruleum excipiens agitantem Prothea phocas.  
Exigua est nimium in tanto variatio fluxu

(1) Il testo ha: *quam*.

(2) Questa virgola manca.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

(4) Il testo ha: *Agre*.

(5) Leggerei piuttosto: *firmit*.

Temporis, in nostrae vultu Telluris adacta: (1)  
Mirum quam longe momento distet ab illo,  
Sensibilis quo sit modicum de sedibus istis.  
Respice quam exiguo collata Britannia puncto est,  
Italia in tenuem atque brevem angustata capillum!  
Littora Tyrrheni, Libyae prope littora tangunt,  
Quamque Hadriae portus parvo discrimine linquunt.  
Dic: ubi Trinacria est, latiis quae abscinditur oris?  
O ninium longo disiungimur intervallo  
Unde maris gemini (2) valeas comprehendere nexum;  
Scilicet Ionias undas ubi dira Charybdis  
Attrahit, Hesperiae (3) vastamque recondit in alvum,  
Inque vices revomit fluctus Scylla atque resorbet.  
I nunc, crede homines istos, aetatibus actis  
Permultis, potuisse aliquid Telluris in orbe  
Mutatum vidisse magis, quam Cyntbiae in ore  
De nostro licuit mundo. Quare abiice curam  
Captandi, (4) ut generis fiat variatio nostri,  
Ut modo tranquillo recreata sub aere gestit  
Telluris vario species ornata colore;  
Post haec contingat tristis sub imagine campi  
Nubibus obducto et brumali intendere caelo.  
Utque magis sapias, ac verum certius alto  
Concipias animo, maiores tento recessus,  
Nosque imus Lunae exceptos transmittat horizon  
Ut Cypriae (5) multo quae nunc maiora videntur

(1) Il testo ha un punto.

(2) Il testo ha: *gemini*.

(3) Il testo ha: *Hesperiae*.

(4) Questa virgola manca

(5) Il testo ha: *Cypriae*

Accedat nobis quoque candida templa subire.  
Carpe viam, advolita magni per limina solis,  
Pandat iter natura parens, quia circulus unus  
Lampade Phoebea in cyclo mediante relicta  
Quae gyro brevior suum circumflua centrum  
Ut se pro motu convertit terra diurno:  
Quin etiam quo aequae se circumstantibus undis  
Praesentem reddat vario discrimine postis,  
Externum centrum ad stationes circuit anni:  
Hinc ver, hinc aestas, autumnus, brumaque fiunt.  
Interdum nobis propior fit mole minorque  
Lampas (1) Phoebea, et velox et tardior hinc fit:  
Hinc illam Tellus sublimi vertice in ambos  
Inclinare polos spectat, tropicosque notantem,  
Sic reliquos intra Nymphas discurrere soles  
Est operae precium: pariter quia circuit omnis  
Mundus, nempe iisdem quia consistunt elementis:  
Quilibet in motus speciemque inclinat eandem,  
Propterea et stellis varia est distantia fixis,  
Quae non comperta est vulgo, (2) non esse putanti.

Haec de astrorum natura illud itidem colligere licet, quod omnia  
ex iisdem constant elementis, siquidem eadem constant figura, ean-  
dem non respuant motus speciem, magnitudinem, locum, situm: (3)  
quia vero, in externa saltem specie, in quibusdam lux praece-  
llit atque calor, in quibusdam (4) vero unda, vel ut melius dicam in qui-  
busdam uno, in quibusdam vero alio lucem concipit modo, quae-

(1) Il testo ha: *Lampus*.

(2) Il testo ha: *volgo*, che n'è la forma antiquata.

(3) Il testo ha: *sitium*.

(4) Il testo ha: *quibusdem*.

dām per se tenebrosa seu opaca, quaedam vero per se lucida perhibentur astra, quaedam ignis, quaedam lymphae, quaedam faeminae numinis nomenclaturam usurparunt apud antiquos, ut Phoebe hinc, iude Phoebus, hinc Lucina, inde Titan, hinc circa unum medium plures nymphae seu Musae, inde unus intra plures nymphas Apollo: hinc Cereres plures, inde Baccus unus: hinc veluti matres, inde pater. Hoc innuit Poeta:

*Vos o clarissima mundi*

*Lumina labentem coelo quae ducitis annum,*

*Bacchus et alma Ceres, vestro si munere Tellus*

*Chaoniam pingui glandem mutavit arista.*

Illic iuxta physicae veriorisque philosophiae principia, eodem nomine Lunam appellat quo et Tellus appellari solet, frequentius enim Cererem Tellurem dicimus. Quin et Trivia a triplici loco atque nomine dicta, in occulto profundi regno Proserpina; in nobis conspicuo Diana, in eminus quasi excelsiore, Lucina, quibus meliori (quam vulgus hodie pati possit) luce, una eademque substantiae astrisque species illa significatur atque ista. Ex iis soles medium obtinere (1) declaravimus, ut una lampas et ignis pluribus illuminandis atque calefaciendis satis est.

Propinquiores soles, quorum quoque terras a terris istius synodi minus distare necesse est, sunt astra fixa maiora, quae primae dicuntur et accipiuntur magnitudinis, quales sunt ad plagam septentrionalem tres: ARCTURUS inter Bootis crura, LYRA, et fulgens in AURIGAE humero sinistro. Ad plagam cinguli firmamenti quinque: OCLUS TAURI, BASILISCUS, extremum CAUDAE LEONIS, SPICA, et qui in ore PISCIS Australis. Ad Australem partem septem: unus in humero ORIONIS, alius in sinistro illius PEDE, extremum FLUMINIS, quintus CANIS, sextus CANICULA quae in Argi temone, septimus in pede CENTAURI dextro. Circā soles hosceque crediderim

(1) Il testo ha: *obtinere*.

quod, si quis studiose certis temporibus adtendat, poterit aliquos non scintillantium, ad prope minimam non notatam magnitudinem, nunc conspicuos nunc vero latentes, nec non parvorum circulorum intra suas Tellures indicia in solibus experiri.

Evenit autem, cum tantam astrorum multitudinem perspectabilem habeamus, eorum tamen pauca quaedam, quae proximiora sunt, aperte moveri cognoscamus, non quia alia possit in illis solibus esse ratio atque istis, sed quia non ita, ut illi, conspicuae illorum possunt esse tellures: et quia lux in speculo non tam longe sui sensibilitatem servat, quam lux in lampade (1): et quia corpora minora, et natura sua opaca citius visibilitatis diametrum amittunt. Hoc, quotidiana iugeque experientia, sensus docet, qui quae propinquius gyrantia et in directum deambulantia moveri novit, eminus eodem ordine mota atque mensura, fixa manere iudicabit. Hinc patet quod si essemus in uno de astris illis primae magnitudinis, sol iste pariter primae magnitudinis astrum videretur; si in iis tandem quae minima scintillare videntur mole, non maior sol iste videretur, ulteriusque elongatos lateret omnino. Quantumvis ergo proximae apparent et quasi haerentes illae stellae, non tamen eas minus ab invicem distare intelligere debemus, quam (ut dictum est) a nostro sole alter sol, ut Basiliscus. Sic locus circumstantibus et spacium suppetens planetis tribuatur, et consistentia diversorum corporum eodem quo heic ordine salvetur.

Non sunt vanae noctilucae, vacuaeque lampades et flammulae, sed ingentia mundorum corpora, ex (2) quibus innumerabilia hoc nostro quem incolimus Telluris mundo longe maiora sunt: iam quid putabimus de magnitudine spacii quod totum implet intervallum? an non hoc tantum quod visus nostri terminant (3) usque ad minimorum siderum sensum, quae nihilominus magna esse possunt, quam iste

(1) Il testo ha: *lampde*.

(2) Il testo ha: *et*.

(3) Il testo ha: *terminat*; e potrebbe intendersi: *visus nostri spacii terminat*.

sol (quem toties Tellurismolem superare volunt): (1) excessu quasi immenso tellurem atque synodum istam huius solis cum suis planetis superabunt? Ibine (hominum sub philosophi titulo stultissime) terminum rerum constitues? ubi inquam soles illos, mundosque maximos nihil habere a tergo voles, atque tanta ex parte, quanta ad nostrum hoc seclum non est conversa? quasi tellus haec, centrum hoc (quod ad magnitudinem continentis comparatum, punctum esse, oblitus es), magnitudinem et lucem et calorem et esse rebus iuxta nostri sensus mensuram tribuat: et quasi perpetuo circa similia astra non pateat simile cum simili eademque potentia spacium.

Sed ut a principio propositum resumamus, illud in mentem revocari volo, ut non solum eiusdem speciei planetas cum planetis intelligamus, sed et eiusdem, propter communem materiam atque omnino substantiam; generis soles atque tellures: ubi quippe lux illa est, ibi ignis est, ubi vero ignis, ibidem aqua, quid enim est ignis praeterquam aqua lumine affecta, seu luminis virtute formata? Apud nos nusquam inconsistere sine aqua videtur ignis, et validiores (2) flammam humiditate simplicis aquae alimus, alitur Vulcanus, (3) et Aethna vicinitate maris, ignes etiam veluti mortui, (4) aqua (ut in calce viva constat) excitantur. Quid autem tibi bituminis, picis, salnitri, sulphuris, tartari, oleique species esse videntur, quam aquae, sine quibus, vel eorum proportionalibus, nusquam invenietur ignis ullus?

(1) Nel testo questi due punti mancano: il periodo ritorna però sempre slegato

(2) Il testo ha: *validiores*.

(3) Qui *Vulcanus* sta per *Vesuvius*.

(4) Nel testo la virgola non c'è.



CAPUT IV.

Hinc Telluris species ab orbe seu astro Veneris, haud aliter quam Venus  
a nostro orbe declaratur.

Per gyri centrum, quod sol terit, ad duodena  
Signa means, fingas tibi productum diametrum,  
In cuius hinc inde polo Terra exstet et Hermes,  
Atque ut Tellurem circa Lucina recursat,  
Sic Venus opposito circumque vagatur ab astro:  
Non minus a sole est distans Cyllenius ergo  
Hac de parte, alia quam Tellus dissita facta est.  
Atque ita Telluris corpus sub lumine solis  
Inde latet, veluti substat Cyllenius illi,  
Namque meant parili Phoebi circa atria cursu,  
Eiusdem et prorsus servant vestigia callis.  
Alter in alterius prospectum forte veniret  
Nonnunquam (1), nisi sol cyclum peragendo minorem,  
Nunc Arcto proprior fieret, nunc proximus Austro.  
Ergo velut circa Tellurem Luna vagatur,  
Dum tamen interea tanquam unum corpus in orbem  
Torquentur, sphaera in medio solare relicta; (2)  
Sic etiam statnunt Venus ac Cyllenius unum,  
Dumque uno veluti curru vectante moventur,  
Blandaue Mercurii circumterit atria Diva.  
Ergo iuvat Veneris, (3) cursu contendere, in ortus,

(1) Il testo ha : *non unquam*.

(2) Qui, e dopo il verso seguente, il testo ha un punto

(3) Questa virgola e la seguente mancano.

Unde minus nihilo (1) Tellus spectabilis exit,  
Quam sit Telluri spectabilis ipsa vicissim.  
Hinc te verte iterum: convertere: quid stupet ultro  
Sensus inassuetus, sensus sibi qui excidit ipse?  
Tellurique novae, lunaeve occurrere mirum  
Est tibi. Ne trepides, similis hic est quoque mundus.  
Proinde peracta tibi memori via despiciatur,  
Unde oritur volucris Phoebi rutilantior axis,  
Quandoquidem e tenebris lux fulgens, inque tenebris  
Imperat ac vere praecellens inde triumphat,  
Lux lucem obfundit, luci lux invidet. Ergo  
Diluculi ad sedes iuvenit has venisse rubentis,  
Auroraeque fores, quae (2) mox subitura fugacem  
Depellet noctem, stellarum luce superbam,  
Illaque in occasum aurati gregis agmina (3) cogit.  
Hinc natale solum tua per vestigia specta,  
Libera quo visus se immittit linea: (4) plane  
Miraris quaereus Tellurem? ipsamque videre,  
Cum videas, nescis? partes versusque in easdem  
Haeres? atque tuis oculis non credere, (5) dignum  
Credis, eos tergens, quasi lippum fallat imago.  
Inde alio versus, petis illam quo tibi praesens  
Notam subiiciat faciem, verum ad tua tandem  
Non ignota redis vestigia terque quaterque:  
Illa illa est toto quae nunc tibi candet ab orbe:  
Abstersit maculas, furvoque exuta colore est,

(1) *Minus nihilo* sta per *nihilominus*.

(2) Il testo ha: *qui*.

(3) Il testo ha: *agmine*.

(4) I due punti mancano.

(5) Questa virgola e la seguente nel testo mancano

Fimbria lata obiit : modo corporis illa minoris  
Contraxit speciem toto splendentis ab orbe,  
Hesperus est istis illa, illa est Bosphorus istis.

Ostensus est ordo antichtoni orbis Mercurio Venerique communis (1) ad orbem hunc Lunaeque communem circa Solem: visumque est qualis Telluris explicetur facies illi qui orbem Lunarem teneat: proinde et perspicuum esse potest ex ordine atque analogia, qua ulteriorem sortita distantiam corpora, quorum facies opacis lucidisque partibus est composita, ut necessarium sit ea tandem toto (sed imminuto) corpore lucida apparere.

## CAPUT V.

Ordo aperitur quo Telluris et aliorum astrorum species appropinquatione et elongatione varietur: ut inde propositum paulo ante colligamus.

Quoque tuis melius oculis modo credere possis,  
Ne tibi visa putes ficto phantasmata vultu,  
Te revoco ad fontem sensus, rationis et arcem.  
Corpore de viso quam longius ipse recedis,  
Tanto se in centrum magis ac magis arctat et unit,  
Quaecunque exstiterit donatum sorte figurae, (2)  
In sphaeram migrare decet nihilominus ipsum,  
Inque orbis speciem plani: nam mole cadente  
Angulus atteritur primum, dein machina tota  
Ordine quaeque suo, pro conditione coloris,  
Pro medii modulo, pro interque capedinis auctae

(1) Qui il testo gone due punti.

(2) Il testo ha un punto.

Inque minutae, (1) ac vis oculorum intensa acies est.  
Interea citius vanescit corpus opacum,  
Dimetrus at lucis multo durantior instat,  
Hocque magis, sensum mage quo siet apta movere.  
Ergo ubi conveniunt lux et color ater in unum,  
Heic ubi (ceu constat) proprio ordine distribuuntur  
In centrum ambobus dum concurrentibus, atrum  
Multo ante in speciem resolutum cessit inanis,  
Alterius mansit species sphaeralis et, inter-  
lecto atro ablato, lux pura et parva nitescit.  
Indicat id quatrplex flammanti corpore lampas  
Eminus acta, ignem quia continuatur in unum,  
Unius atque facis speciem demonstrat. Idemque  
E tellure vides, (2) obiecto in corpore Lunae,  
Lucem quae magis intensam iaculatur ab orbe,  
Quando per angustum veniet spectanda foramen  
Plena, faventque oculo non turbida tempora noctis.  
Experiere velut quanto contractior exit,  
Tanto etiam obiecti species rutilantior astri  
Ex toto albescens puro candore micansque est.  
Nunc igitur meliore potes perpendere lance  
Iugeni, (3) sensum quo tot molimina vastum  
Errorum subiere animos, ubi semen iniqui  
Principii iactum, (4) foecundum reddere (5) campum  
Conspicies, (6) sterili quem credere deteriozem

(1) *et pro intercapedinis auctae et imminutas.*

(2) Questa virgola e la seguente mancano.

(3) Questa virgola nel testo non c'è.

(4) Questa virgola manca.

(5) Il testo ha: *vedere.*

(6) Questa virgola manca.

Addecet: ut non tam nocet ignorantia simplex,  
Quam sophiae mentita vices temeraria et audax,  
Cui, (1) deplorando ex agro, terit area messem  
Qua errorum fruges conceptent horrea mentis.  
Ergo adsis, repetamque prius quae dicta fuere,  
Quorum pro caussa filum exglomeravimus istud,  
(Officium quamvis multum magnumque supersit);  
Dic mihi: (2) Tellurem stellam spectantibus hisce  
Esse queit facies unquam variabilis illa  
Plusquam sit Veneris facies variabilis ista? (3)  
Quae nihiloque minus radios subeundo micantis  
Solis, (4) Mercurium videat subdeficientem,  
Mercurius solis defectumque experiatur.  
Mox quoque ubi adversi magis altas cardinis oras  
Obtinet, (5) Hermeti vultum obiectando nigrantem,  
Intercepta sibi deplorat lumina solis.  
Si geminos, (6) ratione pari reliquosque planetas  
Constituit natura parens, non tuta negandi  
Ansa datur, quoniam circum non ulla videtur  
Stilbontem ac reliquos currens fax, quamque vel ipsi  
Perlustrant circum. Sed non de iis spiritus urget  
Dicere, materia dum consistemus in ista.

Iam figmenta tibi nova sunt captanda, novumque,  
Naturae longe a specie, (namque ipsa reperta est),  
Errori effugium, si non pulcherrima veri

(1) Questa virgola e la seguente mancano.

(2) Questi due punti mancano.

(3) Il punto interrogativo nel testo è in fine del verso antecedente.

(4) Questa virgola manca.

(5) Questa virgola manca.

(6) Questa virgola manca.

Te facies capiat, neque te submittere victum  
Collubeat, populo sed victor posse videri,  
Caussa proque semel capta, quaecumque sit illa,  
Malle mori, in morem nostratum lucifugorum,  
Undique vastantum, varia specie, (1) inclita pacis  
Munera, pugnantium lege illege, arteque inerti;  
Hostili contra sensum studio et rationem,  
Sunt servatores secli huius, et inde futuri  
Raptores, bruci, corvi, harpyiae, atque locustae  
Pestiferae, qui dum pervertunt omnia, (2) fiunt  
Fanda nefanda, nefas fas, norma enorme, venitque  
Inconstans constans, factum infectum, via visque,  
Invitum est votum, Mars et Mors salque salusque est.  
Parcite vos superi, o tandem vos parcite mundo,  
Et genus humanum tam longa peste laborans  
Suscipite, et miserum meliori sorte quietum,  
Eripite indignis, sub vestris cogite fati, (3)  
Ne mente amentum, parte expertum meliori,  
Ortus hic e vobis, (4) vestri reputetur abortus.  
Parce precor Tellus natis morti esca futuris,  
Per quam de partu in partum trahis optima, quo sint  
De vita in vitam migrantia, morteque mortem,  
Ut, vertente rota, tandem omnia singula fiant.  
Quid iuvat invisum hoc pondus servarier usque  
Conditione satum indigna, tuo ab ubere sancto  
Nutriri, atque sinu refoveri adeo usque benigno?

(1) Questa virgola e la precedente mancano.


(2) Questa virgola manca nel testo.

(3) Il testo ha un punto.

(4) Questa virgola manca

Forsitan ut laesis, (1) nec miti corde, sinistris  
Numinibus, haec scoena siet turpissima ludo ?

Semper facilius opaci corporis motus extenuabilis est ex distantia ad sensum visus, quam lucidi: ut et cum illa in punctum nihilumque evanuerit, haec interdum integra maneat: esto enim corpus A B C, cuius opaca pars sit C D E F, reliquae vero lucidae: eveniet nimirum ut, toto ad certam distantiam elongato, stantibusque terminis, quibus partes E F A et D C B tertia parte minores appareant, tunc spacium E F C D, vel corpus opacum in eo contentum spacio, nullum sui sensum efficiat: sed omnino duae lineae D C et E F in unam lineae speciem migrabunt, et corpus A B C tum minoratum, tum continuum unum ex toto lucidum apparebit. Idem in alba tabella atris inspersa guttis videbis, quae eminus posita totam superficiem etiam candidam (2) praesentabit, et Lunae in eandem orbem si quis per arcum foramen aciem intendant, minor, absque maculis et longe rutilantior illi fiet.



(1) Il testo ha: *lesis*

(2) Il testo ha: *candididam*.

## CAPUT VI.

De horizonis natura in universo, cuius ubique centrum, sicut in circumferentia mundi similiter effiguratur.

Indeque horizon ut est puncto Telluris ab omni,  
Hinc geminus quem nocturnum dico atque diurnum,  
Aetheris (1) immensi a puncto (dubio procul) omni  
Par erit, (2) occurrens oculis tibi semper horizon.  
Nempe ubicunque sies, (3) centrum constabit ubique,  
Et geminas, capias quascumque per aethera, stellas,  
Oppositas, melius si fias, esse videbis.  
Venit in oppositum Tellus Lunaribus et Sol: (4)  
Aetheris in spacio si gyrat mundus eorum,  
Per coeli zonam, Tellurem prospicit ire  
Nunc his nunc illis coniunctamque oppositamque;  
Nec potis es caelorum ulla in regione manere,  
Unde et de centro haud videas paria omnia circum  
Motaque, si nactus, velut istud, mobile sydus.  
Quare simpliciter medium nusquam esse putato;  
Sed polus, et centrum, et punctus vertiginis, atque  
Inum vel superum, internum externumve per omne est, (5)  
Nempe aliis, alibique, aliudque aliudque repertum.  
Sic igitur terra ad partes prospectat easdem  
Continue, (6) esse alias stellas aliasque vicissim

(1) Il testo ha: *Aetheris*.

(2) Questa virgola manca.

(3) La punteggiatura di questo periodo nel testo manca.

(4) Anche in quest'altro periodo manca ogni punteggiatura.

(5) Qui il testo ha un punto.

(6) La virgola nel testo non c'è.



Adversas, simili semper ratione, reditque  
Permensis parteis seclis quasi versa ad easdem.  
Atque adeo certas signavimus opposituras  
Quas (1) proprium circa centrum dum vertitur, atque  
Atria circumdat medii torrentia solis )  
Per luces annosque oculis obtendere suevit, (2)  
Quamvis est confessa satis variatio fixis.  
Sensim Tellure aspectus variante polorum, (3)  
Ut partes renovet calido sub corpore Solis,  
Claustra marisque aperit, terramque obvolvitur apertam,  
Unde putant stupidi caelorum invertier auge,  
Turbarique polos, tropicos, atque omnia circum,  
Constanti remanente solo, sique inde per amplum  
Exiret spacium Tellus, (4) peregrina capessens  
Ora, alias lucis spectares opposituras.  
Desinerent coitus Lunares, Lunaque in arctum  
Constaret contracta iubar; detergeret umbras,  
Ac maculas, vasto quales speculamur in orbe;  
Pro Lunaque, (5) alia stellarum occurreret, atram  
Exornans noctem, atque alius tunc signifer esset:  
Ut certe haud idem Saturno est signifer atque  
Marti, (6) qui nobis, circa huius luminis ortus,  
Callibu' dum pergunt aliis: at signifer idem

(1) La parentesi nel testo non c'è.

(2) Qui il testo ha un punto, che noi abbiamo creduto dover trasportare in fine del verso seguente, dove manca.

(3) Questa virgola manca.

(4) Questa virgola manca pure.

(5) Questa virgola manca; ma *alia* va con *stellarum*, sebbene ne scapiti la prosodia del verso.

(6) Questa virgola e le due seguenti mancano: lo ho poste, perchè apparisca, che il *qui* si riferisce ad *idem*, non già a *Marti*.

Mercurio, Veneri, Terrae, Lunaeque repertus;  
Non tamen exacte spacium constabit idemque  
Dum solem stellas adfixum versus easdem.  
Zodiacus porro Veneri Lunaeque peramplus  
Cernitur ut late expaciantur, perque recessus,  
Inconstante magis cursu, volat ultiores  
Utraque stellarum. Telluri Mercurioque  
Zodiacum apprime similem reputabo, et ut unum.

Saepe diximus in universo infinito, secundum rei veritatem, centrum esse ubique: proptereaque non interesse, utrum heic vel alibi simus, ut eandem circa nos rerum faciem videamus: propius enim quibusdam astris factis, ut illorum nobis crescit vultus, ita et horum, a quibus elongamur, diminuetur. In illis constituti diem inveniremus atque noctem, quam ex isto, a quo recessimus, orbe perdidimus, et ostendemus non aliam esse in solis astro rationem, quam in caeteris: alius nobis alibi esset polus, alius alibi zodiacus: ut non est in universo punctus qui idem respectu diversorum non sit centrum, polus, zenith, nadir, tropicus, et quodvis eiusce generis aliud.

## CAPUT VII.

De rerum vultu circa mundum, si eas ex astro solari liceat contemplari.

At vero solis perlucida (1) templa tenenti  
Rerum aliae occurrent species, non ulla polorum  
Forma aderit, quibus invertat se machina tanta,  
Centrum ni proprium circa invertatur et ipse,  
Ut Tellus, qualem (2) suadet trepidantia multa:

(1) Il testo ha: *per lucida*.

(2) Il testo ha: *qualem*.

Ille suo undantes suffundit lumine parteis,  
Humentemque solum, ne possis dissimilares  
Ire tomos visum, quales in corpore Lunae  
Inspicuae, et Terrae nostro spectantur in orbe.  
Nulla etenim corpus diffundit lumina simplex,  
Se luxque humenti, et de corpore fundit opaco,  
Ut nullus lucis vigor est, ubi nullus et ignis,  
Ignisque est nullus, nisi quisquam suppetat humor.  
Quare et nonnullis humens substantia dicta est,  
Mercurio nempe et Mosi, qui corpora prima  
Inter non numerant ignem, quem compositorum  
In genere esse volunt, quod constat lumine et unda.  
Ergo illic etiam distinguitur insula passim,  
Montibus excelsis globus est et vallibus imis  
Aequoreque impactus nativo lumine, cui est  
Unda nitens, sed nulla manent habitacula circum  
Atque intra, ut circum maria isthaec vivere et intra, (1)  
Multa vides quibus ora negant Neptunia vitam,  
Divesque Oceanus, quamvis armenta gregesque  
Pastoresque suo vitae nutrimine donat.  
Ergo illic aliae extabunt species animantum,  
Qualia et ignito interdum se corpore produnt  
Aera per (2) vacuum ad partes volitantia nostras,  
Esse trabes quae stulta docet sapientia vulgi.  
Et species aliae nostris ibi consimilares  
Esse valent, quoniam non tantus adaestnat ignis  
Orbem per totum, neque tantum lumine clarat  
Subiecti ora globi, quantum ora externa calescunt

(1) Questa virgola nel testo è dopo *vivere*.

(2) Il testo ha: *pervacuum*.

Lumine demisso radiisque micantibus extra.  
Quae solide poteris comprehendere, quando rotundam  
Credideris massam, quae circum spicla superne  
Eiaculatur ad haec sua luminis, atque caloris.  
Corpore deque suo tantummodo calfacit illis  
Finitimas partes, partis virtute propinquae:  
Nam calor et lux unius regionis et arcus  
Subiectos minime ad reliquos intenditur arcus,  
Quando superficies illos convexa tuetur.  
Lucis quocirca eximia vigor atque calor  
Amplius externas numeris se pluribus effert  
Ad partes pervadentis iactu aethera lucis,  
Corporibus quo se solidis immittat in altum,  
Quam sine flammifero quae est insinuata vigore,  
Ac veluti suppressa aliis a partibus, (ut fit  
Sub cinere arenti latitans, aut calce ubi suspen-  
Sa (1) est, (2) retinens actum quo splendeat); (3) atque calore  
Eminus excusso occurrentia torreat astra. (4)  
Sic tantum virtute aliis servatur in oris,  
Materiesque subest quam vis contraria tentat,  
Nam nil consimili de corpore pabula carpit,  
Ast quod transmutet famis absumptiva requirit;  
Flamma etenim lymphæ, non sese vescitur ipsa.  
Materieque opus est aeterna in corpore tanto,  
Quae quoties absumpta fuit, resolutaque in auras,

(1) Il testo ha: *suspensum*; leggo *suspensa*, riportandolo a *lux*. Potrebbe riferirsi ad *actum*, ma sarebbe costruito più duro.

(2) Questa virgola nel testo non c'è.

(3) Il punto e virgola manca nel testo: il *torreat astra* parmi si debba congiungere col *quo se immittat*. Il periodo è molto intralciato: ho cercato di chiarirlo come ho potuto, avvertendone però i lettori.

(4) Il testo ha una virgola.

Sit toties iterum certum renovata per orbem :  
Ut sursum maria, in specie sublata vaporis,  
In nihilum non contendunt : ast eius ad orbis  
Exhaustas (iterum mediis recidentia certis  
Quae stravit natura parens) volvuntur avitas  
Appulsu miro parteis : si nempe vapores,  
Quos rapit aestivus tantis de fontibus ardor,  
Non iterum integro revenirent pondere, nec se  
Compare subiectum in corpus remeando refluxu,  
Aptarent priscam in formam : non illa maneret  
Telluris species tantis celeberrima seclis,  
Non vigor ille idem, non virtus parturientis  
Omnia, sed saltem ex aliquo viduata maneret  
Momento, et vacuata foret discrimine multo,  
Quod valide constans rerum experientia abhorret;  
Nam mare quam procul ex una regione recessit,  
Tam prope se ad reliquam convertit, quamque retusa  
Unius adtendis tumidi sublimia montis,  
Subdita tantundem sublato tergore vallis  
Consurxit, verrensque solum vis fluminis, alveum  
Permutansque cavat circum exaequatque rotando  
Campis, se sursum iubet ultro adtollere monteis,  
Planitie humiliter se substernente. Perinde  
Orbita solis habet quo parteis atterat, et quo  
Instauret rursus, inque ignis nutrimenta vertat,  
Quod plane haud ulla posset consistere sorte,  
Si rapidas toto vireis de corpore circum  
Funderet, haud unquam peteret vapor ille solutus  
Subiectum corpus, totoque abscederet orbe,  
Materiam reditus non opperiensque, recessus

Captaret longos, vacuosque relinqueret artus  
Egestos, proprio tandem recoquente calore.  
Sic igitur quia se circum convertitur ille, (1)  
Quae rapidi ex facie tenuarat viribus ignis.  
Constringi patitur facie quae subvenit olli  
Frigida, vel neutro fortassis robore, (2) linquens  
Nativo, ut semet redimat pro sufficiente  
Principio, ut satis est absens contraria virtus.

Repetivimus ut astrorum partes etherogeneas esse oporteat: lux enim et calor et similia accidentia, atque iis contraria, non nisi in corpore composito esse possunt, neque ab alio praeterquam a compositione provenire (si serius velimus de rerum natura iudicare) asseverabimus. Sed in iis quae de principiis habentur, haec definita petantur. Sicut ergo telluris superficies mari terraque distincta est, ita non ex toto lucida est facies solis, nec esse potest, immo neque videri potest illa lux praeterquam in opacitate quadam radicata. Neque item licet, sicut in Tellure atque Luna, expressius partium illud discrimen sensu visus apprehendere, ubi maior lucis vehementia, (3) lucida quadam caligine seu fulgore, opacarum partium evidentiam obfundit et hebetat. Et solis ergo substantiam, maiori ex parte immo et maxima, (velut et Telluris) aqueam esse oportet: saepe etenim ostendimus, quod et absque ostensione ulla debet claris ingeniis atque sensibus esse perspicuum, ut non nisi ab humida lux possit emicare substantia, etiam ubi ignis a cavis speculis accenditur. Corpus enim hoc pacto tersum et lene, quod luce concipiat, sustineat, et reflectat, non potest esse nisi per aquam inspissantem continuantemque subiecti partes: et noctiluae secundum genus tum spirituosa atque subtili tum adiposa quadam a materia habent hoc


(1) Questa virgola manca nel testo

(2) Questa virgola manca, ed è indispensabile a far capire l'intero periodo.

(3) Questa virgola e la seguente mancano.

quod splendeant argenteo illo vel aurifulgido colore. Neque usquam est ignea lux sine aqua; sed frequenter aquae lux est sine (quem possis dicere) igne: atqui cum hoc lucem nusquam experimur calidam sine igne, licet in comburente speculo non sentitur, quia in eo est centralis et non ita activa, sicut ab eo in materiam accensibilem. Qualia in sphaera solis animantia vivant pro dignitate nescimus; diviniora tamen omnino esse oportet, siquidem illis licet conspicua nobis fieri, et se quodammodo nobis communicare, quibus segne est corpus et ingenium; (1) nutriri tamen ea oportet ut ignem, et aliam omnino esse vitae eorum rationem atque nostrae: idem enim ignis (vel ut melius dicam lux) potest melius per se consistere, quam nos per ignis participationem (2) quandam, quae in spiritu est, consistimus: quibus non ita licet materiam substantiae nostrae animalis ad unam numero vitam obligare.

Sicut etiam in Telluris orbe alia vivunt in mari, alia in diversis reliqui corporis partibus diversa; non secus decet putare in cuiuslibet specie astri, quod eiusdem generis principiis ad etherogeni totius compositionem concurrentibus existat.



(1) Questo punto e virgola manca.

(2) Il testo ha: *participationem*.

Ad iudicium ergo eius formae, quae se nobis solis fulgentissima orbita manifestat, sit corpus globosum, cuius partes lucidae seu igneae sint BC, DE, FA: opacae vero, (1) terrestres (2) seu aquae, AB, CD, EF. Ignem appello corpus aqueum in quo primo vis lucis, et inde caloris dominatur; aquam vero, in quo primum vis tenebrarum seu opacitatis, et inde frigoris.

Dico tale corpus optime consistere, in finibus enim, ubi aqueum et igneum uniuntur, aequali resistentiae atque favoris virtute contemperantur, licet in iisdem maiores mutua actio atque passio faciat alterationes, nam calor et lux, quae est in latitudine BC, non calefacit et illuminat latitudinem AB, multo minus latitudinem DE et alias: cuius ratio est tum ea, quam supra diximus circa extensivam actionem et passionem eorum quae corporeo modo agunt atque patiuntur (unde infinitam intensive actionem non provenire ab infinita mole corporibus ostendimus), tum quia corpus est sphaericum, cuius convexitudo non patitur ut virtus calefactiva, quae est in A, imprimat actus sui vestigia in B vel in C. Effectus ergo lucis atque caloris a corpore solis incomparabiliter maior est ad partes exteriores atque oppositas, quam in eodem corpore subiectas propinquas partes (quemadmodum et a superficie telluris circa zonam torridam aestus, qui ad seposita aethera transmitti potest ad multam semidiametri differentiam, ad partes eiusdem globi valde propinquiores nihil omnino facit). Sicut etiam in nostro globo experimur lucem maris nostri quam speculariter eiaculatur, non ita terrestrem nostram afficere regionem, sicut lunam et oppositas alias in caelo regiones: neque calor a medio corpore, ad partes nempe polares (pro suae molis ratione non aliter propinquas, quam nostro pectori atque ventri capitis vertex esse possit atque pedes) calefaciendas pervenit, quae suum ab ipsa solis rota immediate calorem praestolantur (3) atque lucem; e quibus felicioribus ingenti

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *terrestres*.

(3) Il testo ha: *prestolantur*.



concretorum marium atque montium discrimine divellimur. Qui ergo proximarum partium ultra tropicos hyemes non contemperat, ad longe maiorem distantiam oppositam obiectamque aeris calfacit regionem. Sic ergo extra lucidum solis oceanum tum frigidæ tum temperatæ esse possunt regiones, usque adeo intensa caloris lucisque virtute ( quæ ad nos usque versus et ultra emittitur ) non distante.

Quod autem ita varias in illo oporteat esse partes, indicat iterum ignis substantia, qui in lampadibus et sulphure accensus non ibi maximum sortitur vigorem ubi lucet, sed ubi non lucet potius: inter fumum quippe tepidum, atque eum qui consumit proxime ignem, qui in cerulea quadam opacitate conspicuus est, flamma ipsa (quæ fumus ardens definitur) est sensibilior: ut inter verum ignem, qui inter materiam combustibilem mediat atque flammam, discrimen agnoscere possis atque ardentem fumum; qui non ignis est, sed ignitus: veluti pruna non ignis est sed ignitum lignum, et ferrum candens non ignis est sed ignitum. Ubi et sine sensu per lucem ignem verum licet experiri, quando materiam combustibilem adhaerentem accendit. Quod ergo lucet non est ignis neque lignum, (1) sed humida substantia, vel ignis in substantia humida, vel humida substantia lucis quadam affecta virtute, quam in simili potest exercere materia. Imo et lux per se est invisibilis (2), visibilis vero per ipsum cui inhaeret corpus. Ideo Moses et Mercurius Trismegistus distinguere inveniuntur inter lucem et ignem et solem. Illa enim est natura primogenita, seu principium, atque elementum quoddam, (3) illis, et primæ diei opus: sol vero cum stellis opus est diei quartæ: sic quippe ambo sapientes illas metaphoras apportant, ut naturæ ordinem in suis sentiis nusquam invertant: de caetero aliis relinquo curam pro illorum physice enodandis sensibus.

(1) Qui il testo ha un punto, e dopo la maiuscola.

(2) Il testo ha: *invisibilis*.

(3) Questa virgola e la seguente mancano.

Sol ergo non est neque esse potest substantia simplex, qualis usque adeo spissa atque usque adeo sensibilis, et usque adeo diversicolor (1) esse nequit: intensius siquidem in illius orbitam oculos intendentibus circa medium opacius quiddam et circa perimetrum lucidius (2) videtur: sed ex visu non magnam constituo argumenti vim: aliae quippe nobis undique magis intrinsecae succurrunt rationes, quibus lucem non infra in opacitate quadam fundatam insitamque, sensu rationeque concipere licet. Ab aliquo enim apprime constante, et densitate eximia praevalente subiecto, (3) aeternae lucis illius virtutem oportet (4) et proficisci: sicut et apud nos in (5) aeternum eadem et aequalis maris superficies perseverat: non etenim plus uno tempore atque loco depascitur, quam alio loco atque tempore Sol digerat; ut in eodem perpetuo vigore Telluris diversum corpus perseveret: quin etiam sic omnium animalium corpora essent aeterna, si non plus et sibi cognatius ab earum efflueret substantia, quam influeret.

Ad eius quoque, quod proxime dictum est, demonstrationem facit: quod paraelii in speculo cristallino plano, cuius spissitudo triplici bractea vel duplici constat, duo qui altrinsecus sunt a secunda reflexione soles, quorum media cardinalis imago liventior est, duae vero collaterales valde sensibilibus candidioris apparent speciei.

Illic fulgor Solis propriis terminis non contentus (ratione qua et nocturnae lampades eminus maiores apparent positae, quam propinqua) distinctum opacarum regionum sensum non aequae facit apparere atque luna: illas tamen omnino sic esse necessarium est, alioqui contingeret argumentum nimis excellentis predominii famelici unius (quod ita volo dicere) contrarii super alterum quod in illius alimentum convertibile est. Ita more vulgi loquor: constat enim quod per ignem in vaporem magis transire videntur ea quae comburuntur, quam in

(1) Il testo ha: *diversi color*.

(2) Qui il testo ha due punti, che io ho trasferito dopo *videtur*.

(3) Questa virgola manca

(4) Il testo ha: *tet*.

(5) Il testo ha: *in nos*

ignem transmutari (1), quandoquidem, combustione facta, nullus remanere videtur ignis, et dum combustio fit, ignis ita semper alius est atque alius, ut semper aliud pabulum suggeritur atque aliud: ut sic totam ignis essentiam intelligere possimus lucis actionem quamdam circa humidam alterabilem naturam, sed de hoc alias.

Rursum ita, inquam, necesse est, ad vitam animantium suorum, (ad quid enim vastissimi illius mundi fabrica inanis? ad quid deterioris hoc nostro mundo minore conditionis?) distinctis constare partibus extimam solaris orbis superficiem, sicut et Telluris; cuius si totam faciem aqua contegeret, qui posset inspirare tot mirabilibus ordinibus aer? quae tam foecunde vivifica lux animare posset interiora ad tantam specierum augustissimarum (2) varietatem? fere totum vitae genus tum ipsum, tum eorum quae in ipsa vivunt, tolleretur. Ergo et ad propriam, et eorum quae in ipso sunt vitam, et intus et extra, sol etherogeneis, hac eadem consimilive sorte, donatus debet esse partibus.

Ita etiam animalibus nostri generis crediderim partes habitabiles illic (3) esse raras, sicut et hic ignes videmus in superficie raros, cuius etiam animalia nobis insensibilia pro corporis subtilitate, et quia suos non impune fines destituerent, sicut nos, (4) ad eorum partes contendendo, nostros. Non est tamen conveniens credere ullam mundi partem (5) esse sine anima, vita, sensu et consequenter animali: stultum quippe et hoc vulgare est quod non alia credantur animalia, non alii sensus, non aliae intelligentiae, quam quae nostris obiciuntur sensibus. Proinde sicut specie differunt haec duo corpora, Tellus et Sol, oportet etiam secundum speciem accipere distinctionem omnium quae sunt in Tellure atque Sole, ita quippè oculus hominis, pes, auris, cor, sensus, et omnia differunt ab oculo, aure, corde, et sensu canis et

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *angustissimarum*.

(3) Il testo ha: *illis*.

(4) Questa virgola e la seguente mancano.

(5) Il testo ha: *partem*.

bovis; sicut canis, bos, et homo specie differunt: sicut vero in genere animalia ista conveniunt, et in substantia eorundem principiorum, sic Tellus et Luna et omnia astra et mundi, quos appellamus, in genere uno conveniunt. In quibusdam super humida natura dominatur lux atque calor; in quibusdam vero tenebrae atque frigus. Sicut vero non est sine suo calore luce et igne Tellus; ita neque omnino Sol sine sua opacitate, et frigore, cum accidentibus aliis circa aquam, quae communis est omnium substantia. Ratio dicitur illum praecipuum esse, et diviniorem locum, et animalia excellentiora complecti, quandoquidem illa in nos possunt, minime vero nos in illa.

## CAPO VIII.

Quare sol caeteraque fixa scintillant (1) astra

Non alia trepidare putes ea sidera caussa  
Quae sic scintillant, sensu et donata tremoris.  
Quam quia se circum variis de partibus astrum  
Inrotat; (2) et radios semper transmittit iniquos, (3)  
Inpariter toto quia (4) corpore deiaculantur.  
Quod si oculum vultu ad nostrum constaret eodem,  
Partibus et cunctis parili virtute valeret,  
Non esset ratio ut vis intensa inque minuta  
Nunc alios, aliosque, aliterque aliterque cieret  
Cuspidis affectus: simili quia sidera vultu  
Unde translucent, pigroque e corpore lentos  
Emittunt radios, oculi tantummodo nostri

(1) Il testo ha: *scintellent*

(2) Questo punto e virgola manca.

(3) Il testo ha qui un punto e virgola

(4) Il testo ha: *qui o.*

Pro ratione suos crines motare videntur,  
Contrahere inque vices, illosque extendere rursum.  
Succurrunt ieiuna nimis commenta sophistae,  
Cui ratio, qua sciintillant haec astra, videtur  
Sufficiens horum distantia, qua afficiatur  
Visivus radius, passivaque nostra facultas:  
Quae si caussa foret, non cunctis tempore eodem,  
Qui simul adspectant, species ea flammea iactu  
Pulsaret similique parique, ut saepe notavi:  
At vero haec aliis magis esset passio fortis,  
Ut magis atque minus pollet visiva facultas: (1)  
Nec simul affectu multi inveniuntur in uno.  
Praeterea id prorsus nobis sol monstrat in ipsis  
Inconstans radiis; ut subsultante (2) nitore  
Proximior multis cum sit tamen ille planetis,  
Maiorique suam plus servet corpore formam.  
Distinguenda igitur remanet substantia solis  
Tellurisque, velut distinguitur (3) ignis et unda.  
Et gemina hac specie apparent astra omnia circum,  
E quibus haec proprio, haec alieno lumine gaudent.  
Nec quaedam caeli fulgent densedine, namque  
Differitas generis satis est expressa videnti  
Lunae densum corpus sine lumine per se;  
Estque ad tellurem sub sole, ut terraque ad ipsam  
Solque suo expresse insignit fulgore planetas.  
Ergo aliam causam dare luminis est operae, et nos  
Flammanti et vitrea facie distinguere mundos.

(1) Il testo qui ha un punto.

(2) Il testo ha: *subsultantante*.

(3) Il testo ha: *distinguitur*.

Eadem certe de causa astra reliqua ignea scintillant, qua et Sol proximus omniumque nostro aspectui maximus, subsultante orbe, conspicuus est, qui si amplius abstaret, ut alii, eadem, qua alii, forma scintillare et saltillare videretur. Stellas fixas Peripatetici omnes uno ore dicunt scintillare, quia valde distant, atque a tanta distantia nostri sic afficiuntur oculi, ut iuxta aliam speciem remotiora illa appareant, quam planetae qui nobis propinquiores non scintillant. Est et quidam inter recentiores multae lectionis, atque scripturae, variique iudicii medicus qui ait: scintillare videntur astra quoniam caeli subsfantia cum sit rarissima, radii ad nos venientes saepius, sed tamen semper ad perpendicularem franguntur: ob id cum aer moveatur, sicut lapilli in fundo aquae tremere videntur ob motum fluentis aquae, ita illae titubare videntur, hoc autem in luminibus dicitur scintillare. Stellae autem errantes et Luna non scintillant, quia robustis viribus radii ad nos perveniunt, sunt enim longe nobis. (1) fixis propiores. Iudicio (2) est sic esse, quia (3) cum magis scintillent et planetae etiam non scintillare soliti, ventum futurum praemonstrant, nam medius aer qui est in sublimi vehementius agitated efficit, ut frequentius atque magis scintillare videantur. Sed hic medicus non satis incolumitatur argumento ex sententiis variis et non secum cohaerentibus resarcito. Astrorum fixorum maxima, (4) quae primae sunt magnitudinis, robustiores ad nos eiaculantur radios, quam planetae plures, et quam Luna, quin et Luna minime omnium robustos habet radios, quam inter vehementius radiantes computat: ita medicus non a qualitatis sensu manifestae, sed ab argumento distantiae et abstrusa ratione mavult de radiorum efficacia definire: magis abstans, ergo minus robustis viribus scintillant; atqui Sol magis Luna abstat, ergo minus robuste irradiat. Ratio deinde qua, propter aeris inter-

(1) Questa virgola manca nel testo. Il senso è: *sunt nobis longe propiores fixis.*

(2) Il testo ha: *Judicio.*

(3) Il testo ha: *q*. La virgola precedente manca.

(4) Il testo ha: *maxime.*

medii commotionem, eandem concludit rationem ab oculo ad stellas fixas, cum ea quae est ab oculo ad lapillos in fundo fluentis aquae, non multum habere de apollineo videtur: non enim maior neque alias aer inter oculos nostros atque stellas fixas interiicitur, quam inter oculos nostros et erraticas stellas et usque ad lunam, quapropter non est possibile evitare, quin eadem ratione sicut lapilli in fundo aquae, ita lunae partes et omnes stellae tremere videantur, sive robustiores sive infirmiores viribus radios eiiculentur. Alia possent adduci argumenta, sed circa opinionem hanc et alias quae nihil habent, neque ex viri fama, neque ex mediorum constantia, (1) persuasionis, turpe est oclari, et etiam ignobilis ingenii est ad quemlibet opinantem respondero. Astra praeter planetas (inter quos cometas numeramus, quibus, certis etiam temporibus, (2) insolitus cometa potest esse Tellus et Luna et reliqui planetae) nobis conspicua perpetuo, (3) omnia sunt soles seu ignea, quae ideo scintillare diximus quia ignea sunt, nempe quia soles sunt, et eiusdem conditionis motus capiunt atque sol. Hoc vero quemadmodum sit, nunc distinctius ostendamus. Quod saltillatio est in Sole, idem est scintillatio in fixis. Certum est Solis machinam ita circa proprium centrum converti, sicut et Tellurem converti nobis est certissimum: hoc cognito, vel posito, certum est circumferentiam astri ad oculum semper aliam atque aliam pervenire, et circuli exterioris partes nunc contrahi nunc extendi magis minusque inconstantissime videri. Hinc illa saltationis species. Itaque cum dicimus ignea astra scintillare quia ignea sunt, cum circumspeditione capienda sunt verba, cum hoc scilicet quod huiusmodi astris proprium est circumrotari, quia sic omnia moveantur, non tamen quia sic sola; nisi et igneae speciei astrum velimus et Tellurem cum Cusano intelligere, qui ignis sphaeram circa Tellurem in unum cum eadem corpus venire intelligit: quod tamen ego (non ut impos-

(1) Questa virgola manca nel testo.

(2) Questa virgola e la precedente man. ano.

(3) Questa virgola manca pure.

sibile, neque absurdum, neque difficile) non credo; quia si essemus in sole, lucem nostri orbis non nos, sed exteri, non ex imo corpore astri, sed ex facie viderent. Atqui de facto non est neque esse potest: quandoquidem si Tellus esset eiusdem speciei cum sole, et sic circumstante igne fulgeret, (1) tempore oppositionis, lumine solis per Telluris interpositionem privata, *Luna* (2), ipsius lumine Telluris, nihilominus fulgida videretur. Stat ergo quosdam aqueos mundos, seu planetas circa proprium centrum ita versari sicut et soles: inde scintillatio illa: quae etiam aliqualis in Marte conspicua est: neque etenim ea effiacia, (3) planetae scintillare possunt, alieno illustres lumine, atque soles proprio. Quod vero a rotatione et superficiei illa inconstantia scintillatio proficiscatur, sensibilissimo patefacimus argumento, quoniam lux quae, in facie accensa, (4) est constans, in obiecto speculo vibrato est scintillans, et lux Lunae in suo orbe fixa, in vibratâ fontis superficiei trepidat; sic ergo si Telluris faciem a lunae orbe videremus, sane propter eam, qua gaudet, circa proprium centrum revolutionem, aliquo pacto (licet non ita vivaciter) tremulos ex orbe intenderet remitteretque crines, neque sic idem umbrarum, seu opacarum partium ordo in Tellure videretur illine, atque hinc in Luna.

## CAPO IX.

Persequitur propositum indifferentiae corporum illorum, et istorum.

Technis ergo perit levibu' illa essentia quinta.  
Ergo dies illa illuxit, quae ea sidera, et orbis  
Sustulit, inque suum nihilum dicendo resolvit,  
Quae quoque de nihilo sunt efformata profecto.

(1) Questa virgola manca nel testo.

(2) Nel testo *Luna* manca, e la proposizione manca di soggetto, e non s'intende.

(3) Questa virgola e le due seguenti mancano nel testo.

(4) Questa virgola e la precedente mancano.



Illuxitque dies qua nos de sedibus inis  
Surgimus, et facili calcabimus astra volatu,  
Et seclum immensum nobis reserabimus, extra  
Carcæris invisas tenebras claustrique profundi.  
Cernimus et quondam caecis, modo luce recenti.  
Loripedum pedibus, scapulisque talaria et alae  
Adiecta, et sensus deserti elinguibus, acri  
Detentis morbo, ac rigidae formidine mortis  
Oppressis, vitae species data sorsque perennis.  
Propositum rursus repetam. Distinguitur illic  
Pars a parte quidem, nigra a fulgente corusca.  
Et quamvis longe proprii pars proximior sit  
Partibus orbis, habent nihilum tamen inde caloris.  
Et nihilum lucis directa cuspide certe.  
Sed tantum oppositis venientis ab orbibus hisce  
Qui parili distant circum discrimine ab illo,  
Temperieque calor deflectitur inde benigna  
Et lux, quae nusquam possunt curvamine sese  
Fundere. Nam fieri si posset, et experiemur  
Corpore Telluris, tropicos quae exaestuat inter  
Ingens ad spacium; tantus calor attamen orbis  
Non tangit reliquas flexa curvedine parteis  
(Quamvis vicinas), quae (1) subiiciuntur utrinque.  
Non etenim magno terrai in corpore, ab Arcto  
Plus tropicus distat, quam nostro a pectore cervix.  
Attamen et medias inflexis viribus oras  
Non iuvat, at solem iubet adspectare parentem.  
Non secus Oceanus, fulgentis in ordine solis,  
Igneus haud prohibet solidas consistere parteis

(1) Il testo ha: *qua*.

Compositas fluidis passim, in propriaque manere  
Temperie. inmo etiam concretas frigore, si fors  
Corporis illius sortes patiatur easdem:  
Ignis ut et multus terrai in corpore constat:  
Concretum faciemque tenet frigus, (1) in medioque  
Sphaerae nilum concrevit sortibus iisdem;  
Quinimmo interiora calent dominante rigore  
Frigoris externi. Quare a ratione alienum  
Non erit, in medio naturam credere solis  
Corpore diversis informatam esse elementis.  
Quod vero vario parteis siet ille colore  
Sortitus, multo poteris comprehendere sensu.  
Nam lux in facie igniti sita corporis esse  
Cernitur, atque ignis verus, qui in lampade vivit  
Depascens adipem in tenues aurasque resolvens,  
Flammam intra ac lycium apparet, fumusque putatur  
Quidam flamma ardens, quam nolo dicier ignem  
Icirco, ignitum ratio quia dicere mavult.  
Ut carbo accensum lignum, non ignis habendus  
Iis, quibus est aliud lux, ignis, et ignea massa, et  
Ignitum, et radii, et radiatum, materiesque  
Fulgida, et haud idem est lucis color, umbraque lucis.  
Ast quocumque tibi capiantur significato.  
Humida subiecta est semper substantia, et ista  
Esse nequit proprio consistens robore fixa.  
Ni sibi materies arens societur et ardor:  
Non habet ipsius quod vi solvatur, et in quod  
Actitet, aretoo nisi quod sit frigore primo  
Condensum, neque finitae data materiei

(1) Questa virgola manca

Copia, (1) seclorum poterit per secla videri,  
Ni se continuo instaurent contraria gyro.  
Ergo loci oppositas species, habitusque requirit  
Quilibet e mundis, ac motus continuantes  
Totius et partis, (2) minimorum ad usque valorem.  
Non igitur lux illa potest substantia simplex,  
Ac sibi subiectum corpus sine compositura  
Effingi, siquidem spissum quid, sensibus estque  
Obiectum, et calida tangit virtute remotum,  
Quam tantum ignito scimus de corpore abire,  
(Nam nec quae exurunt ignita specilla negamus)  
Artubus e cuius contraria pabula carpit  
Incendens virtus, cui si contraria desint  
Est nihil, aut nihilo similis: non ergo repertae  
Sunt tantum parteis aliae a lucéntibus illic;  
Sed quoque radices in opaco lux habet, ut sat  
Commonstrant nobis flammantia corpora semper.  
Nempe superficie in quadam lux cernitur omnis.  
In clypeoque subest candentis Apollinis atror.  
Indicat id clare ternaque in imagine solis  
Crystalli (3) glacies, quarum media illa nigranti  
Livore inspicua est, geminis albentibus hoc plus,  
Luminis a specie quia tantum progenitantur,  
Integit et partes mage fulgor solis opacas,  
Namque minus contenta suis est finibus haec lux,  
Quam Lunae, atque astri peregrina luce nitentis.  
Hoc lampas nocturna facit, quando eminus ardet, (4)

(1) Questa virgola manca nel testo

(2) Questa virgola manca.

(3) Il testo ha: *crystalli*.

(4) Questa virgola e la precedente mancano.

Sensibus expressum, molem mentita' superbam.  
Usurpansque sibi tenebrarum finitimarium  
Attiguas parteis, amplum grassata per orbem.  
Praeterea si flamma foret nimia illa tyrannis  
Unius, adversi evictas monstraret aperte  
Alterius vires, et de interioribus esse  
Compositumque eius generis vix tempore paucio  
Consistet, siquidem pars quae resoluta potenti  
Cuspide diffugit contraria ad ora rediret  
Numquam, quae simili se obiectent undique forma.  
Diffugiens igitur rapido torrentia cursu  
Pars gremio rursus aut dorso instauratur amico.  
Ut generis tamen Oceanus constabit aliis,  
Congeneusque humor toto de corpore, massam  
Compingens solidam, varium genus inde animantium  
Testatur facile, et vitae melioris adesse.  
Nempe Deum, quem ignem absumentem dicere suerunt.  
In sole affirmant sedem posuisse potentem,  
Flammantesque (1) Deos illi virtute ministra  
Adstantes, volucrum caeli hos Cabalista celebrat  
Nomine. Timaeus solem medium esse deorum  
Praedicat, et vates Orpheus, Psaltesque propheta  
Luminis indutum radianti sindone (2) dixit.  
Ergo ut sunt Tellus et Sol materque paterque,  
Liber et alma Ceres, Juno et Iovis alta potestas.  
Unius haud generis qui sunt animalia, quamvis  
Principiis constant iisdem duo corpora primis.  
At super humentem naturam est lux ibi princeps.

(1) Il testo ha: *Flammantes*

(2) Il testo ha: *sindone*.

Haec umbra: atque illic vivunt animantia lucis,  
Haec genus invisum, occultum, nothumque laborat:  
Spiritus est illic vitalis frigida virtus,  
Atque umbra, unde Stygem divis dixere verendam  
Prisci illi, et Noctem matrem antiquamque deorum  
Multorum. Nobis calor et lux ordia vitae  
Suppeditant, satum (1) servantque fugace favore.  
Spiritus inde simul totum contemperat unus,  
Unicus ille animus cunctis, Iovis omnia plena.

Substantiam coelestem Peripateticis saltem recentioribus, non differre debere a substantia istorum quae sunt penes nos, importune docent cometae; supponunt enim materiam eorum esse terrestrem et non possunt etiam negare aliquid humidi, immo tam multum humiditatis inesse, quam multum ad inspissandum tantum corpus (2) sufficiat, et tam diuturnum adeo potentis (3) voracissimique ignis pabulum: subindeque horum apparitiones convincuntur (4) fieri ultra Solem, et frequentissime, ut illi aiunt, circa orbem Veneris atque Mercurii. Quidam dicunt raptum humorem illuc usque vi siderum, quamvis altior sit locus eo qui humoribus est destinatus. Quidam ad virtutem supra et extranaturalem confugiunt aientes, Deum qui supra naturam est, ad aliquid nobis significandum, has in coelo species creare: quasi vero meliora divinitatis et optima signa non sint ea quae ordinario incedunt cursu, inter quae et ista ab ordinario non sunt, aliena; licet eorum nos ordo lateat: sed cum prophetae huiusmodi nos non loquimur, neque iisdem respondere curabimus, ubi non sine sensu atque ratione loquendum. Author homocentricorum observavit cometem anno Christianorum MDXXXI paulo Sole orien-

(1) Il testo ha: *tatum*.

(2) Il testo ha: *corpus*.

(3) Il testo ha: *potententis*.

(4) Il testo ha: *convincuntur*.

taliorem ad vigesimum quartum gradum Virginis, Iove tertiam Scorpionis (1) tenente partem: et habet pro impossibili, ut decimo octavo die, vel ante, Iuppiter ad gradum decimum tertium Scorpionis pervenerit: quapropter unius mensis spacio progressus est secundum longitudinem a vigesimo quarto Virginis usque ad tertium Scorpionis gradum: partibus nempe quadraginta et una: qui sane progressus tempora Mercurii et Veneris imitatur. Ex illo et aliis, concludit Peripateticus quidam, cometas non fieri ex vaporibus; et non in aethere generari, ubi non est materia quae accendi possit, cum etiam cometae plerique mensem excedant (2) secundum, aliqui etiam nec in tertio finiuntur, cui conflagrationi bene ait Cardanus) nec tota terrae machina sufficeret. Ignis enim nunquam in eadem est materia, sed novam perpetuo requirit: ardere vero, tantamque tribus mensibus durare materiam, est impossibile. Accedit (ait idem) quod aliqui humiliores essent, qui absconderentur ante occasum, aut essent immobiles, quorum neutrum adhuc visum est. Addit idem: deprehendere an cometes in elementorum regione sit, an in caelo fiat, facile est admodum; nam si maiorem habeat diversitatem quam Luna, in elementorum necesse est esse regione; si vero minorem, proculdubio fit in caelo. Et colligit communem omnibus planetis esse ut tribus motibus agantur, uno ab ortu ad occasum generali; secundo, more planetarum, ab occasu in orientem paulo plus minus in parte una coeli ad Veneris ferme similitudinem; nam cometes anni Christianorum MDXXXII, exortus vigesima secunda Septembris ex quinta parte Virginis processit in octavam Scorpii, quo factum est, ut solum sexaginta tribus partibus Zodiaci secundum longitudinem in diebus septuaginta et uno processerit, quod est minus una parte per diem: et ideo non est possibile ut sit infra lunam, ubi oporteret Luna velocius moveri. Est et tertius motus in latitudinem, quem more planetarum recipit. Ante Italos istos astronomos Albumasar etiam inter Peripate-

(1) Il testo ha: *Virginis Iove tertiam. Scorpienente.*

(2) Il testo ha: *excedant.*

ticos arabes unus iudicavit cometem supra Vencrem esse. Quinetiam est et cometa ad annum MDLXXXV quem rotundum dicit cometam. Alii novam stellam quam iudicant in caelo supra Saturnum, quae mensibus octobri atque novembri conspecta est, cuius observationem, ut ab Ufaniburgicis astronomis facta est, legi. Unde hoc tantum ad hominem (ut aiunt) argumentum deduco. Si cometae sunt ex ea quam Peripatetici existimant materia, et haec est in caelo supra lunam, substantia profecto eorum, quae sunt illie, a substantia non differt elementari. Item oportet spacium unum esse aereum corporibus hisce pervium atque penetrabilem, et in quo talia praesente materia gigni possint. Sed hoc in hoc proposito sufficiat, nostram quippe de hisce sententiam, maiori oblata occasione, in posterioribus aperiemus.

#### • CAPO X.

• Ut non alia species rerum esse possit circa lunam quam circa tellurem.

Non magis inde tibi circum confinia Lunae  
Ignis adesto, magis vel candens aeris orbis,  
Quam videas circa Telluris proxima: namque  
Haec simili ratione vigent agitata, manentque  
Consimili vultu parteis referentia easdem.  
Absimilem vero motum est sortita diurnum.  
Namque propinqua magis solaribus ora recepit  
Ignibus; hinc tanto candente recedit ab orbe  
Luna magis, quanto plusquam Terra acta propinqua est:  
Circuit hinc igitur Telluris concita mundum,  
Interea in media noli regione putare  
Aerea (1), multum Vulcania regna vigere.  
Non etenim satis est ut sint magis ora propinqua.

(1) Questa virgola manca nel testo.

Ut magis ignescant, calidum capiantve vigorem :  
Insuper exigitur retinendi densa potestas  
Sistendique, vagum radiosa e luce calorem.  
Illinc non tantum capitur calor atque tenetur.  
Ast etiam (fuerit si corpus densius atque  
Tersius) accendet, si (1) lucis vimque reflectit.  
Ut patet in speculis urentibus inque cavatis  
Sole sub ardenti. Docet experientia multa  
Quid candens possit vehementius aenea pelvis  
Seu chalybea; cavo effervens ex orbe, propellit (2)  
Spicula, quae forti nostro concepit (3) ab igne.  
Hac malus arte sumum Maurorum rex Muleasses  
Et sensu visus et regni sorte parentem,  
Ignitam in pelvim qui verterat ora repente.

Orbavit. —

Ergo licet soli propiora cacumina montis  
Existant, regioque vagis ubi nubila crescunt  
Corporibus, surguntque nives, pluviaeque adolescunt  
Materies, ideo non est quod digna putentur  
Ut magis ignescant, species promantque calentum.  
Namque ibi non usquam radii vis illa potentis  
Sistit. (4) continuo exagitantibus aera ventis.  
Si quisquam ergo locum attingat scandendo supernum,  
Terrenae sphaerae qui vere est ultima finis, (5)  
Aeris et reflui consistit terminus, illic  
Temperiem summam experietur, perpetuamque;  
Nam tranquilla vigent caeli illic ora sereni.

(1) Il testo ha: *accendet. Si.*

(2) Il testo ha: *chalybea cavo effervens; e.e. orbe propellit.*

(3) Il testo ha: *concepit.*

(4) Questa virgola manca.

(5) Questa virgola manca.



Unde videre queas pronò vaga nubila vultu.

Et quia non ulli sunt illa in parte vapores,

Non est quod rectum teneat radium atque reflexum.

Quare naturae est illic impressio nulla.

Ut arrogantissimum est omne fere grammaticorum genus: non est rerum quantumlibet difficillimarum iudicium, quod sibi prologodetalae sufficientia iure optimo non usurpent; hinc postquam lassiss a nominum dictionumque notomia interferiari licet, mitto minora opera quae ad municipales status pertinent, ut tot sint theologiarum species, quot et parvarum monetarum, quarum valor etiam huiusmodi pecuniarum aenearum more de passu in passum, de anno in annum perit et eadem levitate evanescit, atque exorta (1) fuit vel ex utero alicuius abiectissimae hypoerisis vel malitiae, vel aliis secundum genus imposturae et melancholicae temeritatis: quae omnia melius in Pedantis (quem aiunt) unius (2), quam in quocunque alio convenire possunt. Novissime de morte ad vitam, antiqui illius Iovis Cretensis defuncti (3) memoriam, per Iovam de tetragrammo Ebreorum decolatum, revocarunt, nolentes vel secundum nativam Iudaeorum institutionem a prolatione illius sancti nominis pro reverentia abstinere, neque secundum aliorum usurpationem proferre Iehova. Sed hoc condonabile esset, nisi esset post novorum Eloimorum substantias, essentias, usias, de quibus nihil ad nos. Haec cum compleverint, quasi ex altissimo tribunali et negociatorio, isti altitonantis secretarii, grammatici Latini, Graeci, Ebraei, Syri, Chaldei, et consequenter Theotochi, philosophorum quoque de libris definire dignantur; ingrediuntur ergo academiam, conscendunt suggestum, proferuntur in medium opiniones, absque legitima partium

(1) Il testo ha: *exorta, vel fuit, vel ex* etc.

(2) Tutto questo periodo zoppica: qui poi va aggiunta qualche altra parola, come: *in pedantis unius cerebro*; altrimenti la sintassi non corre.

(3) Il testo ha: *vitam antiqui... defuncti, memoriam*.

praesentia, et causae dictione, quia omnia iura et lumina sunt in illo sacratissimo archididascoli pectore recondita. Expectatur iudicium: venit.

Ait ergo divinarum humanarumque rerum definitor ex hoc ordine Grammaticus.

« Cum vero corpus Lunae non sit ex aliqua natura densa, ut terra est, aut ex ea composita, mirum videtur cur Xenophanes adductus sit, ut in luna habitari dixerit, eamque locum esse multarum urbium: mirum cur Nicaetas Syracusanus caelum solem lunam stellas, supera denique omnia stare dixit, neque quicquam praeter terram moveri, qua circa axem suum versa, omnia illa sic rapi videantur. Harum opinionum illam causam fuisse credo, quia sicut in frequentissimis civitatibus multi sunt rerum novarum cupidi: ita in philosophia contingit. Nonnulli enim ne nil scisse videantur, aliqua nova monstra in philosophiam introducunt, ut alicuius rei inventores fuisse appareant. »

Haec Scholarelia, eximiusque ludi minervalis moderator, puerorum Rhadamanthus (1) neque ordinariam philosophiam callens, quam pro more laudibus ad astra vehendam dicit, (2) peripateticam: perperam de divinatorum hominum (quorum cineres omnibus huius generis animabus sunt anteferendi) sensu iudicat. Postquam literarum falsificationem, et mendacissimam (ex fonte temerariae ignorantiae) illustris illius positionis eversionem (caelum quippe stare ille dixit, nota tellure, non autem lunam et omnes stellas, et omnia supera) nostri quomodo actum deinde expediat. Nos vero quid grammatico respondebimus, quod ille capere velit vel possit? Quid pecorum omnium insulsissimo faciemus? ad quem promeritorem appellabimus? Quid de corio illius (qui ultra suam pulverulentiam stercoreamque crepidam tam temerarie audax adsurgit) faciendum existimabimus?

Sunt qui crediderunt quoddam tempus, (refert Mythologicus ille)

(1) Il testo ha: *Rhadamanthus*.

(2) Questa virgola manca nel testo.

quo nondum nata esset luna quae iunior esse (1) sole credebatur, cum vel Arcades ante illam putati sint, qui non procul ab Apidano coluerunt. (2) Apollonius libro Argonauticorum (3) quarto: (4) Nulli erat auditum (inquit) Danaum genus; at Arcades Alpidanenses soli fuerant olim, Arcades illi qui lunam superare se tempore et annis ferunt, cum glandes ederent dispersi in montibus altis. Et Theodorus, libro primo, paullo ante bellum quod ab Hercule ante gigantes gestum est, lunam apparuisse scribit. Aristochius, et Dionysius Chalcidensis, in primo suae aedificationis, idem confirmarunt. Mnaseas ait, Proselenum Orchomeni filium Arcadibus imperasse: quod etiam affirmavit Duris Samius in libro quintodecimo rerum Macedonicarum, qui inquit, fluvium Orchomenum eum a patre nominasse; et Mnaseas, (5) Arcades ante Lunam genitos fuisse, unde et proselenos, id est antelunares vocatos. Ab hisce historicis nihil adducitur naturae inconueniens, neque non naturae (quidquid sit de peripatetica philosophia et grammaticorum censura) convenientissimum fertur. Etenim Tellus quae eiusdem est speciei, (6) generabilis est et corruptibilis substantiae, est enim animal, quantumvis diuinum, (7) etiam mortale: mundi ergo generabiles sunt et corruptibiles, et non est possibile aeternos fuisse, quos experimur alterabiles, exque alterabilibus partibus consistentes. De eorum vero materia, et spiritu non definio, quia altius requiritur iudicium: hoc autem certum est, quod omnia secundum totum esse a Deo dependent, sed de principio dependentiae secundum durationem disputatio est: non potest enim capere vulgus, ut aeternum, secundum totum esse, (8) dependere ab alio possit.

(1) Il testo ha: *esse*.

(2) Il testo qui ha una virgola.

(3) Il testo ha: *Argonauticorum*

(4) Il testo qui ha un punto.

(5) Questa virgola manca.

(6) Questa virgola manca.

(7) Questa virgola e la precedente mancano nel testo.

(8) Questa virgola e la precedente mancano nel testo.

CAPO XI.

Ex Platoniceis, Pythagoricis. et Timaeo de variis circa Tellurem habitationibus.

Fortunatum animal vegetat Telluris ad umbram  
Nubiferos ultra campos aurasque fugaces.  
Atqui ubi Terrai non fimbria contegit ulla.  
Nil vivens perstare potest quod laeserit ignis,  
Compostumque magis torrebitur inde repente  
Haud medii virtute nihil quod suggerit, atqui  
Concipiet propius penetrantia spicula solis,  
Quae neque telluris matris contemperat umbra,  
Nec rapidus motus, neque constans crassior aer.  
Qualia sed Tellus neque posset ferre manendo,  
Frigida quantumvis, donataque corpore tanto.  
Timaei Locri sensus fuit, atque Platonis  
Non inconueniens dictis, positisque Magorum,  
Fortunata magis constare animantia in oris  
lis, ubi tam puro, plusquam nos, aere gaudent,  
Quanto subtilis plus est regio data nobis  
Hac, quae squamosis concessa est piscibus, et quae in  
Corpore Terrai magis est situata profunde.  
Illas accedit, vel forte attingit ad oras  
Telluris propriam sublime cacumen olympi  
Contiguum ad faciem, quia pars Telluris habetur  
Aeris hoc totum, quod vento et nubibus atris  
Turbatur, quatitur, strepit, in tot abique colores.  
Cernere ibi posses, anno vertente dieque,  
Sacrorum cineres, leuior quos aura potesses

Spargere, qua fuerant forma, consistere eadem; (1)

Temperies illic geminas quia terminat oras

Intra incentivas superas, imasque rigentes.

Etsi (2) autem constans tranquillusque aer ibi sit,

Non tamen est calidus, nullos quia concipit igneis;

At crassum corpus, si quando advenerit illuc

Fortius arreptum, violento absimitur igne,

Sed nil adsurgit, quod certe dicere possis. (3)

Et quae, nocturna praesertim aestate, videmus

Currere flammanti (subito extinguenda) nitore

Pabula sulphureae convictaque materiei (4),

Mirum si constant ubi ventus nullus; oberrans

Perpetuo in gyrum Telluris concava circum,

Nulla igitur reliqua est vis, qua pellantur ad astra.

Et purum subeant vapidum super aera campum.

Quare non opus est, medium magis esse calescens

Vis calidi circum, quocumque admigret ab igne; (5)

Eminus at positum si spicula fixerit haec, quae

Diffua mobilium penetrarunt secla viarum, (6)

Immo reflectuntur radii de corpore denso,

Quo nihilo calidum minus est pote deiaculari,

Quam si torqueret recta arcus solis eosdem.

Interdum facies speculi cava perficit istud,

Quod radii nequeunt venientes undique recta :

(1) Il testo ha un punto.

(2) Il testo ha: *Et si*.

(3) Questo punto nel testo manca; e manca ogni punteggiatura in tutto il periodo.

(4) Il testo ha: *materiei*.

(5) Questo punto e virgola nel testo non c'è.

(6) Qui il testo ha un punto, che non ci va: manca poi la punteggiatura nel resto del periodo.

Non quia praepollet radii reflexio, vel lux  
E vultu manans speculi, verum inde profecto est,  
In centrum radios quia sparsos colligit unum.  
Lenis concavitas ea corporis, (1) atque vagantis  
Aeris attritus nihilum contemperat illic (2)  
Impressas vires. Iure ergo potentior inde  
Emicat ille calor, qui prorsum totus ab astro est:  
Sed speculi tantum in facie componitur, atque  
Stringitur in punctum, quo deinde intensior exit.  
Quapropter causae reliquum nihil esse videmus,  
Quo neget omnino coelestem hunc esse calorem  
Quisquam, sed puram e coelo descendere lucem,  
Puramque in denso consistere corpore solis,  
Quale elementorum quocumque horrescat ab actu.  
Ast ego vectabulum bene lucem dico caloris,  
Quantus pro modulo semper comitatur eandem.  
Perfecto satis haec aperuimus omnia sensu,  
Et commenta tacent stulti aduihilata sophistae.

Conforme ei quod dixit Plato, esse partes in Telluris orbe altiores in quibus homines foelicioris vitae inhabitent et diuturnioris, (3) et substantiae magis spiritualis, quorum aer tanto subtilior et tranquillior atque elarior hoc nostro est, quanto et noster hic est purior. ea spissiore Telluris regione, quam incolunt pisces; refert Cardanus a suo parente relatum de septem viris qui se protestati sint homines quasi aereos, qui et ipsi nascerentur et interirent, sed illorum vita longe nostra diviniorem, quae ad annos trecentum tenderetur, quos nihil abditarum rerum lateret, tenuissimo quoque corpore nil nobis

(1) Questa virgola manca.

(2) Qui c'è una virgola che non ci va

(3) Questa virgola manca nel testo.

commodi vel detrimenti adferre posse, praeter spectra et terrores et scientiam. Deinde rudis et amens fabulator refert parentem audisse eos de animae immortalitate et de mundi aeternitate altercantes et dissentientes, quorum alter se palam Averroistam profiteretur. Ubi dixerat eos nihil latere abditorum, iam sequentibus verbis alterum eorum ignorantem, vel ambos potius posset inferre, quam doctos. Nobis certum est, diuturnitatem vitae terrestribus animalibus maiorem et minorem non capiendam esse a ratione superiorum et inferiorum Telluris regionum. Sed certe in interioribus huius astri regionibus sunt animalia subtiliore corpore, vivacissima, non satis rationalia, nec quae multum nobiscum possint habere commune; sunt etiam ad spacium aereum, quod umbrae Telluris pyramide continetur, et cum Tellure motu diurno circumducitur, in quo daemones sapientiores nec satis amici nec satis inimici hominibus, irrisores tamen et mendaces; et qui non plus habere ingenii, quam nos habere possimus, sed in eo excellunt, ut pro corporis tractabilitate, quale est et nubium corpus, varias se possint in imagines transfundere et contrahere, insomnia inducere, et absentia a nobis videndo annunciare citius, unde futura putantur intelligere, quorum longe minus possent esse praescii quam nos.

De rerum vero iudicio, ex discursu et argumentatione, nihil est quod illis solide tribuere possimus: plurimum enim etiam propter ignorantiam mentiuntur. Ambiunt tamen omniscii apparere omnes: porro sic apud eos est distinctio inter plebem et satrapas, multitudinem vilium et ignorantium, et raritatem sapientum ad singularitatem usque unius sapientissimi, sicut in omnibus accidit speciebus: Inter equos, elephantos, et canes enim videre est eos qui ad sapientiam humanam propius accedere videntur, et prae multis hominibus certe sunt vegetioris sensus et argumenti: sic qui aliquid cognoscunt inter homines infinitis illius speciei daemonibus sunt sapientiores. Porro si speciem speciei conferamus, quemadmodum sapientior hominum sapientiori bestiarum praestat; ita et sapientior daemonum, hominum sapientissimo; sapientior deum, sapientissimo daemonum.

Deus vero deorum ipsa est, super omnia, sapientia. Sed redeamus ad id quod huius contemplationis est proprium.

Dicimus regionem illam, quam conus umbrae terrae (vulgo contra solem circumcurrens astrum, vel astro, ad aversam a sole partem, adhaerens, (1) diurnum propter motum invariabilis) constituit, daemonibus aereis esse propriam; extra quam nulli spirituum, Tellurisque animalium consistentia esse potest: quia extra huius magnae parentis sinum et umbram non est, quod calorem ignipotentis astri sustinere valeat: sic de regionis figura constat. De quantitate vero secundum longitudinem et latitudinem variabili, mathematici (quos hoc decet ocium) definiunt (2). Magi etiam, per varias solis cum Tellure constitutiones, diversos diversorumve daemonum accessus, virtutes, et operationes sibi constituunt. Illud physice observandum non praetermittendum censeo, quod uno accedentis vel recedentis umbrae terrestres instanti, terrestribus viventibus et daemonibus in aethere commoda vel incommoda, fugiendo vel persequendo, a solis luce, vel ad lucem sit habitatio atque consistentia: quandoquidem tota caloris virtus una cum solis radiis simul adest et abest. Velut virtus caloris in corpore solidiore magis imprimitur, et diutius perseverat, plus inquam in ferro quam in lapide, plus in lapide quam in aqua, plus in aqua quam in aere vaporosiore, minime in aere maxime subtili: sic in aetherea, omnino extra Telluris terminos, regione nihil est, in quo caloris vestigia impressa possint remanere, ideo in instanti locus extremi caloris, praesentia umbrae, in locum summae temperiei transibit. E contra vero, umbra recedente, repente a summa temperie ad summum caloris datur accessus: ubi neque aqua, neque nubes, neque interiectus vapor retundit spicula solis, neque Telluris rapidissimo motu discutuntur, obliquantur, effringuntur.

(1) Questa virgola e la precedente mancano nel testo. *Invariabilis* poi crediamo si riferisca a *regio*, sottinteso.

(2) Il testo ha: (*quos hoc decet ocium definiant*).



CAPUT. XII.

Contra apparentiam illius gyranis Olympi stelliferi unius, nova verborum,  
non ita sensuum textura.

Nullas ad fruges, sorte infelice profecto,  
Gyris continue magnis, mediis, minimisque,  
Tamquam uno rapiente omnes, circumque rotante,  
Phantasiae Stagirita modis obiecat ineptis. (1)  
At vero ut stans est, gyrove minore cietur, (2)  
Hic sol hosce inter vitali luce planetas,  
Qui illius aeterno circumdant atria cursu;  
Sic, multa qui scintillant regione remoti, (3)  
Soles in medio consistunt aethere, nullumque  
Obiectant motus sensum, et socialia castra  
Errantum non ulla cluunt: quae mentis habemus  
Ac sensus perspecta oculis melioris, et artis.  
Sic igitur proprium, motu revoluta diurno,  
Circa hoc omne facit centrum terrena videri  
Machina in immensum, mole adsurgente, rotari:  
Dumque annum circa solem delineat, ecce,  
Obliquo impulsu, coelum et sol cernitur ire  
Cardine (4) ab occiduo, exortus generalis ad ora.  
Nec capit errantis propria sub lege planetae  
Alterius normam facile, ut distincta viai  
Orbita non patitur confusis pulsibus ire

(1) Questo punto manca nel testo.

(2) Qui il testo ha un punto che non ci va.

(3) Questa virgola e la precedente nel testo non ci sono.

(4) Il testo ha: *cardene*.

Obvia quae veniant occursum illisa sinistro.  
Et dum mutantur marium loca, flumina, monteis,  
Fit (1) centrum hinc aliud (2), atque aliud, faciesque superna:  
Sic reliquae, cunctasque vices in corpore parteis  
Concipiunt, alioque ideo sua membra tenore  
Obvertit tropici stationibus, atque polorum  
Aspectus variat. Quare trepidare videtur  
Immensum, ac parteis non certa sorte moveri.  
Quae quia continuū velut unum agnoscit, et unum  
Fixa vehens caelum reliquisque vagantibus perstat (3).  
O quantis miseri haec monstra excusare laborant,  
Regula quos mater lucis toto orbe fefellit.  
Haec si ita, quod sphaeram infoelix putat esse sophista,  
Non sphaera est, atqui vigilantis somnia sensus;  
Quae non ulla exstant usquam ratione probata,  
Quaeque ubi solerti discussa examine stabunt,  
Ipsa, quo utuntur miseri, quoque iudice sensu,  
Haud quoquam poterunt fundamine fuleta tueri.  
Non locus est stellas vectantibus orbibus iisce;  
Nam neque circumdat terram seges illa micantum,  
Nec par disiungit nostro distantia ab orbe,  
Aethera nec certo clauduntur denique fine.  
Phantasia haec quamvis Telluris stantis, et acti  
Corporis incurvi raptantis sidera, possit, (4)  
Sensibus invitis, quandoque per artis inertis  
Principia, infirmas firmo phantasmate menteis

(1) Qui il testo ha una virgola

(2) Il testo ha: *aliud*.

(3) Il testo ha: *perstat*.

(4) Questa virgola e le due seguenti nel testo non ci sono.

Vincire: at morbum ex aliis curabimus istum. (1)  
Nam modo, (2) praecipuae quod mensurae indicat ordo  
Ad species oculis obiectas, ut ratione  
Sub duce contendant melius, mediisque reponant  
Omnia perspicuis, ac certis, ordia (3) motus.  
Effectusque suo in subiecto cernere deinceps:  
Et quae principia haec comitantur plurima, posthac  
Momentis adaperta suis per singula claro  
Ingenio venient, ubi sint primum ista reperta.  
Deinc multam ad praxim studiosae ea pluria curae,  
Namque opportunis mihi tantum insistere mens est.  
Quando polliceor plureis exinde futuros,  
Celso qui reliqua ingenio deducere possint.

Stat ergo unum spacium aethereum, et imago multiplicis motus  
eorum quae circumstant, nobis motius, cum nostro quem incolimus  
mundo. Hinc Sphaera illa vulgaris nihil est praeter mathematicae  
phantasiae telum. Ut vero, naturae principiis ordinibusque  
compertis, ad novam theoriam procedendum, per se solertissima  
ingenia melius in posterum definire (4) poterunt.

### CAPUT XIII.

De ordine mundorum in universo, et consistentia in aethereo campo. II. Quod varis  
agentium motibus ad vitam III. Quod plures sint planetae quam quot apparent

Ergo ubi concepimus spacium sine fine profundum,  
Inde una perseverans specie atque colore:

(1) Questo punto manca.

(2) Questa virgola manca.

(3) Il testo ha: *certis. Ordia.*

(4) Il testo ha: *desimire.*

Continuum minime dubitem comprehendere quiddam,  
Quod semper parteis integrent consimilares.  
Atque ita distinguunt propria intervalla planetas  
Orbi vicinos nostro, similesque figura, (1)  
Luminis et specie, ac motu, velut insinuabo, (2)  
Consortes isti mundos, spaciumque tenentes  
Aereum, veluti Tellus medio aere perstat.  
Sic neque distabunt radiis medio omnia ab isto,  
Quae circum exagitata putat pulsu unius orbis  
Insanum vulgus, sed coelo continuante  
Uno, distinctis passim sunt intervallis,  
Ut Luna, ut Tellus, ut Mavors, ut Basiliscus,  
Et gyris quaecumque geri spectamus iniquis.  
Concita quae non sunt alio pellente, sed ipse  
Ipsorum Genius, pulsusque atque impetus urget,  
Vitae pro modulo captantia munera solis.  
Multiplicique opus est ut agantur singula motu,  
Totum si debent vitali munere corpus  
Regere; namque calor genitalis, diaque lux non  
Est potis ut gyret circum per singula lustrans,  
Sed bene consistens medius se millibus unus  
Communem parili efficienter praebeat actu,  
Cum propriae circa molis medium exagitentur,  
Motibus atque aliis varient gyramina, quo sint  
Aptis pro vicibus per singula quaeque novata  
Integri membra; ut generatio, vitaque cunctis  
Obtingat. Constant igitur media atria solis,  
Quem circum non duntaxat septena planetae

(1) Questa virgola manca.

(2) Questa virgola manca pure

Discurrat soboles, verum quoque turba latentum :  
Quae, quia non propria se obiectant luce, necesse est  
Ut certa e regione sient opposta, ut imago  
E speculo ad visum non undique fertur eundem  
Praesertim lucis. Quoniam mare corpore toto,  
Percussum Lunae radiis solisque, refulget  
Spectanti, (1) adversa tantum de parte; ideoque  
Corpora, quae splendent nobis, errantia semper  
Sunt certa in regione poli, et certo ordine gyrum  
Complent, ac toto numero spectantur ad Austrum.  
Proin sunt quae obliquant cursus in partibus iisce,  
Ac raro ignotisque apparent legibus, haec sunt  
(Quos vulgus putat esse ignis tormenta) cometae.  
Qui caudam opposita semper de parte reportant  
A solis vultu, ne conflagrantia credas  
Corpora, sed lymphas vitreoque nitentia tergo,  
Non minus ac Tellus, et Luna, et Iuppiter, et Mars;  
Sed quoniam obliquus motus posituraque passim  
Coram isthaec nostros adducit pervia sensus,  
Angulus a nostri visus et cuspide solis  
Comprensus non consistens in corpore viso est,  
At vero specie concepta defluit ultra,  
Atque ut proiectu, lucis diffunditur umbra.  
Apprime id speculi posses comprehendere plano,  
Quod speciem obiecta referet de luce cometae,  
Si oblique formam obverso de tergore captet,  
Quippe planetam etiam interdum vidi esse comatum,  
Fixaque in stella caudam vidit Stagirites. (2)

(1) Questa virgola nel testo non c'è.

(2) Il testo ha: *Stagyrites*, che suole essere quasi costantemente l'ortografia del Bruno nello scrivere questa parola; ed è sbagliata, perchè in greco è *σταγειριτης*.

Hac etiam ratione iterum coma longior exit  
Interdum stellis raro occurrentibus, illo  
Tempore, quo lux est fere extenuata per omne  
Ut noscas non esse ignem qui extinguitur; atqui,  
Corpore subiecto plus se obliquante, videri  
Desinit haec species sensim, ulteriusque relabens  
Extenuata coma est, tandem occultatur, et extra  
Fines discurrit certos, versusve reiectat  
Conceptos aliò radios. Sunt pleraque deinde  
Corpora, finitimi hoc gaudentia lumine solis,  
Quae minus haud possis, quam nostrum, dicere mundos;  
Et, medio conlata deo, (1) sunt numina parvo  
Corpore, et accepta tantum splendentia luce  
Omnia Telluri magis ac minus esse propinqua  
Usque adeo, et varia pro tempestate remota;  
Sic propria exagitata via speciesque cometae est,  
Ut si sint orbes errantium non temerandi,  
Quos nunquam penetrent peregrina pervia mole,  
Tunc vel consimiles habeant ea per loca vecti  
Vel tantum visa percurrant mole cometae,  
O dii quam rapido ruitant torrente moventes,  
Multaque magnifico citharizans (2) orbita gyro,  
Et centrum cui sint obstricta haec omnia Tellus.  
Tunc alia circum solem serie omne movetur,  
Tunc proprii merito sensus, mentisque meabunt  
Per campum stellae aethereum quaecumque cientur,  
Tunc ipso agnosces soles splendore manentes

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Il testo ha: *cytharizans*, e così suole quasi sempre scrivere il Bruno; ma in greco è *κιθαριζω*, ed in latino *citharizo*.

In mediò, et synodos multorum currere circum,  
Qui maris undantis specie ad loca proxima fulgent.  
Tunc ubi vidisti solem hunc circumire planetas  
Non cupies frustra reliquos circumire videre,  
Nam neque tu potis es radios intendere visus  
Usque adeo, et minime possunt ea corpora lucem  
Ad nos usque dare, triplici ratione, remissam.  
Nam lux non propria est, parva de mole, remota. (1)

Convenit ut astrorum singula pluribus agitentur motibus, ut Tellus; eorum tamen nobis non alii possunt neque debent esse sensibiles, quam eius speciei, cuius Telluris motus illis sensibiles esse possunt. Diurnus enim (praeterquam ab orbe lunari) Telluris motus non potest apprehendi; unde partium eius distinctio nulla est: multo minus ille qui variat centrum et loca interius, et polos et puncta solstitialia atque aequinoctialia exterius. Argumentamur tamen tanquam ex necessariis eisdem vel proportionales motus debere in omnibus astris esse; quorum substantia non secus est composita et transmutabilis, neque per aeternum partes in eodem tenore et virtute possunt perseverare; cum motus in omnibus, in omnia, et ad omnia et omnium dominetur. Renovationem ergo ita opus est esse in aliis ut et in Tellure, et ex diversis affectibus diversi (2) oriuntur appetitus, hinc varii appulsus, hinc non iidem secundum virtutem motus.

Praeter eos autem qui videntur, planetas alios per plures esse oportet, quales interdum non solum comati, sed etiam sine coma solent apparere ab aliis nihilominus dissimiles; qualiter fuit, veluti deorum concilium quoddam coaetum, quod celebre refert Nicephorus sexto anno imperii Gratiani, qui est annus Christianorum trecentessimus nonagesimus tertius, ubi media nocte prope Luciferum

(1) Questo verso contiene le tre ragioni accennate innanzi. È luce non propria: viene da corpi di piccola mole; è lontana

(2) Il testo ha: *diveris*.

stella refulsit ingens et radiosa paulo minor ipso Lucifero, circa quam paullatim (1) ingens etiam aliarum stellarum vis aggregabatur, ac si apum examen circa ducem suum obvolveretur. Et ut multitudinem exemplorum praetermittam; quae fingent Peripatetici miracula de sidere illo (quod novum dicunt mathematici) quod anno Christianorum MDLXXII à novembri per integrum annum et aliquot menses visum est, an illi novam oportet committere sphaeram qua deferatur: si stellae extra fixas appellatas proprium habenti motum, orbis, immo et plures (quibus mundi concentricus fiat circulus tandem) debentur orbis. Illam (2) mathematici omnes, quamvis in naturali philosophia prorsus imperiti, quamvis (ut uno verbo dicam) Peripatetici; ipsa veritate coacti aiunt excellentioris esse conditionis, quam ut sublunares possint haberi impressiones: quin potius metaphysica et admiranda illis (nempe peripatetice religiosi) sunt portenta.

Ex hisce aliisque visis motus est Heliseus medicus Germanus ad ordinandam novam cometarum sphaeram; ex quo minime omnino infelix (3) hominis iudicium comperi, neque in obscurorum auctorum cathalogo recensendum video. Ad id proxime sollicitatus per cometam qui apparuit anno Christianorum MDLXXVII, pro eo statuit phaenomena per circulos et polos, axesque novos, centra, orbis, parallaxesque certos definire. Ratus sublimius de illo similibusque aliis sentiendum, quam rationibus ab exhalationum materia desumptis; cum hoc tamen non est ausus aristotelicam arguere philosophiam: sed universum (4) ad supernaturalem causam refert: circumstantiae quibus illam annotavit sunt huiusmodi. Ortus eius fuit quibusdam circa nonam novembris diem, quo tempore aliis primum circa novilunium conspectus fuit in ipso solstitii hiemalis, in ipsa eclipctica, puncto. Aliis vero primo apparuit octobris mense cuius ortus fuit in vige-

(1) Il testo ha: *paullatim*

(2) Il testo ha: *illa*.

(3) Il testo ha: *infelix*

(4) Il testo ha: *universum*.



simo Capricorni gradu prope eelypticam; unde usque ad Galaxiam colurumque solstitiorum (1) retrogradus exstitit, in quibus aiunt a principio novembris usque ad dictum novilunium stationarius vel motu in latitudinem tardissimus asseritur; a nona vero eiusdem mensis die in consequentes signorum gradus directum versus aequinoctialem scilicet. Quartadecima igitur die Saturnum post se relinquens ulterius versus Antinuum progrediebatur, ferebaturque sub Aquila ita ut cum fines Capricorni egrederetur a maxima solis declinatione quae est graduum trium et viginti cum dimidio, pervenit in aequinoctialem circulum quem pertransivit etiam circa vigesimam primam novembris diem. Emensus sic in longitudinem triginta gradus a principio Capricorni, nempe ab ortu loco; (2) vel a quo directus esse coepit; latitudine vero ab eelyptica distabat tunc per viginti gradus. Exortus igitur ac ab initio progressus cometa in recta linea ab occasu hyberno versus ortum aestivum post medium Capricornum non nihil ab ea declinare coepit superius, ac si cursum versus Cassiopeiam direxisset. Tunc deinceps vero declivius movebatur donec redierit iterum in lineam versus solstitium aestivale: quare mox supra aequinoctialem sub Delphino ferebatur ad nares Equi minoris quo pervenit secunda decembris die: inde adhuc declivius parum cum manifesto decremento versus Pegasi pectus movebatur; in rictu Pegasi tardius quam ante in Capricorni signo. Excedens igitur Aquarium in principio Piscium positus, tardissimo inde motu progressus ad crura Pegasi in duodecimo gradu Piscium ultimo comspectus fuit ab Helyseo. Cornelio vero Gemmae progressus illius extensus ad medietatem Piscium usque, qui disparuisse affirmat post medium ianuarii, ita ut decima octava ianuarii (3), illius tenue vestigium effulxerit ad gemellas stellas in pectore Pegasi. Sic spacio tredecim dierum integram Capricorni signum emensus, duplum insumebat in Aquario, nempe dies sex et viginti, duplum in Piscibus, nempe duos

(1) Il testo ha: *solstitium*.

(2) Il testo ha: *a principio; Capricorni nempe*.

(3) Questa virgola manca

et quinquaginta dies: Proccedit deinde Helyseus ad ostendendum motum proportionalem dicti cometæ, et causam motus ipsius. Qui-  
netiam notat hunc cometam eodem ipso in loco exortum, ubi Gemma  
deprehendit stellam anni Christianorum MDLXXII. Idemque compre-  
hensus est motum suum ad locum ubi steterat stella in Cassiopeia  
produxisse, ubi dubitat num hic cometa sit eadem illa stella quæ  
per aliquam inclinationem, vel aliam habitudinem nunc eam comam  
ostendat quam non ostenderat prius, ait cometam ab initio motus  
fuisse velocissimum, in medio remissorem, sub fine tardissimum.  
Sed hoc novimus quod licet æqualiter semper moveatur, differentia  
tamen velocitatis et tarditatis apparet ex eo quod oblique seu ar-  
cualiter ad aspectum nostrum arcum descensus descripsit; arcum  
vero ascensus partim minus oblique partim rectius, inde tum stare  
tum imminui videbatur ut specularis illa facies sensim magis atque  
magis a solis radiis et nostri visus linea angulum in astri illius a-  
quei superficie causatum atterebat, ut facile in speculo ad lucem  
obliquato possumus inspicere: speculo quippe radios ad angulum  
rectum suscipiente, nulla fit in imagine cauda, quod ut plus plusque  
inflectitur, tum caudam longius eiaculatur, tum imaginem magis ma-  
gisque extenuat: unde non mirum est nobis quod incendiariis istis,  
qui contrahunt frontem cum videant comam vel caudam longiorem  
et interdum latiore, et interdum cum longitudine tenuitatem, co-  
meta pene extincto, cum tamen accensis hæc omnia pariter dece-  
scant; proinde in cometis ut plurimum cauda candens (id est eorum  
flamma) sensibiliter remanet plus quam corporis igniti substantia.  
Sed ad illum cometam redeo: quia ultra differentiam motus diurni,  
proprium motum ab occasu in ortum referebat similem planetarum  
motui, nisi quod ab ecliptica ulterius ad Septentrionem versus Cas-  
siopeiam (1) fuerit progressus, indicandum est eum motum non esse  
raptu vel aliûs astri orbem consequens, (2) sed proprium. Motum e-  
ius prorsus diversum ab aliorum hactenus observatorum cometarum

(1) Il testo ha: *Cassiopeiam*.

(2) *Consequens* si riferisce a *motum*, e doveva dire: *consequentem*.

motibus, testatur Helyseus, quia omnino regularis constans et proportionalis existit: unde necesse sit ut super proprio polo atque centro motus fuerit, et circuli aliquem regularem describerit arcum, proptereaque et omnia ordinavit in tabulas more quo de aliis planetis faciunt mathematici.

Cornelius Gemma ultra duos dictos motus notat in eo tertium, qui est sursum et deorsum, quia inaequalem eiusdem ad terram distantiam deprehendit et parallaxim eiusdem diminui. Unde Helyseus motus est ad tribuendum eccentrico illi circulo epicyclum, ex quo inaequalitatem diversitatemque motus eius salvare possit: et hos astronomos ad eam rerum difficultatem adigit quod horum omnium motum ad circumferentiam Telluris regulam concipere volunt; cum tamen omnes planetae visibiles et invisibiles, qui nobis sunt conspicui frequentius, quoad possunt, omnem normam et regularitatem servant circa solem. Dato igitur illi epicyclo (1) indicat eundem ab initio in austrino limite retrogradum fuisse in suprema epicycli sui parte, vel hoc argumento quod ab initio multo minor fuerit conspectus, quo nomine etiam a paucis animadversus; quia magis vergebat ad meridiem, et ob distantiam eius à terra minor erat, sic in apogeo epicycli constitutus retrogradus fuit usquequo ad longitudinem mediam pervenisset, in qua statione per aliquot dies agens, directus tandem factus velocissimus fuit, quandoquidem motus epicycli et eccentrici in unum conspirabant. Maior inde quotidie conspiciebatur, quod proprius accederet ad terram, tunc etiam eadem de causa velocior apparebat. Inde constitutus in perigeo sui epicycli in boreo limite (2), terrae proximus fuit habens maximam parallaxim quadraginta minutorum, ut notat Cornelius Gemma. Ob hanc etiam causam iudicat Helyseus illum etiam tunc temporis maximum conspectum fuisse et longissimum etiamsi rarior multum, quam ab initio fuerit, quod multum iam de substantia eius luminis decessisse videretur. Inde

(1) Il testo ha: *epicyclo*.

(2) Questa virgola manca nel testo.

ut decrescere in lumine et motu manifeste deprehendebatur, ita quotidie etiam minuebatur parallaxis eius: quare iudicandus ab imo sui epicycli iterum ascendisse usque dum ad alteram longitudinem mediam perveniret. In qua, ut planetae etiam solent, alteram stationem agens per aliquot dies, omnino fuit extinctus, antequam iterum retrogradus fieret. Hoc est extinctionis causa, specularis illa aversio, qua non amplius angulum in corpore illius, (1) oculi nostri visualis linea cum solis radio faciebat, et ad regionem aetheream huic impressioni continuae incongruam devenerit.

Colligitur ergo cometam illum, astrum esse. Tum primo ex motus aequalitate ab initio usque in finem, sicut in planetis reliquis, secundum geometricam proportionem duplam, sesquialteram, et sesquiterciam: (2) cuius demonstrationem ab illo adductam praetereo. Physici vero vapores exhalationesque accensae incerte vagantur et exagitantur. Tum secundo, non enim possunt dicere ad orbis alicuius motum hunc cometam raptum. Motus quippe illius nulli motui est secundum numerum conformis, sed secundum speciem motui omnium planetarum: et cometa iste super polo suo est constanter et regulariter progressus, ab illo longius in declinationem non recessit, quam planetae a polo Zodiaci solent, et huic similis fuit cometa anni Christianorum MDLVI. Tum tertio ex materia, de qua mirum esset quomodo ita aequaliter potuerit esse disposita, ut eandem proportionem flamma proripendo servaverit perpetuo, et iter suum ad locum stellae novae direxerit. Tum quarto a qualitate, quia quod ex alia quam elementari materia fuerit totius illius corporis dispositio cum luminis proprietate demonstrare videtur: illius enim cometae totum corpus purum argenteaque claritate radians, non veluti de crassa impuraque subnigraque ruffaque (3) carbonum materia: quinimo instar unius maioris stellae neque basim magnam vel corpus, ut reliqui cometae, ha-

(1) Questa virgola manca nel testo.

(2) Il testo ha: *duplam sesqui alteram, et sesquiterciam*

(3) Il testo ha: *ruffaque*.

buit, et ex cauda scintillas emittere videbatur; et post medium suae durationis tempus puritate luminis et raritate (1) substantiae ad galaxiae speciem proximius accedebat; defectusque luminis illi accidit non ex densitate materiaeque impuritate, ut omnium visus iudicare potuit, sed ex substantiae raritate, quandoquidem sicut galaxiam propter raritatem substantiae non nisi in profundam noctem conspiciamus, ita huic cometae posterius accidit, ut duorum luminarium abscessum debuerimus expectare ut visibilis fieret. Tum quinto ex temporis diuturnitate, quia elementaris cometa in ea qua apparebat corporis raritate citissime absumptus (2) fuisset. Sexto ab aequalitate decrementi. Septimo a motus perfectione, super perfectionem motus lunae et cum perfectione motus Veneris et Mercurii comparabili, cum quorum etiam motibus analogiam habebat. Quemadmodum enim Mercurius in annuo spacio quatuor Zodiaci quadrantes perficiens, quater etiam fere est retrogradus; quater velox et directus; octies stationarius: sic iste cometa exacte unum circuli sui quadrantem perficiens in unius anni quadrante, semel fuit retrogradus, semel directus et velox, bis vero stationarius in longitudinibus epicycli mediis, et hoc nomine constet in Mercurii sphaera recte observatum fuisse et collocatum.

Ex iis ego interim colligo circa solem versus nostrum mundum, ut et versus alios mundos ista fieri: et consequenter regio illa non differt ab ista. Unus idemque est aether ambiens omnia, unde non vehantur, pellantur, rapiantur, sed a propria moveantur anima: (3) non enim hisce visis et coram sensibus (4) importunissime obiectis stare potest illa puritas orbium uni astro destinatorum, impermeabilium; ubi enim orbis istos et mundana in specie (5) nihilominus adsurgentia astra eiusmodi inseremus? unde tot circa et supra Mercurium

(1) Il testo ha: *raritate*.

(2) Il testo ha: *absumpt*.

(3) Il testo ha: *moveatur*.

(4) Il testo ha: *sensib*.

(5) Il testo ha qui una virgola

peregrinae (1) eiusdem coloris, substantiae, et motus species? (2). Stet ergo unum spaciū horū et plurium; et qui usque ad nostrum sensum devēnīre non potest (3) maneat in adhuc peripateticantis pro viribus Gemmae finibus. Statuat, inquam, minimum spaciū esse, quod aeris regioni sit tribuendum, latissimum contra, (4) quōd cedat (5) unius aetheris elemento; (6) idemque non ignem esse sed lucentem sedem magisque vi principis formae concretam, et alia multa sine sensu verba, sed non ab ignobili spiritu profusa.

#### CAPUT XIV.

Distinctio aeris, et aetheris. In aethere non est ignis, sed maxima solis potentia, quae non habet actum sine praesente humido corpore.

Proinde mihi gemino venit aer significato.

Nam quo (7) ut respirat Tellus, pars illius estque

Corporis, atque agitant queruloso flamine venti,

Estque vaporosum nubes nebulasque reponens,

Materia est quiddam concretum humente, nec ipsum

Est per se simplex, sed mixtum affinis undis,

Non absque aëntis naturae halamine tenui.

Hic nostram facit ad vitam, hoc spiramus, et extra hunc

Non plus vivemus, quam vulsi extra aequora pisces,

Quin variis etiam caussis super atria venti,

Et nubis, non est spes qua vivamus ad horam:

(1) Il testo ha: *peregrina*.

(2) Il testo non ha l'interrogativo.

(3) Il testo ha qui due punti.

(4) Questa virgola manca nel testo.

(5) Il testo ha: *caecat*.

(6) Questo punto e virgola nel testo non c'è.

(7) Leggerei, invece di *ut*, *et*; intendendo: *ille, quo et respirat* etc.

Nam non est nostros ibi vis quae temperet artus. (1)  
Corpora quae spacio degunt viventia in illo,  
Ut tellus, sol, atque ignes undaeque minores,  
Numina quae vitae in se ipsis alimenta requirunt.  
Efficiunt ne fors facile extra se effluat hilum,  
Aut forsán nullo effluxu influxuque fatiscunt,  
Sed tantum refovent igneisque undaeque vicissim  
Frigoris excussis spiculis, radiisque calorís.  
Sic Tellus recipit vitalia solis ab orbe  
Semina, et ob motum radiorum temperat aestus.  
Quaecumque ergo meant animantia inane per illud,  
Nomine quod proprio, atque antiquo dicitur aether,  
Vadunt non ulli obvincta, atque obstamine nullo.  
Sed tantum interno appulsu quocumque feruntur,  
Utque operae est illis precium, vitaeque perenni.  
Sicut non extra quodam pellente moventur  
Lingua et palpebrae, et crura, et os, brachiaque, et quae (2)  
Pluria sunt nobis, animae sed simplice voto.  
At quae sphaerae constant de partibus, atque  
Alterius vita ac motu constricta, laborant,  
Si quando per se intendant alio ordine ferri.  
Quaeritur ergo instrumenti violentia et artis,  
Quo concreta auras pervadat massa, vel undas  
Pro arbitrio pellens se immittat, seque receptet,  
Invertatque, suique agitet se ex ordine voti.  
Vorticibus quare occultis refluxente vapore,  
Haud aliter quam undae virtus concretior obstat.  
Libera ne valeant pervadere pulsa per altum.

(1) Qui il testo ha una virgola.

(2) Il testo ha: *q*.

Nec non concreto constantes pondere parteis  
Cōsimilare petunt, cum cōsimilare quiescunt,  
Cumque hoc libenter discurrunt concita semper.  
At si Terrai avulsa e regione potessent  
Posto pro arbitrio consistere corpora sursum.  
Haec solis fierent radiis confossa, repente, et  
In pulvīm resoluta suum sublata venirent :  
Quos contra ingentes artus, quae et portat in illis  
Cuncta, parens Tellus celeri vertigine servat,  
Ac varie ad vitae hos recipit momenta, suoque  
Humentī occurrens foecundat frigore pollens.

Aer et aether pro eodem significato capiuntur interdum, idque improprius fit: sicut inane et aerem infinitum dicebant idem: substantiam vero humidam, qua respirando alimus, (1) quaeque est pars telluris, inque hoc spacio movetur, vaporem appellabant: illud enim, quod per spacium hoc movetur, non est aer antiquis: sed Peripateticis velint nolint) in idem venit significatum atque vapor: quid enim aliud illis est, quam aqua invisibilis, et rarefacta, et qui inspissatus aqua sensibilis est? (2) Spacium vero et locus, in quo hic vapor est et movetur, quis aerem sub eadem significatione dicet? Spacium sane nullum est corpus, sed corporis receptaculum, per se non differens ab eo spacio quod est extra tellurem, nisi quod accedit ipsi esse repletum vapore, nubibus, et materia ventorum, et similium.

Proprie ergo loquendo et distiuctius, aerem dicimus substantiam spiritualem; seu corporis subtilis humidam; unde et aer dicitur hoc spacium cum tali substantia. Aether vero idem est quod coelum, inane, spacium absolutum, qui insitus est corporibus, et qui omnia corpora circumplectitur infinitus. Qui maiori ex parte ardet, praeter ip-

(1) Questa virgola, la precedente, e la seguente mancano.

(2) L'interrogativo manca



sum enim qui insitus est corporibus, et ipsum qui umbra corporum huiusmodi attingitur, solarium corporum passim in campo universi dispositorum lumine et calore pollutissimum est, non quidem quia actu urat vel illuminet, (quia sine materia subiecta humida et terrea nullus est eiusmodi potentiae actus), sed quia positum subiectum in quacumque huiusmodi regione potentissime sic haud quidem aetheris, sed solis (igniti inquam astri) propinqua praesentique virtute patitur. Aether enim nullius qualitatis, virtutis, vel operationis, vel passionis esse potest subiectum; et sic coelum dicimus vere inalterabile impassibile ingenerabile incorruptibile immobile; quia in eo debent moveri, et currere astra. Hoc totum de spacio et vacuo dicimus: hoc est caelum et regia deorum (id est astrorum) ab initio philosophantibus et vulgo cognita, haec aether dicebatur quod arderet, non quia ignis esset vel substantia aliqua alterans vel alterabilis, sed quia talis esset locus in quo omnia ardent: et currit consuetudo ut salubrem dicamus habitationem et frigidam quia ibi frigus vigeat; sic ignem dicunt extra astra aethera et spacium, quia extra telluris umbram quidquid est illic expositum potentissime uritur: ubi coelum per se nil corrumpat, (1) nil generet, nil alteret, sed locus tantum est, qui (ut diximus) cum telluris umbra, vel in instanti succedente, (2) temperatissimus fit spirituum animalium nempe aereorum locus, quorum Luciferi appellantur ii qui sunt in porta Orientis, Lucifugi vero qui in porta (id est, in aditu umbrae (3)) Occidentis, Meridiani qui sunt circa altum, Nocturni qui circa imum nostri caeli. Aetherea corpora dicuntur astra ardentia, ut soles; dicuntur item astra non ardentia, sicut tellures, quia sunt et ipsa in aethere; non inquam quod ardeant, sed quia ubi ardor est consistent. Astra item dicuntur aethera quod currant. Spacium dicitur aether quia decurritur. Tot (4) sunt caeli quot astra, si caelum intelligamus contiguum et

(1) Il testo ha: *corrumpat*.

(2) Il testo ha: *succedente*.

(3) Il testo ha: *umbar*.

(4) Il testo ha: *To*.

circumstans configuratum uniuscuiusque spacium, ut caelum Telluris dicitur non solum spacium in quo est, sed et quantum spacii perambit ipsum distinctum a spacio perambiente Lunam, et alia (quae circa sunt) corpora mundana. Caelum caeli est spacium unius synodi sicut in quo hic sol est cum suis planetis. Caelum caelorum et maximum et immensum spacium; quod et aether dicitur, quia totum est percurribile, et quia in toto maxime flagrant omnia; tellus etenim, quamvis habeat suas qualitates proprias, in flagrantissima tamen regione est, quae sibi contemperatissima aptissimaque efficacia proprii motus efficitur. Sedes ergo beatorum sunt astra: sedes deorum est aether seu caelum: astra quippe Deos secunda ratione dico. Sedes vero Dei est universum ubique totum immensum caelum, vacuum spacium cuius est plenitudo; pater lucis comprehendens tenebras, ineffabilis.

## CAPUT XV.

Rursum de principio motus quo per aethera moventur astra et alia  
id genus animalia.

A tellure illic peregrino lata recessu  
Aio, si possent consistere corpora viva,  
Non plus terreno ad terram raperentur ab orbe.  
Quam sanguen rapiat proprio de corpore vulsum  
Spiritus, in proprio qui sanguen corpore tanta  
Undique vi circumtorquet, pellitque, trahitque.  
Atqui (1) plus facili pro voto adpelleret illuc  
Quo lubet, absque alarum, pinnarumque, pedumque  
Partibus organicis, quia sic se tota moveret  
Machina, ceu alas, pinnasque, pedesque, oculosque

(1) Il testo ha: *At qui*.

Organicis nullis motamus partibus, et sic  
Consilio tantum occulto sese ipsa movere  
Moles tota potest, quam non sors obligat ulla  
Depellens raptansque aliquo, quia vis (1) animai ad-  
Pellentis, mediique omni adstantisque favore, (2)  
Indupedita iacet duplici quem diximus actu,  
Corporis haud proprii iuris, mediique repleti  
Vortice vitalis caeco spiraminis huius.  
Nam forma a quadam, non autem a corpore, (3) raptus  
Corporis ad terram concreti, et ab aere, sors non  
Est adeo adversa. ut subiecto a compare toto,  
Cui debet partes. Quapropter ab aere multis  
Incluso (4) variisque modis, ac sollicitato, (5)  
Alarum pulsu assequitur gyrante favorem.  
Cui minus haud debet compostum, forte magisque, (6)  
Cui etiam rapido ruitanti vortice in inum  
Subiectum, pellens contra, innixusque rebellat.  
Crurum ergo officio, alarum, tensusque lacertis,  
Ut vario vectis genere, atque volumine circi  
Est operae iis, quae vi debent adpellere, (7) rebus,  
Corpore quae distant ab egeno concupientis.  
Provida quapropter plantis natura negavit  
Brachia et officium manuum ac pedis: omnia namque haec  
Frustra essent illis, quibus est satis humida Tellus,

(1) Il testo ha *iis*, e non può stare con *indupedita*, a cui deve riferirsi.

(2) Questa virgola manca nel testo.

(3) Questa virgola manca.

(4) Il testo ha: *In cluso*.

(5) Questa virgola manca.

(6) Questa virgola manca.

(7) Questa virgola e la precedente mancano.

Vitales cuius haustus radicibus intus  
Infixis, vario exporrectisque ordine deorsum  
Exsugunt (1), imus quae stips ingurgitet, atque  
Egerat in robur plectentis corticis, inque  
Semina quae frundes servant, et aer, et acer  
Solis maturat radius. Non tanta requirit  
Organa, cui salsa scopulum est satis, ostrea, (2) lympa  
Conpersum, et scutum refovens a dente voraci.  
Pluribus ut species quaecumque est indiga, vel non  
Tot tantisque, sua vegetant pro sorte, nec ergo  
Qua raptent quicquam manibus donantur obuncis,  
Aut pedibus queis pervadant sublimia latis,  
Aut alis quibus insistant cedentibus (3) auris :  
Nam neque ab externis, nisi frigoris atque caloris,  
Effluxus capiunt, neque duplex tibia caelum  
Circinat, et non est regio ulla ad quam referantur,  
Ut membra, ac partes, vel sustentamina mundi,  
Sed tantum immensum respectant aera circum  
Undique, seu mavis sine fine hos sustinet aer,  
Nec differt sursum circumquaque atque deorsum.  
Propterea externo nusquam exagitante (4) cientur ;  
Sed tantum, propriae pro conservamine vitae,  
Interno fiunt pulsu permota, pateite .  
Ad partes, quascunque via. Sed tanta potestas  
Finitur sancto certae moderamine legis.  
Ut soli magis affinis magis concita tellus  
Discurrat proprioque siet discrimine constans ;

(1) Il testo ha : *exsurgunt*.

(2) Questa virgola e la precedente mancano.

(3) Il testo ha : *caedentibus*.

(4) Il testo ha : *exigitante*.

Nec veniat quo fors peregrinum impingat in astrum,  
Sed fatis contenta suis sic temperet aestus,  
Ut tum se invertat, tum toto circum orbe.  
Sic aliis, propria pro conditione, remotis  
Amplius, haud adeo celeri vertigine opus fit,  
Tantundem ut capiant, de lucis fonte, (1) caloris.  
Sic propria est cunctis motus finita potestas,  
Ne se a principio vitae deducere possint,  
Ne sese immittant alienis, forsitan oris.  
Solsequium non se pedibus ad munera solis  
Obvertit, nec se magnes per inane volando  
Versum quascumque parteis adiungit amico,  
Sed corpus totum, totusque huc se impetus actat. (2)  
Totum naturae per campum irrumperere cernes  
Omnia, (3) ut et mira virtute obstantia pellant,  
Pervadant, penetrent, et convenientia possint  
Vitai captare suae, et sociarier illis,  
Fragmina sint quamvis manca, et mutilamina rerum.  
Iam quid obesse putem, quo se minus astra per amplum  
Aera convertant, et per loca congrua currant,  
Cum nihil impediat, sintque in promptu omnia magnis  
Rerum principibus? Numquid vastissima moles  
Ingenium terret volitans spectata pusillum?  
Forsitan esse putas tantum haec collata per orbem  
Aeris immensum ad complexum, quanta atomorum  
Corpora sunt solis radiis monstrata, subactum (4)

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Questo punto manca.

(3) Questa virgola manca pure.

(4) Il testo ha: *monstrata subactum, aera etc.*

Aera quae non discindunt gravitate, sed omneis  
Ad parteis aequae adpellunt: quia (1) corpora tanta  
Aeris ad substans momentum sunt nihil? An fors  
Partem aliquam immensi, visu comprehensa, (2) putabis  
Undique cui sursum pariter pariterque deorsum est?  
Non ulla gravitate premunt ergo aera mundi,  
Namque grave in propria nihil est regione profecto.  
Non gravis est cervix collo, neque cruribus, (3) amplum  
Quantumvis, proprium est corpus, sed certe alienum.  
Nunc caelum locus est totum splendentibu' mundis.  
Sed quamvis manifesta sient haec, amplius inde  
Ostendam, gravis atque levis clârando tenebras.

Sphaerae per aetheream regionem ab anima propria moventur  
facillimo appulsu, tum quia corpus animae obsequentissimum est, tum  
quia ex parte spacii nullum est resistens, nullum impedimentum.  
Principium illius motus est sensus, et secundum genus cognitio, et  
appetitus qui cognitionem secundum genus consequitur: finis est  
conservatio sui, motor est anima in qua movens et motum idem su-  
biecto est atque simplex, sicut in primo calido (ut dicimus igne) ca-  
lefaciens et calidum est idem subiecto et natura unum, ita in ordine  
eorum quae moventur oportet esse primum quod per se motum alia  
moveret, hoc est anima, cui non una motus differentia convenit, ut  
sursum vel deorsum, vel ad dexteram vel ad sinistram, vel tandem  
in rectum tantum, vel in circulum, sed quemadmodum omnimode  
iuxta omnes locales differentias, et lineales, moveri dat corpori, ita  
et in se omnium horum motuum principia habet. (4) Motum vero il-  
lum sic universalem, (5) sphaericum appello, quia omnes recti et

(1) Il testo ha: *quia*

(2) Questa virgola e la precedente mancano.

(3) Questa virgola e la seguente mancano pure.

(4) Questo punto manca nel testo.

(5) Questa virgola manca.

curvi differentias, omnes item loci differentias in sphaerae partibus possumus intueri. Sic animalia primum motorem, quo serpunt, repunt, volant; movent nempe spiras, lacertos, pedes, alas, pinnas, non alium agnoscunt praeter animam, quae agit sursum, deorsum, ante, retro, circum, rectâ, et millibus aliis nominibus, (1) animalia; proximum vero principium, animae potentiam. Quis stultus ad externum, ulteridremque motorem uos dimittet? Quis dicet haec membra per se moveri? Quis acquiescet in alio principio vel medio, quod est inter animam, et illud quod movetur? Ipsa, cum incorporea substantia sit, non minus est tota in toto et qualibet totius parte, quam vox et verbum totum est in singulis sensibus (2) eorum ad quos pervenerit, et non hâc una, illâc vero alia syllabâ, vel vocis pars egreditur. Anima ergo quidquid agit, tota agit et in toto praesens, sed pro cuiusque partis atque loci captu, et instrumentorum apparatu, mediocorum et obiectorum promptitudine atque praesentia: sic omnimode ipsa mobilis, non omnimode ubique mota movet. Sicut idem spiritus non ex omni fistula eundem emittit sonum, neque ubique sonat, neque ubique fluit rectâ (3), sed alibi et refluit, alibi vero uno vel alio pacto circuit, alibi circum eum recto simul vel cum successione peragit.

Sicut autem in individuo est potentia totius dimensi, ut in simplicitate seminis et homogeneitate (4) est potentia compositionis et etherogeneitatis (5) animalis vel plantae, sic in simplicitate animae est potentia activa omnis actus vitae, quem nunc pro more motum dicere volumus, non secundum unam et singularem, sed secundum omnes universaliter differentias, sicut in potentia scriptoris et pictoris non est una linea character vel imago, sed omnis, non secundum temeritatem fortunam (6) et casum, sed secundum convenientiam naturae subiectae definitae cognitioni atque appetitui.

(1) Questa virgola manca pure

(2) Il testo ha: *sensib.*

(3) Il testo ha: *recta.*

(4) Il testo ha: *homogeneitate.*

(5) Il testo ha: *etherogeneitatis.*

(6) Il testo ha: *Fortunam.*

Sicut anima per se est principium vitae animalis, ita est per se primo principium motus, sicut ipsa se ipsa vivit, ita et se ipsa movet: At, inquires, est principium motus, sed non movetur; sicut est principium vitae, sed non vivit: heic adtende, ut aliter intelligamus ipsam vivere, aliter ipsum quod per ipsam vivit: aliter ipsam moveri, aliter ipsum quod per ipsam movetur: vivit ipsa primo secundum omne genus et omnes species, et sentit et cognoscit; quibus sigillatim singula vivere, sentire, et cognoscere facit; omnes motus species in simplicitate et unitate principii activi habet ipsa, quas in multitudine, distinctione, et compositione quadam habeant organa quae moventur ab ipsa, sicut unus est artifex qui efficienter (1) scindit, suit, (2) textit, forat, agglutinat, secat, dolat: qui diversi motus a diversis, secundum rationem multitudinis, proveniunt instrumentis; in artifice, inquam, sunt tanquam individuo principio et unitate, et numero implicato, in aliis tanquam in numero explicato; anima, contra, (3) se ipsam movet efficienter quodammodo, quia quem non imperabat motum imperat ex nova quadam impressione, et apprehensione; et movet oculum modo quo oculus debet, palpebram, manum, pedem, linguam, et omnia non absque proprio motu, nempe non (4) absque apprehensione nova, novoque affectu, cum similitudine (5) quadam et archetypo eius motus quem producit in alio, et quem primo excellenti quadam conditione citra instrumentalitatem praeesse oportet in se: sicut artifex diversis specie pulsibus, et ictibus, et tractibus qui sunt in individua quadam sua virtute, quae media est et particeps actionis et passionis, plurima plurimis differentiis agit instrumenta, quorum singulis una propria est differentia; ita anima prius est secundum se omnibus foecunda motuum differentiis, quam singulis organis singu-

(1) Il testo ha: *efficienter*.

(2) Il testo ha: *fuit*.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

(4) Questo *non* nel testo non c'è; e, mancando, direbbe il contrario di quel che il Brno intende.

(5) Il testo ha: *similitudine*.



las inducat differentias, pelluntur enim organa ut palpebrae, lingua, et pes non sine quodam (quem spiritualementem volo dicere) tactu; spiritum enim immediate agit anima, illeque, medius inter animam et corpus, musculus secundum genus contrahendo laxandoque, aliisque occultis ordinibus agitando, efficit ut organa motiones proprias concipiant.

Quaerat ergo suo more Aristoteles a Platoniceis: si anima moveatur, aut moveatur ut totum a toto, aut ut totum a parte, aut ut pars a toto, aut ut pars a parte. Responderent enim illi, animam esse simplicem et totam ibi ubi est, et ideo non esse totum et partem, proptereaque istam quaestionem aristotelicam esse vere extra rem, id est, aristotelicam.

Quaerat deinde Aristoteles: aut anima moveatur uno motu, aut pluribus, aut omnibus.

Respondebunt illi, uno universali et indescriptibili secundum se, quem sphaericum appellamus, ratione qua centrum sphaerae tota sphaera est complicata, et motus totius sphaerae explicatus; (1) complicata, et simplici quadam sorte est in centro, immo quodammodo immobiliter. sic tamen ut a centro principium sit explicati motus qui est (2) ab A in B progressivus, (3) et a B in A regressivus, qui est a medio directivus, et est ad medium reflexivus. Respondebunt, inquam, uno omnes motus complicante, et activo magis quam passivo (4) secundum se; pluribus secundum plures in quibus est partes, et plura quae agit organa; omnibus ubique, id est, in toto distributive, quatenus movet in loco, ad locum, cum loco, et locum ipsum, (5) corpus. Rursum urgeat Aristoteles, motum omnem esse exitum; animam quapropter motam exire a se. Respondebunt, id esse verum de motu eius, cuius partes non sunt unum, quod videlicet ubi habet unam

(1) Questo punto e virgola nel testo manca.

(2) Il testo ha: *ab ab*.

(3) Il testo ha: *progressivus*.

(4) Il testo ha: *passivo*.

(5) Questa virgola manca pure.

partem non habet aliam, sicut corpus omne et dimensionatum, non sic centrum individuum ubique totum et simplex, quod motu corporis immobile similiter atque tu profitemur. Habet autem metum quo corpora spiritualiter (id est spiritu medio) attingat, quem non oculis, neque manibus conicias et adtreces, sed rationis lumine, si quod est tibi, (1) melius comprehendas. Sic ergo astra ab anima tamquam motionis omnis fonte aguntur non minore facilitate, quam qua nos nostra membra totumque corpus agimus: immo summa libertate, quia corpus astrorum est liberum per se, et absolutum ab aliis, qualia non sunt corpora animantium, et eorum quae obligantur animae et universitati mundi huius et illius. Moventur item per spacium quod nullis aliis est occupatum vel praeventum obiebus, ad omnia recipienda undique promptissimum, avidissimum (2), expetentissimum.

## CAPUT XVI.

Prosequitur ideam propositam.

Ergo astro haud opus est, quibus ultro adremiget, alis,  
Non, queis cingatur, tensis hinc inde lacertis,  
Corpore non exporrecto, quo spissa penetret  
Obvia, vel proprio contra nitentia motu.  
Illi quapropter forma est cognata globosa.  
Hanc retinent sibi quae sunt sufficientia cunque,  
Vel prius externum quam promoveantur ad actum,  
Quantum posse datur, (3) formam hanc servare videmus  
Semina, et haec quae matricis condantur in alvo.  
Non prius ovalem fiunt sortita figuram,

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Il testo ha; *avidissimum*.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

Nec sine cogente in chelas laterumque resurgunt  
Momentum caussa, quia constans partibus omne,  
Quantum posse datur, servari concupit unum, et  
Non pote simpliciter fieri unum, univrier optat  
Partibus ex multis, quo sit plus plusque propinquum  
Quidque sibi, utque magis consistens polleat in se.  
Brachia, (1) parca sui, haud maiori foenore mittit  
Quam sit opus, (2) natura sagax, quanto ergo necessum est  
Abiunctim parteis a partibus orbe recedunt.  
Libera quapropter substantia corporis in se  
Iura sui amplectens, pariter quae intendit in omne  
Undique, (3) quam admotam pariter spacium excipit omne.  
Non est cur careat mage conveniente (4) figura.  
Hanc non exerti montes, vallesque profundae  
Sustollunt; siquidem non est haec extrema terrae  
Vera superficies, quae hominum est generi atque ferarum  
Concessa; at velut Empedocles, Timaeus (5), et ipse  
Cecropius Plato (6) confirmant, sic nos sumus altis,  
(Extima telluris qui habitant sedesque quietas  
Terrai cum umbra lati sub nocte serena)  
Concreta in regione globi crassi aeris, ut sunt  
Squamigerum nobis genus, et pars incola ponti:  
Portio telluris solida est spirabilis aer.  
Quidquid id est, tantum hoc certo affirmabimus, ut pars  
Coeli nubigena, et ventis fremebunda protervis,

(1) Questa virgola manca.

(2) Questa virgola manca pure

(3) Questa virgola e la precedente mancano

(4) Il testo ha: *conveniente*.

(5) Il testo ha: *Timeus*.

(6) Il testo ha: *Cecropius, Plato*.

Cesserit in partem telluris, ut aere tanto  
Circum etiam suffulcta siet quoque pro interiore  
Conditione levis, multumque per aera in ipso  
Congeono suspensa loco, nec hiatibus hisce  
Duntaxat constare globum credamus oportet.  
Undique sed magnis tellus recavata cavernis  
Inque voraginibus serpentes concipit auras,  
Totaque per totum est rimis penetrabilis, atque  
Exilibus suspensa (1) viis, porosaque cuncta, (2)  
Quamvis concreto coalescant pondere, mittit.  
(Nam solidum nil est praeterquam corpora prima  
Sensibus a nostris distantia, dico atomorum).

Excusant, cum se adtollunt versum aethera montes,  
Hos nihil ad magnam Telluris ducere molem  
Plusquam et exigui repolito in corpore sulci. (3)  
In porri passim asperitas tuberesque figuram  
Non hilo variant; (4) pumicoso e corpore sphaeram  
Confabricat quisquam, cuius licet ardua vallis,  
Et tumidi adsurgant sublimi corpore montes,  
Hi satis ad sensum formicae ascendere possunt,  
Quod tamen integro vix esse notabile quicquam  
Comperias. At nos montes inducimus orbi  
Telluris, faciemque externam nec maris aequor  
Dicimus, aut quicquam quo se super erigit, (5) infra  
Nimbigenas auras, animium callesque supernos.  
Sol prius Eois oritur, scandensque recessus

(1) Il testo ha: *suspensa*.

(2) Questa virgola e la seguente mancano.

(3) Questo punto nel testo non c'è.

(4) Questo punto e virgola non c'è neppure.

(5) Questa virgola e le due precedenti mancano.

Versus ad Oceanum veniens (1) conquirit, (2) ab altis  
Montibus in planum radios deducit, et umbrae  
Se contra adtollunt sursum a radicibus inis,  
Frigida nigrantis subeundo cubilia noctis :  
Quod nisi convexo (3) substaret machina gibbo, (4)  
Insimul Hesperios radiis pulsaret et Indos  
Exoriens, Indis caderet simul Hesperiiisque ;  
Sed ratio haec (5) planam faciet non esse figuram,  
Non tamen esse globum perfecte colligit unquam,  
Aut aliam praeter quas comprehendere (6) vetusti.

Talis qualis est illa similitudo seu proportio qua diximus , ita faciliter in aetherea regione consistere moverique astra, quemadmodum in aere, qui penes nos est, atomos constare pondereque nullo quaquaversum pervagari. Inter atomos quippe et aerem istum finitum, qui est inter membra telluris computatus, est proportio finita, qua magnitudo refertur ad magnitudinem, et gravitas (si ita placet) ad gravitatem. Inter tellurem vero, quodeunque astrum, astrorumque synodos ex una parte, et immensum ex alia parte spacium, nulla est proportio: quinimo in hoc aëre fluctuatio vaporum et impulsus spirituum cogit corpora in eo suspensa nunc plus ad unam, nunc vero plus ad aliam partem: aetherea vero regio nusquam plus impellit atque minus, sed rationem motus totam et integram facit in appulsu eius quod recipit corporis consistere: hoc est in causa ut astris non sit opus illis organis seu membris, quibus necessario utuntur ea, quibus medium obsistit vel minus consentit, vel quorum corpus alio motu agitari debet, quam sibi a praedominante natura indi-

(1) Il testo ha: *venies*.

(2) Questa virgola manca.

(3) Il testo ha: *convexo*.

(4) Il testo ha: *gibo*.

(5) Il testo ha: *hac*.

(6) Il testo ha: *comprehendere*.

citur, atque medio, qualia sunt ea quae sunt astra partes, et quorum substantia est ex astro, et quorum anima viget virtute animae astri, et coguntur a praedominante spiritu et vita astri. Non sic dii sunt in caelo; ideo et figuram, quantum possibile est, sphaericam sortita sunt astra secundum totum, dum interim partes, sicut in in caeteris animalibus, aliae tolluntur altius, aliae suppressius iacent, inque adeo mirabilis architecturae speciem sunt contextae. Manifestamus pluries causam, qua remaneat unioni magis agnata figura, qua unumquodque suis sibi partibus magis est proximum, si in globi sortem coeant, quam tum simplicia tum composita omnia pro viribus affectant, persequuntur, retinent. Nosque, si ad universum Telluris globum respiciamus, qui aerem nubigenum inter proprias partes adnumerat (1), sciemus nos non superficiem, sed interiora mundi huius incolere: sique illic essemus, verius globosam machinam (minime tamen ad geometricam normam) agnosceremus.

## CAPUT XVII.

Neque ex umbra neque ex figura, quam eminus positum corpus obiectat oculis, argumentum esse sufficiens ad rotunditatem Telluris convincendam.

Nec quod distanti video e regione rotundum,  
Talemque in corpus longinquum proiicit umbram,  
Esse putem facile efformatum taliter ipsum:  
Quandoquidem in centrum se moles conligit omnis,  
Cornuaque in primis obtundit et atterit; ut, quae  
Longius haud possunt speciem servare videndam;  
Ut, reliquis paribus, corpus tenuabile scalpro  
Temporis, ut circum consumitur omne, figuram  
Sphaeralem adsequitur totum, in parteisque recisum.  
Cernere quod facile est: quia laesum cuspide primo

(1) Il testo ha: *adnumerat*.

Atteritur; namque illa minus, pulsata, (1) resistit,  
Perfacili (2) sentitque magis contraria casu,  
Qua minimum ratione prius dixi esse rotundum.  
Ergo ubi tam multum moles tenuata parentis  
Telluris, Lunae, Solis, plus plusque aliorum  
Mundorum, nostris qui tanto a sensibus ultra  
Se rapiunt, quae etsi (3) varia donata figura  
Subsistant, par est tamen illa globosa videri.  
Effectusque globi demum servare retusis  
Cornibus, ut cornum primum momenta necesse est  
Defluere in solidum dum semet contrahit omne.

Sed melior facit hanc ratio reputare rotundam.

Nam non in longum se corpus porrigit ullum,  
Cui sensus vitae, et communis spiritus insit  
Ut sibi, quam possit, propius sit partibus cunctis  
Quo totum parteis, partem pars contueantur  
Fortius, adversum stipato robore pellant.  
Contrahitur fugiens ignem festuca, plicatur  
Inque globum recipit semet membrana, trahitque  
Fila suum fugiens inimicum: nil sine causa  
Interno ad reliquam tendit molimine formam.  
Tellurisque animus non sic adsurgere montes  
Iussisset, vallesque imo remanere repressu;  
(Quamlibet externae non sint pars ista figurae).  
Ni foret ad vitam tantum discrimen, ut unda  
Defluat, et solido consistat robore Tellus,  
Solis ut a gyro sua per genitalia membra  
Ordo siet constans variorum principiorum.

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Il testo ha: *Per facili*.

(3) Il testo ha: *et si*.

Praesentem interea formam servare laborant  
Omnia: quaeque magis felici sorte beantur,  
Fortius occurrunt obstanti, disque greganti. (1)  
Heic ubi sese atomi plus complectuntur, in unumque  
Intenso coeunt habitu, neve ignis acuta  
Cuspide se immittat cuneato robore, partes  
Discindens, (2) solidum quale esse adamanta videmus,  
Qui tam subtili proprias capit ordine parteis,  
Ut spacium modicum iniecto linqatur inani,  
Ne externo fluxu trudent interna potenter,  
Unde siet facili species conamine abacta,  
Et nova subiectum forma ingrediatur avarum.  
Hac igitur conservantur plus omnia caussa,  
Namque minus proprio nativum e corpore cedit, (3)  
Nec magis influitat peregrinum mole recenti.  
Propterea in medium recipit sese angulus omnis,  
Concessoque petunt parteis glomeramine centrum.  
At capiunt alias, vitae pro munere, sedes,  
Perque vices aliis alias succedere parteis  
Sic video mundi generoso in corpore, ut unus  
Perpetuo in membris servetur totius ordo.

Quamvis montium celsitudo, et vallium imitas, universam terrae rotunditatem variare videantur, haec apud vulgariter hac de re definiētes, respectu totius, iudicantur quasi tuberositates vel asperitates illae (4) in superficie pomi; ut et certe non potest esse globus adeo artificialiter perpolitus, in quo quamvis minimum, (5) ad sensum alte-

(1) Questo punto manca.

(2) Questa virgola e la precedente mancano pure.

(3) Il testo ha: *caedit*.

(4) Il testo ha: *ille*.

(5) Nel testo questa virgola non c'è.



rare videantur, sit tamen suppressiorum (1) eminentiorumque partium differentia. Nobis vero et montes altissimi sunt et valles profundissimae, in quibus tamen qui degunt, non magis se esse in planitie existimant, quam alii alibi vere sint, quandoquidem et ad integri usque horizontis aspectum et ultra, arcus unius regionis curvatur infra arcum alterius regionis. Sic totius Galliae regionem montem unum esse comperio, qui sensim ab Oceano Septentrionali crescit usque in Alvernia, ubi est eius cacumen, ex Occidente a Pyreneis montibus quafluit Garumna, ex Oriente a Rhodano, ex Meridie a Mediterraneo mari; vulgariore autem oculo iudicantibus ii soli videntur esse montes, qui repentina eminentia promptius adsurgunt, ad sensumque nostrum elati super plano, mole sua, (2) sensibilis horizontis aspectum interturbant: sed haud aliter inter sensum (3) vulgarem atque sensum philosophicum (qui corporis pusillitate non est pusillus) interest, quam inter oculum formicae et humanum; formicae quippe saxum unum quod uno passu praeterimus, et gleba quam iaculari possumus, mons est; et homines sumus, illi, (4) Enceladi, et Briarei qui scopulos ad aetheream torquent regionem; sic nequaquam sunt, respectu universae Telluris, montes, ii (5) qui nobis montes sunt. Hisce adde quod, accepto in sua integritate Telluris globo, cuius inter membra aer nebulosus et refluus, vaporis nempe regio, computatur, absque controversia verius ad sphaericitatem mathematicae regularem accedit. Quod vero idem ostendunt inducentes ex accessu ad polum et recessu, unde ille sic quidem adtolli sic vero deprimi videatur, facit quidem argumentum, sed non de universa machina, quemadmodum et viscera interiora animalium omnia sphaericam, quoad possunt, figuram aemulantur (6). Sed haec non ita facile demonstrari possunt ut

(1) Il testo ha: *supptessorum*.

(2) Questa virgola e la precedente mancano.

(3) Nel testo: *sensum* è ripetuto due volte.


(4) Questa virgola e la precedente mancano: *illi* si riferisce a *formicae*

(5) Il testo ha: *montes ii, qui*.

(6) Il testo ha: *aemulantur*.

quilibet intelligat. Dicit aliquis nihil impedire quia perpetuo atque continue haec facies variatur rerum, quasi nihil aliud inturbet, quam parvi, quos dicimus, montes: atqui hoc non est verum, quia interdum post magnam emensionem idem poli redit aspectus, ut notavit Plinius et experientia nostratium nautarum confirmat.


Democritus Tellurem dixit corpus undique cavum. Empedoclem ferunt planius orbicularem ita existimasse, ut sensus in horizontis artificialis specie suadet. Heraclitum aiunt veluti cymbam vel scapham figuratam voluisse. Leucippum ad timpani figuram prope; alii, ut Anaximander, Cylindroidem esse definierunt: quia sol, qui per arcum hemisphaerii diurni circulariter incedit, oriens et occidens in perpendiculum exurgit atque cadit: quod plane neque verum est neque apparens: quia fixo in terra gnomone IK, vel AF, vel LM, et exoriente corpore Solis quod sit IKML, primo puncto sui corporis I tangat cacumen gnomonis KI, et puncto A, tangat cacumen gnomonis FA et puncto L gnomonis ML. Ubi medium eius corporis erit super horizonte, punctus B erit promotus in locum puncti I, et K in locum puncti B; C in locum A; et F in locum puncti C, et ita (1) de reliquis atqui non est ita, sed potius C erit succedens in locum puncti I, et M in locum puncti C.



(1) Il testo ha: *ita*.

Xenophanem ferunt uti columnam quamdam (1) infinite deorsum subtensam intellexisse; quo forte figurat undique habitudinem ad universi vacuum, qua non magis ad unam quam ad aliam localem differentiam rapiatur: qualiter non evenit iis quae sunt in tellure et astris aliis, quibus propriae subtendentiae radix est corpus, cuius sunt partes, et a cuius membris compositionem concipiunt.

Vulgatae sunt rationes rotunditatis etiam a stellis quae, successive gradatimque, orientalibus citius, occidentalibus autem tardius oriuntur, atque occidunt. Ex defectibus item lunae vespertinis, quos orientales incolae non sentiunt; et matutinis, qui latent ad occasum habitantes. Ex umbrae terrestris in lunae globum incidente figura. Ex hoc, quod navigantibus cacumina (2) montium occurrunt citius, quam reliquae partes. Ex aliis item eiusce generis et ad hasce species reducibilibus signis, quibus non demonstrative figura orbicularis concluditur, sed potius quae ad illam tendat. Immo et, inter alias, rationes



(1) Il testo ha: *quadem*.

(2) Il testo ha: *cacumina*.

sunt, quibus stantibus, nihil obsesset etiam quo pyramidalis figurae terram possimus constituere, ut eam inter alias eligamus, quae a sphaericitatis specie maxime recedit.

Si quippe Tellus sit triquetrae figurae, habes angulos ABC: (1) non est necesse quod, cum attenuat visibilitatis suae diametrum, eandem conservando figurae speciem, (2) magnitudinis tantummodo mensuram variet, ut scilicet, remotiore facta pyramide et consequenter minorata, appareat in forma trianguli minoris DEF. Vel ex basis subtractione (3) a specie trianguli EFD procedatur ad sensum trianguli GHD usque ad IKD. At vero necessarium est: primo evanescere partes illas quae sub minori diametro comprehenduntur: ideoque sensim in polygonia figura anguli obtunduntur, itaque in figurae tandem sphaericae seu circularis speciem necesse est ut omnia visibilia praesententur (4) eminus exposita; quam citius adsumit tetragonum cuius anguli a circumferentiae inscriptibilis minus distant termino, hoc citius orbescit pentagonum, citissime vero omnium quod maxime omnium polygonum est.

Circularem porro seu sphaericam ubi subierint figuram; eandem perpetuo usque ad minimum servant: quid enim aliud punctus est quam individuus circulus, et atomus (5) quam individua sphaera? Quibus ita se habentibus, manifestum esse debet quod cum lunae corpus inter solem nostrosque oculos diametro multo visibilitatis suae attenuatum sit, sensibilem angularum differentiam minime queat sustinere. De umbra telluris in lunae corpus incurrente, simile est omnino iudicium. Non est ergo ex hoc latere certa via ad definiendum exacte ex natura rei de figura telluris, lunae, et aliorum astrorum (6).

(1) Questi due punti mancano

(2) Questa virgola manca.

(3) Il testo ha: *subtractione*.

(4) Il testo ha: *presententur*.

(5) Il testo ha: *atomum*.

(6) Il testo ha: *astorum*

Sunt et notrae rationes. Quia praecipua mundi corpora perfectius consequuta sunt bonum illud, quod secunda atque minora persequuntur. Conservationem omnium rerum compositarum unitas et unio administrant, partium quippe distractione et totius dissolutione fit interitus. Hoc manifestum est in guttis pendentibus quae in globum se continent, et non nisi vi impetuque repulsae diffluunt, festucae et membranae ignem fugientes implicantur contrahunturque in centrum. Hoc universalis et particularis spiritus animaque rebus in omnibus efficit, quatenus etiam edicto quodam ex omnium voluntate explicat, ut in eo quo nunc sunt esse, pro viribus contraria fugiendo conserventur. Hanc igitur figuram pro viribus aemulantur omnia, ab hac omnes fructus atque semina explicantur. Proinde vero quae externis, ad quae moveri oportet, magis indiga sunt, quanto minus possunt a sphaericitatis forma recedendo corpus exporrigunt, crura brachiaque explicant; ut corpus humanum (1) inter maxime omnium gena productum, erectum, discissum, distinctumque est pedibus, manibus, digitis, auribus, oculis, intendit adeo atque contendit quae illi ad maiorem (2) felicitatem non occurrunt, non se offerunt, non sunt sicut numinibus praesentia. Tenentibus vero non est corpus liberum, neque patens et a maiore domino praeoccupatum spacium: ideo non interno simpliceque, sicut astra, tendunt appulsu tantum sufficiente, sed pluribus concurrentibus mediis et instrumentis opus est: quare necessario ab orbiculari illa partium unione recedit. Hae quoque ratione neque Tellus secundum reliquas partes sphaericitatem servare (3) potest regularem illam; neque secundum totum, exacte. Necessarium est enim ab omni initio in illa prominere montes, subsidere valles, aequora protensa tum aquarum tum aridae conterminari: alioqui flumina non defluerent, partes solidiores rarioribus non interponerentur, humidioresque siccioribus: neque sicut in animalibus ossa distinguuntur, a carnibus, nervis, et venis, nulla in integro consi-

(1) Il testo ha: *globus humanus*.

(2) Il testo ha: *maiorem, felicitatem*.

(3) Il testo ha: *servate*.

stentia remaneret et perfecti illa animalis effigies et mirabilis undique contextura. Atqui interim, dum omnia ab illa monadis figura degenerare coguntur, quatenus tamen possunt, illam adservant etiam, ut quae non possunt esse sphaerica, sicut brachia et digiti et radices, sunt tornatilis speciei: quod scilicet in longum nequeunt, in latum servant: quod item non secundum plures continere possunt dimensiones ut oculi, secundum unam spectant dimensionem ut aures, frondes, et quantum licet omnia. Perfectissima ergo animalia, nempe astra, nempe mundi, quo paucioribus subiecta sunt, pluribus praesunt; ab omnibus fere absoluta atque libera sibi sufficientissima consistunt, minus externa spectant, haerent (1) sibi magis, in se maxime omnium unita, et unum sunt.

## CAPUT XVIII.

De figura telluris, regionum aeris et ignis ex principiis (2) Peripateticorum contra eorum conclusiones.

Nunc iterum sensus, mentis revocato sub alas,  
Atque vide ut Tellus formam non usque globosam  
Concipiat, (3) proprio de robore principiorum  
Si debet vulgus concludere (4) quando sophorum.  
Postquam sphaerali vultu conceditur ignis,  
Extremo volueris quo tangitur orbita coeli  
Incava Lunaris facies ubi dicitur orae,  
Nempe elementorum naturam vertit in ignem,  
Dum magnum rapido coelum terit aera frictu.

(1) Il testo ha: *haerent*.

(2) Il testo ha: *principis Peripateticorum*.

(3) Questa virgola manca.

(4) Qui il testo ha una virgola che non ci va. Il senso è: *si aliquando vulgus sophorum debet ecc.*

Ista si genitus forma est, et permanet ignis,  
Qui proprium potis est elementum dicier ignis,  
Quandoquidem est coeli raptu tenuior aer,  
Certis et gradibus speciem haud variantibus exit,  
Scilicet illa rapax, quae conterit aera, virtus  
Certis pro gradibus subiectum inverteret orbem  
Naturam in tenuem magis ac minus, (1) haud variare  
Pollentem hanc speciem subiecti corporis usque,  
Ne hic velut inferior quoque possit dicier aer:  
Nam magis atque minus speciem variare negatur.  
Esto: (2) etiam credam gradibus consistere certis,  
Qui status est illis, quando non unica lex est  
Simpliciter, motu qua se versare diurno  
Conficta est tua illa means essentia quinta,  
Quae sine materia tangitque et tangitur; aut quam  
Tangentem, aut tactam non possis dicere, quare,  
Cum rari ac densi faciant discrimina bino  
Vires principio, quae sunt contraria semper,  
Attamen haec caeli distinguis corpora forma:  
Inde negas sursum contraria posse vigere.

Praeterea activum hoc, quod contactu alterat illud,  
Unius in generis debebunt ordine poni,  
Sortemque unius communis materiei  
Complecti: tamen hanc, qualem tibi fingito cunque,  
Naturam geminam, videas quonam ordine possit  
Altera ab alterius virtute invertier, ut dum  
Atteritur rapidi motus virtute supernus  
Aer, quam multas regiones esse sequatur

(1) Questa virgola manca nel testo.

(2) Questi due punti mancano

Ignis. Rursum quo partirier ordine possit,  
De puncto in punctum quando ratio altera surgit :  
Quandoquidem in medio raptus est maxima virtus, (1)  
Telluris medium qui tam cito lineat axem,  
Ingentemque uterum ; minima, (2) in regione polorum,  
Inque polis tandem non ullam dicere possis.  
Sic igitur gradibus tantis tenuanda reclinat  
Actio sublimis, subiectaque passio sensim, et  
Punctatim in nullam prima a virtute relabens.  
Nec numeris eluit illa suis constantior, ut nec  
Partibus est iisdem, atque actu venientibus uno  
Ad nostrum sensum ; variante revolvitur orbe,  
Quem sibi perpetuo finxit gyramine, (3) normam  
Fatalem, intrepidam, in voto stantemque Deorum,  
Ac pulsus qui non seclis variabilis ullis ;  
Ceu vis illorum, ac substantia permanet una.  
Non patitur sortes etiam consistere easdem  
Abscedens geminas in parteis orbita solis  
Et vicibus variis sublimia, et ima tenentis.  
Ceu quoque sufficiens sol est haec omnia solus  
Promere, ubi tales ac tantos explicat igneis,  
Illius accessu quos intendi, atque recessu  
Deficere scimus. Capias sed utramlibet harum  
Caussarum, aut ambas ; una duplicive sequetur,  
Aeris atque ignis sphaeras non esse figurae  
Eius, qua sese effingunt complectier orbis.  
Non ignis regione foret contractior aer,

(1) Qui il testo ha un punto che non ci va.

(2) Questa virgola manca.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.



Supra ignes medios neque certus terminus esset  
Partibus, (1) ut nequeat regio constantior esse,  
Quam caussa accessu faciens hanc atque recessu;  
Partibus aut motis caelestis corporis aequae  
Puncto de medio, punctis medioque propinquis,  
Alte calfaciens superinduit amplius axem  
Aere, quapropter facies ibi concava Lunae  
Frigentem Arctoum ad cyclum multumque tepentem (2)  
Per spacium medios versus dum surgit in axes,  
Quandoquidem versum impariter terit aera circum.

Non ergo est igni conscripta (3) rotunda figura  
Quando non pariter facies fricat incava Lunae  
Contiguum corpus, tanto quia tempore torpet,  
Atque ignis multum de conditione recedit  
Quem minor attingit cyclus: quo tempore maior  
Omnibus, ingentem rapide sublineat orbem.  
Aeris et regio, quam dicunt inferiorem,  
Hinc non continuam sibi vendicat undique formam,  
Sunt ubi sublimes montes, vallesque profundae,  
Aequora, stagna, lacus, fontes, fluvii atque paludes,  
Perpetuaeque nives subiectae, ut proximus aer  
Hinc magis ad centrum terrae tendatur, et inde  
Se retrahat sursum montis penetrabilis alto  
Vertice, nec passim in mediis stationibus aequae est  
Insitus, iniectus, superinfususque liquenti  
Corpore. Sed nobis qui annumeravimus intra  
Telluris membra hoc (4) aequatum montibus altis

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha *tepenite*, e non può stare. Tutto questo periodo poi manca di punteggiatura.

(3) Il testo ha: *conscripta*.

(4) Il testo ha: *hunc*.

Aereum spacium, ventorum concutiturque  
Flabris, et vapido nubes in corpore pascit,  
Quod (1) rapida cum Telluris vertigine currit,  
Tranquillo externum semper cum robore linquit  
Aera, Telluris quia non cum corpore vadit,  
Nec varium affectum terrae cum corpore carpit.  
Atque ideo caeli circum virtute fluentis  
Turbineam in formam se versum utrumque polorum  
Exacuit, calido quae non temeretur ab orbe.  
Ac si respicias quo se ordine frigida virtus  
Paullatim versus finem subtollat, utrumque  
Compositum incurvis definitum atque recurvis  
Describit corpus, cuius sese angulus alte  
Adtollit quadruplex (2) bina e regione polorum.  
At vero ad fictum caelum si caussa relata  
Ignis non fuerit: sed clari ad Apollinis alte  
Fulgentem clypeum, tropicos qui hinc indeque metas  
Et facit et servat, medio se planius axi  
Insinuat, versusque polos obtundit utrinque  
Cornua, quae exacuat rigido de corpore frigus.

Sunt principia a Peripateticis posita, ex quibus nimirum alia telluris, aeris regionum, et ignis sphaerae sequitur figura, quam, ut sibi confingunt, sphaerica, globosa, orbicularis: ut mirum sit quales a positis et concessis conclusiones deducantur.


Si rite consideremus, inueniemus ignem non esse elementum et corpus per se ad numerum specierum in ordine naturae revocabile: idque positis Peripateticorum principiis. Mirum ut magis densum

(1) Il testo ha: *qui*. Il Bruno ha forse avuto in mente *aer*, e perciò ha scritto: *hunc, qui*.

(2) Il testo ha: *quadruplex*.

et minus, spissum et attritum, distinguant species in elementis et ex aëre faciant ignem; in coelo vero sit densum et rarum, sensibile et non sensibile, lucidum et non lucidum, astrum et quod inani comparatur, (nisi ipsum sit inane), quae specie consimiliter non differant.

Mirum ut caelum sit contactu quodam vere violento (quod tamen esto, ut Peripatetici nominari voluerint) et elementum aeris sit tactum, alteratum, transmutatumque in speciem diversam, nempe ignem: nihilominus tamen nullam intelligantur habere in materia communicationem: cum omnino necessarium (etiam ex peripateticis elementis) sit, activa et passiva in orbe contrariorum degere, maxime vero quae contactu quodam alterantur et alterant; et quae licet specie differant, (1) genere tamen (communi nempe materia) minime aliud atque aliud esse possunt. Adde quod actio illa coelestis, in morem aliorum elementarium, (2) intensionem recipit et remissionem, gradus insuper a maximo ad minimum usque per medios; neque perpetuo eadem caeli pars eadem virtute operatur, ea, qua Sol infra tropicos huc illucque pervagatur, ratione. Mitte quod et ipsum coelum non regulariter motum non semper super aequinoctiali eadem linea, et eodem insisit super quo et circa quem moveatur orbem, ut hodie omnibus est manifestum. Aliàs manifestabimus, melius ut Tellus ad




(1) Questa virgola manca nel testo.

(2) Questa virgola e la precedente mancano

Solem continue (1) diversitates regionum efficit; nec eadem ubique perpetuo temperies dominetur, vel intemperies.

Nunc ergo ignis convexa sphaericitatis perfectae superficiei M, (qualem vulgus belle circinando sibi depingit) secundum omnes eius extremitates undique tangit superficiem concavam orbis Lunae L. Eodem ordine aequidistantium circularum integram cuiusque planetae sphaeram sursum accipiunt, et elementorum sphaeram deorsum.

Nos vero haec aliter figurata ostendemus deinceps, tali qualem mox accipies figura, ex principiis, fontibus, atque coloribus peripateticis (2) maxime deducta. Neque, inquam, ipsa aeris regio quam dicunt inferiorem, quoad eius superficiem est uniformis: quandoquidem caloris effectus atque frigoris mira difformitate, seu multiformitate, capiunt planities, montes, valles, et maria, rursus aliter aliterque uno, aliter aliterque (3) alio in climate.



(1) Il testo ha: *continuae*

(2) Il testo ha: *peripateticis*

(3) Il testo ha due volte: *aliter*

Connumerantibus ergo inter Telluris membra a erem altissimis montibus comprehensum, media illa aeris regio frigidior, nubigena, atque ventosa, minime potest, aequata ratione, infimae attigua esse vel continua. Per superficiem quoque superiorem (qua perpetuae tranquillitatis attingit regionem, quaeque cum motu passionibusque Telluris non participat, proprie vereque extra Telluris membra absoluta est) quam aequaliter terminet, modo videamus.

Caelum rapiditate sua circumgestans ostendetur igneam sphaeram recava quadam concavitate definire in eam figurae speciem, cui (credo) non est impositum nomen, et quae describitur circumfluxu spacii quod est inter lineam AVSB, et lineam AKDB, circa axem AEB circumductum, quoadusque ad idem vestigium redeat, unde circumfluere coepit (1), continuando se cum spacio simili interiecto inter convexitatem ATZB, et concavitatem ACINB.

Inde necessario subsequitur turbinca subsequentis sphaerae regio, quam definit arcus ASB super diametro AEB eousque circumductus, quoad eidem insistat vestigio, continuando se cum simili linea ATB. Caelum quippe quanto magis inclinatur versus polos, tanto movetur tardius, sic et tanto minores describit parallelos circulos; igneaeque vires gradatim ad polos usque A et B extenuantur consequenter. Rapidissimi nempe motus efficacia maxima est in circulo CD, medioeris in circulo FG, et HI, nulla in A, nulla in B; ideo relinquunt aeri figura turbinalis proxime designata. Sed et audi nunc reclamantem virtutem frigiditatis, quae contraria consurgit efficacia. Mirum quam diversa sibi occurrunt figuratione; tali, inquam, qualis (2) cum altera minime consistere queat, dum interim non minus habeat sui domini suaeque figurationis rationem, quam altera suae. Ex ordine enim, quo frigus grassatur contra calorem versum convexitudinem coeli, figura illi turbinalis non esse potest: dimensio enim ES vel ET, quae est sub aequinoctiali, quam dominium calidi gradatim

(1) Il testo ha: *caepit*.

(2) Il testo ha: *quali*

versus polos se remittentis configurat, facit subiectum corpus, quod ab igne non alteratur (quod hac sola ratione deo frigidum), altius pollere sub linea torrida CD, quam sub temperatis FH, HI, minus sub frigidis, KL, et MN, minime sub maximo frigore. Quod si nequeamus ostendere ut sit conveniens, cogemur aliter frigidam ordinare regionem.

Alia, inquam, exurgit figura, si e contra virtutem frigoris amplius atque amplius versus polos in superiorem regionem gliscentis accipiam. Eam sane delineat linea composita ex incurva AK et recurva KM, et ex incurva MB, quae eousque circumducitur super axem AEB, quoad redeat ad idem vestigium unde coepit circumduci, constituens solidum dimensionatum, quale in plano duae incurvae KAL, et MBN (1) cum duabus recurvis KM et LN definiunt: secundum quam figuram regio aeris versus polos super ignis regionem ad tollitur per angulos KLMN. Itaque ex duabus figuris, quarum utraque propria ratione necessaria est, ut necessariae sunt calidi vices atque frigoris, sequitur neutrius figurae possibilis consistentia.

Cylindricae vero figurae natura humens, et spissioris substantiae universam Telluris constituens machinam, (2) (secundum quam forte rationem aliqui hanc figuram huic nostro globo tribuerunt) non ad coeli motum, sed ad solis adproximationem et elongationem referentes caloribus causam et igneae regionis figuram continuo variabilem, contrahibilem, inquam, et extensibilem hinc indeque, concipiant oportet, ut continue sol ad corpus Telluris aliam atque aliam habet relationem. Accidit ergo ut, eum Sol a medio in latitudinem Zodiaci excurrat, curvitatē lineae KLMN ad rectitudinem adigat, et angulos consequenter KLMN nunc obtundat magis, nunc exacuat, unde consequenter (confuso licet ordine), cylindrica (3) figura verius consequua-

(1) Il testo ha: *MBM*.

(2) Questo periodo non corre, e la parentesi non si chiude veramente, se non alla fine del periodo, rimanendo in sospeso questa prima parte. Io l'ho lasciato com'è.

(3) Il testo ha: *cylindrica*.

tur, licet non adeo oblongo ut prolixo umbrae terrestres proiectu, et extenuatione diametri non possit videri in rotundam desinere figuram ad apparentiam in coelo; itaque istius mundi hac stante constitutione, quorundam philosophorum sententia non usque adeo contemnenda debeat videri. Etsi, inquam, ex rei veritate non constet, ex suppositis tamen vulgo principiis syllogizabilis remanet, sed hanc contemplationem ociois relinquo persequendam. Mihi satis est illis monstrasse locum: quo forte negotium hoc ocio peius intermittere possint.

Nobis vero cognoscentibus Telluris corpus undique et ubique ethereogeneis partibus consistens, et animatum, non tantum ab extrinseco principio, quantum ab interno, quod est anima, figurationem habere constat: si quippe anima spiritusque ille vitalis non esset, minime tanto ordine (qui in toto est corpore), (1) tantarumque venarum ordinatissima non minus quam cuiuscunque animantis serie, symmetricaque contextura consistere posset.

Neque ita ordinatum est hoc astrum, ut frigidissimum sit in medio seu centro, frigidius versus eas partes, calidiusque supra, atque ita caliditatis frigiditatisque gradibus catur a spissiori (2) ad rarius, a graviorique (ut fingunt) ad levius: atqui omnino circa centrum oportet calidissimas esse partes, non minus quam circa medium animalium est cor et fons omnium qui per universum funduntur spirituum, et aeris ingens veluti regio praecordialis refrigerans.

Partium ergo suarum et regionum seriem non a sole accipit aut a coelo, sed ab anima propria: in iis vero quae aguntur, atque tum interno tum externo reguntur calore, accidit alteratio quaedam non secundum figuram, sed secundum simplicem, quam calor intensior et remissior infert, passionem; sicut in partibus animalium propter hyemem et aestum, alii atque alii effectus suo ordine partibus tum exterioribus tum interioribus ad intimum usque imprimuntur inne-

(1) Questa chiusura di parentesi manca.

(2) Il testo ha: *spissiori*.

vanturque, haud quidem simplicis caloris frigiditatis (ut aiunt) virtute elementari praeter (1) quam instrumentaliter concurrente, sed virtute animae principaliter; alioqui non essent omnes sub quocumque Telluris parallelo dispositionum differentiae, quilibet (2) enim horum suas habet aquas, aridas, montes, valles, aequora, frigidiores, temperatiores, calidioresque, steriliores, fertilioresque, habitabiliores, inhabitabilioresque partes: puro quippe calore agente, uniformiter oportet esse sub zona torrida exustam Telluris circumquaque superficiem, quae ita versus polorum cardines sensim tepesceret, et frigida constaret in suis uniformiter zonis per totum gyrum, sicut definitis gradibus solis protenduntur radii, vel caelum versus polos (ut proxime dictum est) (3) minori aerem velocitate atterit. At certum est, ut omnium dispositionum participatio reperitur ubique, interdumque in regionibus versus polos magis inclinantibus maior est temperies; versus tropicos (4) maior est aestus, ut plurimum, quam circa aequinoctialem telluris cingulum. Configuratio ergo illa ab orbibus stellarum corpora circumvectantibus, a deliro prorsus sensu exorta est et propagata; stat enim circa Tellurem, Solem, Lunam et omnia unum idemque aethereum spacium, quod circa singula eorum termino et figura configuratum intelligitur. Neque autem per se figuratum dicere possumus, quod non est corpus, sed per accidens, tanti quibus et taliter finiti corporis tantum et taliter finiens oportet esse spacium, insitum et comprehendens ea qua comprehendere intelligitur superficie.

(1) Il testo ha: *praeter*.

(2) Il testo ha: *qualiter*.

(3) Questa chiusura di parentesi manca.

(4) Il testo ha: *tropicos*.



# JORDANI BRUNI NOLANI

## DE IMMENSO ET INNUMERABILIBUS

---

### LIBER V.

---

#### CAPUT I.

De compositione omnium ex elementis, utque quodammodo omnia sint in omnibus.

Porgimus haec paucis, vulgus procul esto prophanum,  
Ne liceat laico sacrum conscendere montem.  
Forma quaecumque obliqua natura notavit,  
Ingenium ut vultu stupidi referant animantis,  
Luminibus, mento, naso, fronte. ore, palato:  
Diva, caput Iovium geminum testata parentem,  
Praecipit hinc revocare pedem. Maiaeque propago.  
Si quemquam infoelix immundaque bestia norit  
Congeneum, paribus poterit testarier esse  
Moribus affectum, et Genio meliore carentem.  
Ergo admittendum, arcendumque a limine templi  
Providus aspiciat custos, solersque sacerdos.  
Scribimus haud multis, tamen inculcanda sophistae  
Auribus, ut dubitans careat dubio tamen uno,  
Ne fors cum ratione loqui se et credere credat.  
Dignus amor pulchri, atque boni dilectio, et ardor

Virtutis, pectus succendens, intemeratae,  
Verique illecebrae, et dignae meditatio laudis,  
Nos illam egere ad metam, qua despiciamus  
Iudicium fato neglectum, et turbida secla,  
Quae claudunt somni populos, umbrasque vagantes,  
Et nebulas per inane obscurum, genitantiaque inde  
Millia portentum vario phantasmata coitu.  
O Dea, lethei gens haec glomeramine caeco  
Fumi oppressa, (1) carens sensuque insana malorum,  
(Nempe animae grandi tacta est substantia morbo)  
Docta suum celebrare statum, et non visa videri  
Credere, quae primis hausit suetudine ab annis,  
Naturae ut poterit matris convertere frustra  
Donatos oculos ad vim sparsae undique lucis,  
Ut dicat: (2) Quidquid circum est spectabile coram,  
Est mundus, quidquid stellamque astrumque vocamus,  
Quorum sensibilis globus unda hic, ille per ignem est, (3)  
Omnia comprehendo ex unda, terra, aere et igne;  
Nam vix vel minimis unum (4) absque alio est tribuendum,  
Si vivâ, et certa in specie composita locentur.  
Partibus ex variis (globus hic est qualibus) omne  
Compositum est operae ut constet, licet hasce latente  
Conditione ferat non aptas sensibus cunctis.  
Unda etenim a terra concrevit, terraque ab unda,  
Undaque vitali in motu ac virtute per ignem est,  
Nec nisi concreto se lux de fonte propagat, (5)

(1) Qui il testo ha due punti.

(2) Qui il testo ha un punto.

(3) Il testo ha un punto.

(4) Il testo ha: *a absque*.

(5) Qui il testo ha un punto.

Vivida subiecto cui virtus exit ab igne.  
Unius laud generis subiectum concipio ignem,  
Humida sed (qualem capias hunc cunque) repascit  
Natura ac refovet. Porro horum non meat unum  
In reliquum, vector nisi constet spiritus aer  
Tamquam animus quidam, ni animus fors hic siet ipse.

Ergo persimili, vel eodem cuncta tenore  
Ire putem, et simili certe constare figura.  
Nec me perturbent animantia lata minore  
Corpore, quae longo proiectu errantia multas  
Ostendunt facies, ut cum hoedis (1) caprea, serpens,  
Tergore stellanti, aut spirale volumine currens,  
Continuum siquidem est corpus, molesque globosa  
Quae passim vivis depingitur ignibus, aut fors  
Lymphis obiectu solis radiantibus ad nos,  
Inde ubi telluris nigranti libera ab umbra est.  
Tandem si speciem substantia lucida opacae  
Immixtam obiectat, velut in tellure videri  
Inde licet, pariter maculoso et corpore lunae.  
Ignitasque trabes telluri in parte propinqua  
Vi motus rapida porrecto corpore credunt,  
Atqui sunt sphaerae, quarum substantia vere est  
Continua, (2) lucis parili concreta tenore, et  
Novimus haec signis praelata animantia certis.  
Quare de genere ac specie manifesta figura est  
Sphaerica telluris, cunctorumque orbe micanti  
Mundorum, qui se obiectant illi undique circum,  
Interneque valent anima exagitante moveri

(1) Il testo ha: *aedis*; e dopo, una virgola.

(2) Questa virgola manca. La prosodia del verso non va per l'*a* finale di *continua*.

Quorsumcunque libet, sed non violabile lege :  
Nam quo principio motant animalia corpus  
Remigio alarum atque pedum; terram, aera, et undas  
Findendo, et mutilo magnas se corpore adactat  
Aera per spissum hunc. Sic non hisce est opus illis  
Quae non terram, undas, nimbosumque aera tranant,  
Sed sese innata virtute ac principe coelum  
Libera per purum exagitant, quod sit locus illis  
Primum gignundis, reliquis exinde per illa :  
Quorum ut miranda partes ratione feruntur  
Fragmina, quae vix sunt propria constantia forma:  
Nam minus hoc animal totum, parteisque per omneis  
Cum membris alimenta capit pro tempore, et illi  
Omnia restituit rursus, siquidem nihil ex se est,  
Totius exiguo praeterquam portio in actu.  
Quapropter quidquid mundana in parte tuemur,  
Convenit id toti sublimius, (1) et tribuendum est.  
Singula quae capiunt, tribuantur et omnia toti,  
Dico divitias quae contestantur et actum,  
Non quo sunt parteis, et totius indiga quaedam :  
Nam nec ut in toto, ac per totum haec membra feruntur  
Organicis quiesdam ac mediis nixantibus, ipsum  
Consimili totum debet sorte cieri,  
Qua nihilum obsitit, nihilum rapit, et nihil extra est  
Ipsius, inque ipsum influitans motumque animumque,  
Et quas continue parteis renovando fatiget :  
Sed tantum tenebrae et frigus, lux et calor exit  
De mundo in mundum, reliqua integra omnia in illis.  
Fallitur humanus mire quoque sensus in iisce,

(1) Il testo ha: *sublimius et, tribuendum*.

Queis se mensuram rerum supponit, et actus  
Corporis ac vires omnes comprehendere credit:  
Cum et quidam lapides sensu ac virtute vigescant,  
(Quam instinctum vocitat talparum turba sopphantum)  
Qui proprium admotant corpus, tractentque alienum,  
Spiritaum invertant vires, sensusque alienent  
Humanos, ast nunc vim motricem meditabor,  
Mustellam bufo qua conripit: ipse manendo  
In statione sua, adaperto ore, opperit illam  
Passibu' quo infelix invitis cogitur ire.  
Non est qui norit qua vi, cui brachia nulla,  
Vir prensam certo ex humeris icetu ire securim  
Fecerit ac firmo, crudeli sorte peremptus  
Multorum pro morte reus. Sed particulare  
Omitto. Speciem integram capio isticis. Illi  
Picturata seges iaculorum infixata tenaci  
In cute nativa, in totoque hastilia dorso  
Adservata suae sunt pro tutamine vitae.  
Non labor humanus, non est industria compar,  
Quae ex oculo usque adeo certum discussertit icetum,  
Ut, nihilo fallente feram, (1) conanima docti  
Visus muta, cutis facile (ut consentiat) audit.  
Evolat excusso nativum missile tergo,  
Error abest omnis; quodque hic facit e cute tota,  
Ordinibus nullis, (2) hominum solertia posset  
E manibus, multaque aptatis arte balistis.  
Quolibet e pellis puncto conlineat ille,  
Quolibet e puncto directum decutit: atque

(1) Questa virgola, la precedente e la seguente mancano.

(2) Questa virgola manca pure.

Cuilibet est puncto (1) iaculum, pharetra, arcus et ars, et  
Artificis pulsus: (2) oculi, votique animantis  
Praescripto haud dubio leve telum obtemperat actu.  
Militiae tanta ars, visque explosiva, suique  
Parca seges iaculi, extremos se servat in usus,  
Consiliumque ducem sic puncto corpus ab omni  
Exaudit, centroque animus regit omnia ab uno.  
Pars omnis, (3) nervus, digitus, manus, atque lacertus,  
Aeque hastam perdocta suum iaculatur in hostem,  
Duxque idem simul e variis definit, obitque  
Munia, et obverso dispensat spicula dorso,  
Ut bene distincto rarescant ordine tela  
Undique, seque aeque armatum custodiat, et non  
Informis fiat pro expensis area spiculis.  
Quam multa ratione magis donabitur astrum,  
Corpore de cuius constant, animo vegetantque?  
Sic sese obvertit tellus, regit omnia, sicque  
Uno se circum ingenio moderante, sua, et se,  
Ad certum spectans signum non fallitur unquam,  
Immensum et quotcumque colunt mundi aethera circum.

Quatuor rerum gradus ferunt dixisse Anaxagoram. Immortalem aeternitatem (4), Immortale tempus, Mortalem (5) aeternitatem, Mortale tempus. Primus gradus est mens, secundus coelum, tertius homo, quartus anima irrationalis. An non iocundae contemplationes? nugae?

(1) Il testo ha: *puncto*

(2) Il testo ha una semplice virgola.

(3) Questa virgola manca.

(4) Il testo ha: *eternitatem*.

(5) Il testo ha: *Mortalem*.

Tria (Proclus ait) sunt genera corporum, quaedam materialia simul, atque composita, qualia sunt ex elementis conflata quatuor. Quaedam sunt materialia et quodammodo simplicia, sicut elementorum sphaerae. Alia simplicia et immaterialia, ut coelestia corpora. Deus (inquiunt Platonici quidam) (1) caelestem materiam semel cunctis ornavit formis, elementalem singulis momentis exornat, sicut naturam deorum semel omnibus ideis implevit, et animale[m] quotidie implet. Sicut in ordine mentium est ultimum incorruptibile, ita in ordine corporum. Corporum enim ordo non aliter sequitur ordinem intellectuum, quam pedis vestigium ipsum pedem, et umbra corpus: inde qualis ordo probatur in mentibus, talis et in corporibus reperitur, Mens altior, paucioribus subiecta, pluribus praesidet, (2) a paucioribus capit et patitur, in plures distribuendo agit; infima mens ab omnibus accipit, nulli tribuit, in prima ergo omnia sunt active; in infima, omnia passive. Sic et ordo quidam est in coelis. Supremum coelum cunctas vires formarum omnium efficiendarum continere necesse est, per quas tanquam efficaces et activas inferiora corpora ad varias formas suscipiendas disponit. Quapropter variis naturae suae viribus, configurationibusque, atque motibus varios producit in inferioribus istis influxus, formans, ornans, movens, ut merito dici (3) possit, sublime coelum formas corporum reliquorum vel actu, vel activa virtute complecti. Corpora vero sequentia affirmant, (4) illi adeo subiaci, ut ipsa quidem in quadam potentia susceptiva atque passiva easdem habeant formas, atque actu ab illa suscipiant: verum hunc habent ordinem, ut quo sublimius sub illo corpus est, eo magis activum, potentiamque minus passivam habeat. Haec platonice, quae a peripatetico sensu non abhorrent, et ab ordine politico et oeconomico: ut sint patres tantum, praeceptores, omnipotentes, sint filii tan-

(1) Questa chiusura di parentesi manca.

(2) Il testo ha: *praesideti*. Le virgole precedenti e le seguenti mancano.

(3) Il testo ha: *dicit*.

(4) Questa virgola manca.

tum, omniexecutores, nullius auctoritatis, sintque inter istos, patres respectu inferiorum, et filii respectu superiorum. Nobis vero quibus nulli sunt illiusmodi coeli, nulli motores, nullae divitiae extra tellurem, animam telluris, et huius animae facultatem, quae sub solis favore in hoc spacio vigescit: ubi illae intelligentiae, illae mentes, illae phantasiae, illae nugae, et illae, plusquam poeticae, fabellae philosophicae? Heic in nostro globo, astro, mundo, tellure inquam, virtus terrae non est ab aqua superiore vel inferiore, virtus aquae non est ab aere, sed elementa haec proprias peculiareque habent qualitates atque vices, quibus species cernuntur (1) ab invicem, sed non existentiae actu, non minus terra indiga est aqua ad suam formationem, quam aqua, terra. Nihil est ex iis infimum, frigidissimum, patiens, segue, sed aequali virtute omnia ad omnium compositionem concurrunt: non aliter quam ex elementis vocis atque scripturae non est una litera, quae magis alia sit necessaria, et sub qua aliae plus esse possint ordinatae, quam ipsa sub aliis, sed omnes per se sunt et sui iuris, et singulae cum singulis aequae concurrunt. Quod ad necessitatem ergo et dignitatem, non est quippiam quod in hoc ordine aliis praeponas. Sic enim syllabam BA non potest constituere B sine A, sicut neque A sine B, et sic principaliter et necessario ad eius constitutionem concurrat B sicut A, et A sicut B. Quid ergo circa eum (2) elementorum ordinem platonicis nugamur mysteriis et aristotelicis, et verbis sane sine sensu porrigimus aures? quid ultra ad coelos illos et coelestes illas umbras atque somnia istiusmodi per sealam, platonicis, divinis, mathematicis, abstractis, evanidisque sustollimur alis, quasi nihil habeamus ante oculos quod nos alte moveat, incitet, invitet, perficiat, ornet; quo relinquimus veras rerum species umbris quae nullam omnino habent subsistentiam, non aliter alienati quam canis ille aesopicus, qui, relicta carne, quam habebat in ore, per aviditatem maioris umbrae, praecipitem se iecit in fluvium?

(1) Il testo ha: *specie discernuntur*.

(2) Il testo ha: *cum*.



Sed ut ad propositum deveniamus, ubi manifestum est primo de gravitate et levitate quod nulla sit in corporibus universi et maximis mundi membris. Secundo de naturali omnium ad proprium conveniensque sibi appulsu. Tertio de indifferentia horum, quae sunt apud nos, atque propinqua, (1) ab iis quae sunt remotiora, necessario infertur, nos (2) nihil abnegare de illis posse, quod de istis affirmare possimus, et e contra. De compositione igitur simili, eque similibus partibus in iis atque istis ambigendum non est. Siquae heic nusquam ignem subsistere videmus sine terra; nusquam terram sine aqua vel igne, horumque omnium compositionem tum contineri, tum et penetrari ab aere et inani: idem necessario et illic esse, hinc iudicare debemus, quia neque sensus neque ratio ulla nos ad aliud cogit afferendum vel suspicandum. Sensus quippe nusquam aliquid lucere percipit, ubi humida non sit substantia subiecta, vel ignis actus, sive per se, sive per aliud luceat. Iudicamus ergo tanquam per sensus et rationis suffragium, omne, quod circum undique lucere videmus, aquam ignemque esse: omnia praeterea uno in spacio constituta subsistere, unumque aethereum omnia haud aliter complecti, quam tellurem et lunam et peregrina corpora, sicut in proposito cometarum dictum est, et amplius (pro rei tanti momenti corroboracione) dicetur. Aerem quoque coelum dicimus, qui, propter suae substantiae subtilitatem atque vim, spiritus universi dicitur intus alens omnia per naturam humidam, calidam, lucidamque, per quem universa vegetant et substantantur.

Heic triplicem loci intelligimus speciem: prima est spacium corporibus plenum, quod et corporibus interiectum dicitur, nempe cuius dimensiones excipiunt aequales corporum dimensiones. Secunda est spacium extra corpora, velut quod inter unum et alterum astrum mediat. Quod a Mose dicitur firmamentum dividens aquas ab aquis, idest astrum ab astro, mundum a mundo. Super nos declaravi-

(1) Il testo ha: *propinqua*.

(2) Il testo ha: *nos*

mus, ut omnes mundi, maxime ex substantia corporea et materia praedominante, aquae sint. Tertia est spacium quodeunque sit illud quod inter superficiem unius corporis contenti et continentis intrinsecitur, quod inter aerem ambientem complexamque sphaeram est. Immo inter atomum et atomum, quae non sunt neque possunt esse continua invicem, sed vere singula per se. De reliquis enim quibuscunque compositis nihil est quod vere possis dicere continuum, alioqui non esset divisibile, omne autem divisibile ideo est divisibile, quia est penetrabile: omne ideo est penetrabile, quia est compositum haerentibus partibus, quae non sunt unum sed unitae: omne quod non est unum, sed unitum huiusmodi, est tangens illud cui unitur: omne tangens, superficie ad superficiem adposita, tangit: ibi distinctio est inter tactum et tangens, superficiem unius et alterius. Ubicunque sunt duae superficies, est lineam mediam vel spacium interiectum intelligere realiter distinguens illas: hoc est vacuum omnino, quod alio non possis appellare nomine, sive in pleno, sive in solido, sive in spacio accipias (1).

Praeter astra magnosque mundos, sunt et animantia lata per aethereum spacium minora, in formam parvae sphaerae, quae vivacissimi toto corpore ignis praese fert (2) speciem, et trabs ignea indicatur a vulgo, cum prope nos infra nubes etiam fertur, qualis a me notata est quasi attingens tecta domorum: sed proiectus (3) corporis ille videbatur propter motus velocitatem, qua longam rectam vel curvam lineam titione vibrato possumus designare in aere, ut ignis illius appareat figura. Erat autem illa sphaera seu (ut dicunt) trabs, vere animal, quam ego semel vidi, recto enim motu cum quasi abraderet tecta Nolae urbis, debuisset in montem Cicadae (4) impingere, quem sublato corpore superavit.

Apparent in caelo constantes figurae serpentum, caprearum, et

(1) Il testo ha : *accipius*.

(2) Il testo ha : *feret*.

(3) Il testo ha : *Proiectus*.

(4) Il testo ha : *Cicade*.

inordinatorum corporum lucentium, sed certe, quando huiusmodi ita vicinae impressiones apparent, sunt unius integri magni corporis, cuius aquae in superficie opaca distinctae et interiectae passim interlucent, reliquo corporis latente, sicuti in luna accidit et tellure. Sed ista longe maiori spacio discriminata videntur, quia corpus illud integrum advenit ad partes luna propinquiores, sicut ostendemus infra.

Haec etiam meminisse debemus, animam esse in omnibus motus principium, et plures omnino esse sensus atque motionis et adtactus species, quam homo experiatur in se ipso, sicut sunt quidam effectus in aliis animantibus, et lapidibus, et plantis, quibus occulta ratione moventur, et nos movemur ab iisdem.

## CAPUT II.

Ut possint astra (distantissimi scilicet planetae) a sole in eadem synodo aequè calefieri atque viciniora. Astra item ab invicem ita distare perpetuo ac per totum, sicut hic videmus, neque enim est in una aequidistantia multitudo illa praeter haec septem vulgata.

Hos opus est certis distinctos legibus ire,  
Legibus adscripto moderantibus (1) intervallo,  
Se rapide magis atque minus vertendo, facessant  
Ut calidum ac frigus conceptent laucibus aequis  
Et quae vicino sunt orbe, et quae amplius abstant.  
Sic pariter valeant propius posita, atque remota  
Calferi: immo etiam possit distantius, (2) ardens  
Esse magis, si forte means ibi tardius astrum est.  
Ac magis infixos radiorum sustinet ictus,  
Ut tanto interius subiecta in mole profundent.

(1) Il testo ha: *moderantib*

(2) Questa virgola manca.

Quanto directim inmissos capiendo moratur.  
Idem se rapide magis actans discutit illos,  
Vel minus impense recipit, certove refringens  
Pro modulo ad vitam oppositi conamina vertit.  
Aethera non igitur confusa lege pererrant,  
At vero ut vitae sint adservata tenori  
Comparili, (1) nec se implicent, alienaque turbent.

Astra a (2) telluris tantum regione remota  
Iudicat orbatum vulgus, quanto minus illa  
Velocem intendunt cursum: et discrimen ob istud  
De innumeris tantum haec varie distare, (3) refirma  
Quae sibi sunt tantum ac soli spectata propinqua;  
Caetera in immensum sic accipit ordine in uno,  
Ut nullo apparent circum discrimine vecta.  
Haud aliter stultus, quem circum sylvæ coronat  
Undique plantarum, septem ex iis ille propinquas  
Iudicat, imparibus devinctas intervallis,  
Namque et apparent: non<sup>\*</sup> sic reliqua omnia, namque  
Non etiam apparent. Neque plus rerum esse deinceps,  
Namque apparerent: quasi finiat omnia sensus. (4)  
Hic ubi finitur sensus, convexa coercent  
Incavaque intensi circum undique spicula visus.  
Nempe oculi sine mente dati. Sed somnia quantum  
Phantasiae (5) possint tutari dogmata oculorum,  
Si ratio ac sensus ostendere velle reclamant,

(1) Questa virgola manca

(2) Qui il testo ha una virgola.

(3) Questa virgola manca

(4) Questo punto manca

(5) Il testo ha: *Phantasie*.

(Quandoquidem semet sensus subcorrigit ipse), (1)  
Tunc qui affirmarat, sensum hunc negat et rationem, (2)  
Praecipiti quidquid primum dimisit ab ore  
Concupit esse ratum, (3) naturam huc obligat, atque hanc  
Monstrosam inquit, mendacem, et miracula ferentem.

Divino interdum nutu quia deviat extra  
Leges, attoniti exitium (4) mundique minatur,  
Naturae effractis tabulis pessum omnia labi  
Malunt, quam tuto quisquam coeco sycophantae  
Errorem appingat, sed divum consecret aras.

Quamlibet apparent alta in regione cometae,  
Et motum similem stellis errantibus actant,  
Et molem longe abstantes imitantur eorum,  
Legibus et propriis, non raptu, aut lege aliorum  
Discurrunt; forma redeunt persaepe in eadem,  
Atque loco, et norma ad solem referantur eadem,  
Millia; non tamen audent rescindere firma  
Mortalem quemquam, aut sophiae temerare elementa,  
Quae vult nil vacuum, vult non penetrabile totum  
Corpore repletum, deinceps ultra concava lunae,  
Corpus divinum, immortale, inscissile, nulla  
Naturae virtute aliter tractabile coelum.

Quod spacium septem concentrica corpora replent  
Orbibus ex variis composita, astrisque notatis  
Dumtaxat septem: ne sit qui demere quicquam  
Audeat ingenio, nec natura adiacere ausit  
Vel quantum formica valet, quia machina in illam,

(1) Il testo qui ha un punto.

(2) Questa virgola e la precedente mancano.

(3) Questa virgola manca.

(4) Il testo ha *certum*.

Adiectis numeris, partem inclinando procumbet  
Non absque exitio. Casus siet ergo, vagansque  
Phantasia, aut divum forsitan novus (1) ordo prophetans, (2)  
Vel quidvis potius, quam quicquam oracula receptae  
Convellens sophiae, quo stultitiaeque magistros  
Doctoresque putes phoebos architriclinos. (3)  
At nos, qui nulla pro maiestate doceri  
Ambimus, rerum dominos gentemque togatam  
Spernimus, et sperni nihilum reputamus ab iisdem.  
Omnia sic uno in spacio comprehendimus esse,  
Utque per exemplum hic stabilis sol, lique planetae  
Circa ipsum medium, pariterque esse ultiores  
Soles, inde vagans quos circum lymphae recursat.  
Quae sic inde cluit, velut hinc cluere est opus istam,  
Illic si nobis consistere posse daretur.  
Ast datur, atque datum est rationis sistere plumis,  
Et meliore oculo non fallente, (4) omne tueri  
Undique, et est species sine fine ex fine recepta.

Etiam quod propinquius est igni, vehementiam caloris ex una parte praevalentis, ex positione diversarum proprii corporis partium, nempe circa proprium centrum motu velociore contemperat: quod si tardiuscule remotiusculum faciat, tardissime vero remotissimum, eveniet ut extensioni unius, alterius intensio caussae succurrat ad aequalis virtutis a lucifero astro influxum impressionemque concipiant.

Existimant Peripatetici, a quibus forte sic informatum est vulgus, tardius moveri quae remotiora sunt a tellure; proindeque quod con-

(1) Il testo ha: *novus*.

(2) Il testo ha: *prophactans*.

(3) Il testo ha: *phoebos architriclinos*.

(4) Questa virgola manca.

sequenter tardissimi deberet esse motus: remanebat olim stelliferum octavum, quod subiectum esset illius motus rapidissimi universalis regulariter, atque continue, et aliam motus contrarii differentiam non cognoverunt: quae posterioribus manifesta est, ubi et ipsum stelliferum citra comparationem et analogiae alicuius legem tardius circa hoc centrum moveatur. In eo tandem conveniunt, ut fixa illa astra ad unum orbem referantur, quia uni tanquam continuatorum motui sunt adstricta. Hoc cum positum sit, (1) quidquid contrarium et absurdum consequatur, quantumlibet sensus experientia, compertaque naturae species reclamet: necessarium est, Aristotelem non errasse: non est possibile ut tanti doctores aristotelici a tanto seculo, in tam magna multitudine caecutierint.

### CAPUT III.

Certissima ratio distinguendae distantiae maioris et minoris uniuscuiusque sensibilis coelis a nobis, est magnitudo. Ad rationem vero distantiae geometricae concipiendam non est medium nisi sophisticum.

Ergo, maiori quaecunque ibi mole relucet,  
Corpora scintillantum, sic reputo esse propinqua  
Iis, quae plus constant pro mole minore remota,  
Tauri oculus, spica Astreae, candens Basiliscus,  
Consimili atque pari quae sunt mole atque figura,  
Quaeque ut sol noster sunt scintillantia, mittuntque  
Ignitos radios, flammantique orbe favillant,  
Sunt certe soles, tantum hoc a sole remoti  
Consimilique alio quique ex iis, quantum opus esse  
Ad rerum novit vitam natura gubernans.  
Nam soli circum finita potentia cuique.

(1) Questa virgola nel testo manca.

Qua mundis vitae immittat lucem atque calorem;  
Nec soli usque adeo debet sol esse propinquus  
Quo igniti virtus duplicata hinc, inde rigoris  
Excessu absumat lympharum pabula, *et ita* (1)  
Vadant undae igneisque extrema sparsa ruina,  
Inque novas alibi formas cessura, retenta  
Consistant, ubi fata favent pro munere vitae,  
Nam male adorta cito pereunt, tandemque necesse est  
Materiae pro sorte geri sic omnia, quamvis  
Non certi actentur decretis efficientis:  
Namque adeo natura diu sequiturque fugitque.  
Convenientis avens captum, et contraria abhorrens,  
Quo sit adusque loci meliori sorte repressa,  
Quamque diu possunt, consistunt haec ubicumque.  
Ergo diu tandem ac varie exagitata necesse est  
Ut tandem haec subeant cita corpora disposituram, (2)  
In qua vel maneat semper, vel plurima secla  
Contineant. Ergo si quae sors destruat unum  
E mundis, plureisve simul, vel si lubet omneis,  
(Quod saepe haud rerum patitur sine fine potestas,  
Extensusque vigor, sors non eademque locorum,  
Qui ad fatum innumeris nequeunt tractarier unum),  
Vita recursabit, naturaque materiei,  
Hoc ipso instaurata, (3) suo dat cuncta recessu.  
Sed non propterea rationis carpo elementa  
Impia, Democriti adstipulatus sensibus, atqui haec  
Mentem alta agnosco moderantem cuncta paternam.

(1) Nel testo il verso è incompleto: le parole in corsivo son mia.

(2) Qui il testo ha un punto.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.



Diximus planetarum corpora infinita, et soles infinitos; sed hoc innumerabiles subiici oculis nostris: planetas vero tantum *iis*, (1) qui sunt vicini. Ut vero absurdissime est illud confictum caelum ultimum, ubi sic eiusdem generis corpora sparsim sunt in aethere, sicut tellus est et luna, et planetae et cometae. Horum corpora non sunt notata, imo nec observata ab omnibus ultra stellam Saturni, et sane neque multo amplius possunt distare, ut virtuose a superficie illuminata a sole possint, tanquam a speculo, reflexam illam lucem praesentare sensibus; multum enim abest, ut imago lucis, quae est in speculo, sic longe possit apparere, quemadmodum quae est in accenso ignitoque corpore; est igitur comparative breve et certum intervallum, ultra quod non est quod cometarum et planetarum sensum possimus habere, qui a superficie illuminata, non autem per se luminosa, sunt sensibiles.

#### CAPUT IV.

Prosequitur propositum aliis rationibus et signis inducendo.

Sidera praeterea sociali corpore iuncta  
Ne reputes hoc esse magis, quo longius abstant  
A nobis, quia sic apparent: (2) sitque diurno  
Conreptum motu caelum, nempe ultima sphaera,  
In qua stellarum sese arctant corpora. lege  
Ut coeant illic nulla magna atque minora  
Ad minima usque, (3) oculorum aciem exaequantia nostram,  
Et quae non est qui tollat plus plusque minora.  
Ac stupide, arboream spectans circum undique sylvam

(1) *L'is* manca nel testo, e ne potrebbe nascere equivoco.

(2) Qui il testo ha un punto.

(3) Questa virgola manca

Per totum simili quisquam plantamine deusam,  
Crediderit quae sunt prope se situata, recessu  
Dissita maiori; dein tanto congregiantur  
Ulteriora magis, quanto adglomeratio tandem  
Confuse innumerae turbae siet una eademque,  
Millia ut est sensus coniectans ordine in uno; (1)  
Nec non (2) has circum viventia degere tantum,  
Quando videt nihilum circa illas; namque videret.  
Ast sunt quae multo apparent distantia coelo,  
Sed mire plus sunt propria statione propinqua,  
Quam quae contigua, atque unum ferme esse videntur.  
Nempe oculo Tauri propior Spica, atque Leonis  
Credendum (3) cor est, quam Pleias atque Hyadum lux,  
Affinis siquidem inveniuntur in ordine gyri  
Ad nostrum hunc mundum ac solem, cui luce superba  
Ingenti spacio prope sunt, prope plusque vicissim.  
Credendum quippe est, immani corpore soles  
Consimili sic esse modo, velutique planetas  
Non aliis alios multo discerno minores.

Pleias ex alia non est minus una remota,  
Quam, veluti dictum est, alium sol linqere solem  
Natura cogente habeat. Paria esse videntur  
Astra tamen nobis, modico comprehensa in orbe,  
Nam sunt comparibus radiis hinc illa remota.  
Hoc quisquis sensu perpenderit omne profundo,  
Dicere nos nihil a sensu ac ratione alienum  
Comperiet. Synodum mundorum deinde putandum

(1) Qui il testo ha un punto.

(2) Il testo ha: *nos*; e non s' intende.

(3) Il testo ha: *credendus*.

Heic, ubicunque suis rapidi tentoria soles  
Fixerunt radiis, (1) hortos vitae atque salutis,  
Luminis inspergunt grato roramine et undis,  
Motum dant vegetum, et species genitare valere.

Notavimus quoque in antecedentibus, ut compertum sit contra illam unius stelliferi imaginationem, hoc etiam quod stellae fixae ab invicem elongatiores, et invicem fiant propinquiores: et hoc ad instar huius nostri solis, cum quo conveniunt secundum speciem; habetur quippe ipse in numero stellarum fixarum, quia non adeo sensibilem motum eminus aspicientibus offert, sicut neque illae; nec est quod (2) natura obsequatur stultorum opinioni, qui omnem astrorum motum volunt esse circa tellurem, vel intra nobis conceptos polos. Stantibus enim terminis, quibus ostensum est universum infinitum, et sol medius inter suos planetas seu cometas, inter quos minore circulo deferatur; constabit reliquos soles (nempe fixas omnes per se lucentes stellas, et ignes caelestes) (3) huiusmodi circulos efficere secundum eandem speciem, sicut eiusdem speciei sunt corpora: et circa ipsos secundum proprii motus speciem discurrere planetas, quos dictis de caussis non est quod videre debeamus; nec non necessitate naturae affirmare: similibus enim stantibus iisdemque principiis atque caussis, similes quoque necessum est esse effectus, et eosdem, perpetue, et ubique.

(1) Questo periodo non è perfetto a cagione del primo inciso ch'è contorto. Io ho corretto la punteggiatura del rimanente, per renderlo più chiaro. Il testo lo scrive così.

Heic ubicunque suis rapidi tentoria soles  
Fixerunt radiis, hortos vitae, atque salutis  
Luminis inspergunt grato roramine, et undis  
Motum dant vegetum et species genitare valere.

(2) Il testo ha il *quod* ripetuto due volte.

(3) Questa chiusura di parentesi manca.

CAPUT V.

Cur soles non eclipsetur, et quod intermediente maiore opaco non sequatur eclipatio.

Non te perturbet tantis telluribus, atque  
Tam multis circum vastum per inane repertis,  
Quae cuiusque sient medii iuxta atria solis,  
Quod non deficient soles, non corpora opacent  
Illorum, ut nostri Tellus et Luna, magisque  
Cum tantum bina haec habeantur sole sub isto,  
Subque illis opus innumera est reperirier; id cum  
Suppositum fuerit, se circum poscere plures  
Undantes terras solem unumquemque vagari.  
Iccirco multas oculum nostrum inter et unam-  
Quamque ex iis, quae abstant a nostris longius oris,  
Credere cogemur frequentius ire, simulque  
Non inquam turbere, licet verum exstet, ut alte  
Tellures numero soles maiore relinquunt,  
Namque id non satis est, quinimmo nec facit hilum  
Quod se interponant, numerosoque ordine currant  
Corpora telluris solari quoque sub uno,  
Cum specie constant furva tantoque minore.  
Corpus enim tenuat citius distantia opacum,  
Quod quando usque adeo est oculum intra et visile lumen  
Extremo medians positum distanter utroque,  
Ut consumpta siet spectabilis orbita utrinque:  
Tunc, veluti nihilo interiecto, lumina tenso  
Directim radio excurrunt, feruntque vicissim,  
Nec plus praepedient absumpto corpore multa,  
Quam si unum exstiterit: quia nil nihilo adiiciet nil.

Immo et si fuerint maiore mole repertae  
Tellures, nihilo poterunt magis indupedire.  
Da mihi distantem lucem, ad sex millia passûm,  
Flammae, quae maior palma non exeat, et da  
Ventrosum quamvis hominem, ad tria millia, qui sit  
Per filum medians oculum\* intra, et visile lumen :  
Nimirum tanta, paullove minore, feretur  
Lux specie, non ulla viri momenta manebunt.  
Porro ac si nihilum mediet, lux integra visum  
Pulsabit : quamvis tanti quoque mille pererrent  
Circa illud spacium, et tantum distamen id unum est,  
Quando sigillatim sunt tanti, et non coalescunt  
In tumuli ingentis speciem, montisve repandi;  
Nam, quamvis multi, circa, innumerique pererrent  
Discretim, neque continuum conflantur in unum,  
Ii nihil ad lucis faciunt medii impedimentum.

Si eveniat plures filo concurrere in uno  
Nostram intra aciem ac lumen pro tempore eodem,  
Non plus proficient; quia non plus punctum erit unum  
Abscondens, quam tota latens, puncto acta sub uno,  
\* Linea: sed tamen esse potest aliquando, ut eundem  
Concurrant plene in cumulum tam multa sub uno,  
Momentum ut reddant abscondere sufficientis :  
At quid possibile est, rarum, insolitumque, remotumque  
Ex oculis secli, quantum quod sidera septem,  
Pluraque (si liceat quosdam adiectare cometas)  
Huc tandem adcurrant, ut punctum prorsus ad unum  
Signiferi spectanda sient, aut area in una  
Unius magnae tam multa in imagine lucis,  
Cornibus impletis conformem fingere lunam

Cernantur, (1) vel quo graecum faciant omicronum,  
Vel than hebreum, vel signum chisticolarum,  
Quae fieri semel ad seclorum millia possent.

Leges, quibus sensibile est corpus lucidum ad opaci corporis differentiam (2), non agnoscit vulgus. Nos ad claritatem viae, qua possit ad multarum rerum (3) cognitionem devenire, et excutere somnium et nebulas plurium phantasmatum, quibus circumvenitur ingenium, haec quaedam considerata proponimus, quorum (4) primum est quod corpus opacum non eadem lege tenuatur si fuerit unius coloris atque alterius, ut eius sensus eminus expositi dispereat: color enim unus plus movet sensum quam alius. Secundum, (5) corpus lucidum non eodem ordine extenuat, per maiorem distantiae, diametrum sui corporis, atque opacum: facula enim ad multa milliaria visibilis est in eadem mole, unde ingentis opaci species nulla est. Tertium, corpus per se lucidum longe incomparabiliterque magis atque eminentius servatur in sua magnitudine et virtute sensibile, quam corpus illuminatum, quemadmodum super imagine lampadis in speculo diximus, et ea quae est in igniti seu flammae ipsius. Quartum, quemadmodum non omnis lux aequae est intensa, sed iuxta quosdam gradus quorum neque nomen, neque rationem, neque numerum habemus, alia fortior est ad movendum sensum, alia imbecillior (iuxta illud quod etiam sensu vulgi receptum est: STELLA DIFFERT A STELLA IN CLARITATE): (6) ita et eorum quae per se lucent, ut eorum quae per aliud, quae clariora splendidioraque sunt, longius et melius talia atque tanta videntur, qualia et quanta (etsi maiore constant corpore)

(1) Il testo ha: *cornantur*.

(2) Il testo ha: *differentiam*.

(3) Il testo ha: *terum*.


(4) Qui il testo ha un punto.

(5) Questa virgola manca.

(6) Manca la chiusura delle parentesi.

minus clara splendidaque luce non apparent. Unde non est via ad definiendum de corpore et globo maiore atque minore ex magnitudine, quae oculis praesentatur, absque eo quod constet etiam, quibus hoc corpus lucidum, vel omnino propter colorem visibile, sit gradibus, atque illud.

Quintum, si ponatur A corpus minus et luminosum, et ipsum B maius et opacum: quandoquidem hoc non plus distat, quam intervallo



AB, omnino ad oppositam partem occultabitur corpus luminum A, iuxta rationem duarum linearum AK comprehendendum (1) corpus B, sub angulo KAK. Quod si corpus opacum maius elongetur (2) a fixo minore, intervallo AC: tunc ratione, qua corporis opaci vel minus lucidi diameter ob distantiam est attenuatus, comprehensio illius erit sub angulo LAL; sic gradatim, magis elongato corpore per intervallum AD, comprehensio erit sub angulo MAM; quoadusque per intervallum AE sit in specie eiusdem quantitatis: inde in G sit minus, in H sit minimum, in I sit nullum. Ubi valde manifestum est quemadmodum quanto magis anguli comprehensio minoratur, tanto lux ipsius corporis A ad oppositae partis illuminationem plus amplificatur; et defectus seu eclipsatio, quae est a corpore opaco, plus extenuatur, ut tandem ultra certum intervallum, quantum est AH, defectus (3) lucis sit nullus. Itaque a puncto I si quis respiciat, corporis opaci B nullum omnino habebit sensum.

Illic in tanta distantia, quae est AI, corpus opacum maius nullum est, lucidum vero A erit aliquanto extenuatum ut a forma circumferentiae 11 ad formam circumferentiae 22. Attamen opacum corpus ab oculo I versus lucidum A interiectum, si propinquius ponatur versus I, ut in H, G, F, E, tunc iuxta maiorem minoremque propinquitatem magis et minus eclipsaret ipsum: quatenus corpus propinquum maiorem facit angulum in oculo ex maiore sui diametri basi. Ex altera vero parte si lucido veniat usque adeo vicinum corpus opacum maius, sive aequale, sive sufficiente sorte minus, ut cadat in angulos ipsius maioris comprehensionis, tunc iuxta horum angulorum magnitudinem (ad constitutionem umbrarum, quarum basis est in corpore opaco et culmen in infinitum, magis sese amplificando adsurgit versus I) corpus lucidum a viciniore opaco defectus patietur minus atque magis. Et adverte quod dico: (4) in angulos maioris

(1) Il testo ha: *comprehendentium*.

(2) Il testo ha: *elorgetur*.

(3) Il testo ha: *desectus*.

(4) Qui c'è una parentesi, che non ci va



comprehensionis; quia non omnis seu quantaecunque comprehensionis omnino ad lineam infinitam A B C D causant eclypsin: corpus siquidem opacum, quod est in C, ut in egyptica, (1) lunae causat defectum in orbe et oculo existente in D, ut in tellure, sed multo minorem in E, usque ad minimum in H, nullumque in I. Itaque versus aetheream regionem a centro solis producta linea per centrum lunae et telluris, in cuius lineae altero extremo quod capiatur in regione ultra synodum huius solis apparebit astrum A minoratum quidem, sed nullum ab huiusmodi interiecto patiens defectum omnino.

Posito ergo casu, quod tellus et luna sint duo astra aequalia ut D, accidet tamen nihilominus, ut horum alterum sit minus ex iudicio umbrae, seu per radiorum solarium comprehensionem. Luna enim, cum opponitur soli A, reperitur in distantia F vel G, ubi propter illud intervallum diameter eius visibilitatis est tanto extenuatior, ut tanquam corpus minus cadat in umbram telluris, quae est habens basim in tellure D. E contra vero si accidat propiorem esse soli quam tellus; iuxta rationem etiam qua minus plusque elongatur (2) a sole, maiorem minoremque umbrae suae impressionem faciet in corpore Telluris et deliqui in corpore solis. Neque propterea erit minor vel usque adeo minor quam tellus, quia non ad eos usque fines descendit ipsa sub solem intermedians, ut tantam de se eiaculetur umbram: neque etiam usque adeo ad solis ascendit propinquitatem, ut eundem effectum oppositam propter caussam sortiatur. Illic inquam maior esset eclypsis solis, tum quia ultra certos terminos esset soli proximior, tum quia ultra certos alios esset proximior telluri. Est ergo intermedium quoddam spacium, in quo quanto soli fit proximior, tanto propter recessum a nobis amplius minoratur.


Oculo enim nostro constituto in QR maior erit luna in distantia MN, quam (3) in distantia OP, minima erit in KL, nulla vero in I ad multam

(1) Il testo ha: *elyptica*. La virgola manca.

(2) Il testo ha: *alongatur*.

(3) Il testo ha: *ij*.

(haud quidem iuxta aequalem rationem ut in typo designatur) latitudinem quoadusque iuxta rationem, quam artificialiter definire non possumus (quandoquidem non paribus numeris augetur ad affectum solis atque nostrum, propius accedendo ad solem et propius ad nostrum oculum proximando) spacium illud superegre diens à sole adeo minore dispescatur intervallo, ut per diversam causam defectus in sole experiri possimus. A distantia enim quanto (vel circiter) est GH ab RQ incipiet sensibiliter solem afficere, iuxta magnitudinem diametri GH; proprior iuxta magnitudinem EF; proxima iuxta ma-



gnitudinem CD iuncta, iuxta magnitudinem exempli gratia AB, si minus est corpus, si vero aequale vel maius, omnino occultabit. Itaque ascendendo, et descendendo posset ad aequalitatem usque et ultra solare corpus eclyp sare. Ubi non est etiam praeterendum considerare quemadmodum luna ad oculum nostrum propinquius accedens, etiam minima respectu solis et telluris eclyp sare. Magis alium quippe effectum facit magnitudo interiecta vicinior oculo unde unius ciceris corpus totum reddit invisibile hemisphaerium et iuxta totam suam magnitudinem inumbrat corpus, cui inhaeret, qui nullam, aliquanto remotior factus, imprimit umbram. Haec usque adeo sunt in promptu et coram oculos nostros (1) exposita, ut nihil evidentius esse possit; sic item parum considerata, ut plane a nobis proposita omnino novissima et paradoxa existimentur; ea tamen sunt, quibus facillime et certissime ad vanitatem vulgaris philosophiae detegendam singularissime faciant; et ab inani studio atque laborioso (quo lanterna (2) per solem miseri perditum quaeritant (3) cerebellum) eximere et continere possint eos qui veritatis fuerint facilius studiosi. Sed ad propositum. Quamvis ergo esset corpus solari corpore maius vel illi aequale, ad latitudinem tamen intermedantis distantiae potest usque adeo esse propter suae opacitatis conditionem minorata eius diametrus, ut corporis minoris referat conditiones tum solari tum terrestri mole. Corpus quippe opacum multo minus quam sit lumen (eminus ab utroque) interiectum inter oculum et flammam ardentem ad rectam lineam ut in puncto I, aequae atque si nihil intericiatur non apparebit, ut si ad duo millia passuum recta linea transeat per caput unius bovis in facie flammam ne minimo quidem in puncto bovis caput multo maius interiectum defectionem faciet a medio. Ultra vero certam distantiam versus lucem adpropians plusque usque ad totius obscuracionis effectum promovebit. Ex quo non sequitur cor-

(1) Correggeret: *oculis nostris*.

(2) Il testo ha: *laterna*.

(3) Il testo ha: *queritant*.

pus opacum fieri magis visibile vel maioris diametri ad visum: sed quod lux magis a corpore opaco afficiatur (1). Itaque non videt oculus umbram sub specie et natura corporis opaci quae diu ante adnullata est: sed sub ratione illius effectus a corpore opaco qui est maior, vel tandem maximus in sole ne ad oppositas partes sui transmittat speciem.

Ex iis inferri potest ut etiam vicinius corpus velocius moveri (caeteris paribus) videatur, remotius vero tardius, remotissimum vero tardissime, immo etiam stare, apparebit. Hinc ex rationibus morae via est ad iudicandum de maioritate et minoritate distantiae et magnitudinis sensibilis aliquo pacto: et mathematici bene quidem accedunt ad exactum iudicium lucis et tenebrarum et morae in eclipsibus. De vera autem realique corporum quantitate loquentes numquam non delirant; neque enim absque a nobis explicatis principiis quicquam est quod sapienter possit definiri. Haec tamen definitio ab eisdem in mathematicis terminis consistentibus non ita requiritur quemadmodum ubi ad physice aliquid inferendum procedunt. Porro de reali corporum istorum magnitudine absoluta a naturali petenda est doctrina: de ea vero quae ad eclipsium propositum apparet a mathematico.

## CAPUT VI.

De analogia et vicissitudinibus quibus Luna et Tellus certa quadam lege se habent inter se ad Solem. Quodque defuita est distantia maxima et minima inter Solem et suas Tellures. Non esse rationem iudicandi de magnitudine astrorum.

Inde autem obtenebrat Tellurem Luna vicissim,  
Ac Lunam Tellus, quia sunt statione propinqua  
Usque adeo, ne sit species tenuata rotunda  
Umbrae tereti, qua se producere cono

(1) Il testo ha: *afficiati*.

Cogitur a lucis maiori corpore, vel fors  
Aequali, vel fors, aliqua ratione, (1) minore,  
Quae tandem adsciscat maioris conditiones  
Atque superlatim magni; quia grandius ipsum  
Fit minus, ac minimum, ac nihilum, plus plusque recedens.  
At species lucis nihil, aut modicum tenuata est.  
Ergo ad respectum lucis distantia tenuat  
Corporis obscuri molem, velut adque oculorum.  
Quare etiam ut fiat quod dicitur, est opus ut sint  
Certis discretim numeris disposta, nec ullam  
Sol Terram usque adeo patifur sibi stare propinquam,  
Ut rapido in cineres cremando calore resolvat.  
Et corpus quanto minus est quam terra, minus quit  
Ferre aestum, veloxque magis fit, (2) et absque quiete:  
Ut quoties Luna est quandoque propinquior illi  
Quam Tellus, toties quam Tellus fit magis abstaans.  
Hinc sequitur nusquam soli cuiumque propinquum  
Usque adeo obscurum pote corpus adesse, ut et eius  
Sic lucem excipiat, ne se ultra angustius arctans  
Umbra caput figens Telluri et ad extima caulam  
Proiciat, teretem sensim tenuando figuram,  
Sed tenui adfixa Terrae radice resurgat  
Excrescens, populetque modo sensim aethera nullo.

Lucis praeterea leges ad corpus opacum  
Nusquam perspectas capiunt commenta sophistae. (3)  
Nam exiguum corpus lucens virtute recessus  
Huc veniet tandem, ut, absumpto corpore opaco,

(1) Questa virgola e la precedente mancata.

(2) Il testo ha: , *sit*.

(3) Il punto manca

Oppositam radios in partem mittat, ut et nil  
Esse intermedium quisquam putet inter utrumque;  
Cum tamen intra oculum et lucem filo exstet in uno  
Si recte medians ingenti corpus opacum  
Mole sit in nihilum prospectu ab utroque redactum.  
Lunaque si quantum est corpus fulgeret, ut alti  
Orbita solis: ut hinc nocturna luce tenebras,  
Absque ullo dubio, medio dispellit ab orbe,  
Ipsaque tantundem quantum valet orbita solis  
Servaret tanto molem intemerata recessu,  
Et plus quam medium terrae comprehenderet orbem,  
Ac demum totum, veluti monstravimus ante.  
Orbita fingatur tibi solis corpus opacum,  
Nimirum multo minor illinc corpore lunae  
Spectandus foret, ut multo distantior illa est;  
Et terrae multa Phoebea luce nitentis.  
Proptereaque magis servatum, ut mole sua stet.  
Opposita e regione quibus se intericit illud  
Phoebeum corpus cum sit tenuatius, haud plus  
Umbrabit tanta corpus terrae e regione,  
Quam Solem Tellus interdum Lunaque inumbrat. (1)

Ex iis consequitur quod quae de solis habemus  
Mensura, astrorumque aliorum, haud firmiter esse  
Producta. Hinc licet assertum vere atque repertum  
Confirmem nulla massam Tellure minorem.  
Praetereaque licet species vicina, Planetae (2)  
Consimili apparent mensura atque astra superna,

(1) Questo periodo, e i due precedenti nel testo mancano di punteggiatura.

(2) Questa virgola e la precedente mancano: *species vicina* dev' essere caso apposto a *Planetae*, altrimenti mal vi si accorderebbe *apparent*.

Non tamen hinc sapiens rationem colligit horum  
Corporis ad quae sunt tam scintillantia longe :  
Namque etiam si sint valde istis illa minora,  
Aequam servabunt speciem tamen ac superautem.  
Flamma etenim verax directim ad lumina claros  
Emittens radios proprium servare tenorem  
Continuat, proprii quoque conservans diametri  
Momentum : speculari autem radiisque reflexis  
Adsimulans corpus flammam mire ocuis orbis  
Vanescens tenuat speciem, lucisque colorem  
Hebetat. Hinc non sunt naturae differitate  
Oppositi Martis duo Saturnique colores,  
Atque alii (1) varie intensi, varieque remissi,  
Felici magis atque minus quia sorte propinqui  
Oceano obversi lucis trita aethera sulcant.  
Signum: namque alibi Mavors ferventior exit,  
Mitiior est alibi; (2) interdum quoque Juppiter, atque  
Dia Venus candent; at vero suavius, ut fert  
In specie natura loci. Quid densior est pars  
Coeli stella tibi, ut transmittat lumina? Numquid  
Spissantur magis atque minus? Cur haec aliena  
Splendent luce, sua (3) gaudent ea lumina semper?  
Si ratio lucis propria a densamine lata est?

Distantiam inter solem et lunam et quaecumque Tellurem oportet esse tantam, quanta vehementiorem caloris vim possit illam sustinere: est quippe ingens solis sphaera, quae ignis potentissima effi-

(1) Il testo ha: *aliis*.

(2) Questo punto e virgola manca nel testo.

(3) Il testo ha: *sua*. O forse ritenendo *sua*, come ha il testo, bisogna poi leggere *lumine* invece di *lumina*.

caecia haec omnia corpora dissolveret, nisi se motu et gyratione tue-  
rentur, ut motibus pluribus velociusque agantur proximiora. Inter  
haec vero et solem si quae deveniant, quae nequeant tanta se rapi-  
ditate convertere, vel ita parva mole consistant, ut nimis cito de-  
beant eandem corporis partem eisdem exponere radiis, statim cre-  
mata a violento in suas atomos peritura dissolverentur igne. Longius  
ergo distare haec astra a sole necesse est, quam ut eclypsim ad uni-  
versum aethereum subiectum campum pati possit ille. Si tamen  
tanta, respectu illius, corpora sunt, ut plus valeant decolorare in so-  
le, quam aves circum eam volitantes in distantioris turris facie,  
vel cymbae possint circa eminus expositam navim numerari.

## CAPUT VII.

Alium esse mundi ordinem omnino quam vulgi ponat imaginatio; ex triplici mundi  
significatione, una pro astro, alia pro astrorum synodo, tertia pro universo.

Nec mentem sanam phantasticus ille reposit  
Sphaerarum ordo astris (1) revelentum corpora multis,  
Ceu alibi mostrasse satis reor, eque relatis  
Ingeniosa potest mentis deducere virtus.  
Ad Solem medium non est mage proxima Luna,  
Quam Tellus, cyclum capias geminunve, vel astrum.  
Mercurius tantum opposita de parte recelit,  
Atque Venus, similique modo circa atria solis,  
Temporeque, efficiunt annum, parili, atque vicissim.  
Ut Luna, et Terra hinc illinc collata videntur.  
Hinc est quod nunquam splendorem solis opacant,  
Non oculos inter nostros ipsumque videntur,  
Nec veniunt unquam, siquidem foret inde necessum,

(1) Il testo ha: *astra*



Ut cum Tellure ac Luna collisa ruinam  
Inferrent, caperentque: vel excusatio docta  
Si arcus illorum gyri cupit esse recurvos,  
Atque refraenatos, inter solem hosque, (1) recessus,  
Nimirum corpus mundi tantique Planetæ,  
Tam prope nos (ubicunque siet sub tegmine solis)  
Non debet specie multum quam luna minore  
Apparere, umbræ ac lucis discrimina dorso  
Designare suo, ceu Tellus Lunaque monstrant.  
Porro tam multum distant duo sydera, ut omnis  
Partis adumbratæ species decesserit, atque  
Lux perseverans sensim amplo ex orbe repressa  
Splendentis gyri modicum conceperit orbem  
Fulgentem ex toto. Quapropter collige certo  
Ut solem saltem medium distantia linquat  
Illorum a nobis; quæ cum sibi tam prope semper  
Constant, ut Luna ac Tellus, velutique cathena  
Consimili contenta sient, capiantque recessus  
Ad lævam ac dextram pariter, sursum atque deorsum:  
Quis dubitat simili vita, vicibusque meare  
Cardine de opposto, eiusdem veluti diametri,  
Sic medium circa solem, ne occurrere possint  
Telluri ac Lunæ et sortes vitæ indupedire? (2)

Pluries aperuimus ut mundus non ordinetur neque ordinari possit  
secundum naturam vel secundum rationem (neque ex merito et condi-  
tione principiorum; neque ex merito et conditione eorum quæ

(1) Il testo ha tutto intero questo verso così: *Utque refrenatos, inter solem hosque recessus.*

(2) L'interrogativo manca.

sunt ex principiis) eo pacto quo vulgus philosophorum cum Aristotele ponit.

### CAPUT VIII.

*Motus annuus omnium planetarum circa solem aequalis est vel prope aequalem.*

Nec fortasse magis multo abstant a mediantē  
Iuppiter, ac Mavors, qui, dicta pro ratione,  
Ne occurrant cuiquam ex astris quae diximus, orbem  
Obliquum luic nostro peragunt et tempora servant  
Continue parili circum properantia passu,  
Ne coeant unquam in nodis, ubi proxima fiant  
Ultra praescriptam metam, tardeque reportant  
Telluri reditus speciem ad primordia gyri,  
Signiferi siquidem obliquo calle feruntur  
Et sic imparibus numeris, ne tam cito rursus  
Consimilem capiant ad sidera disposituram.  
Non tamen iccirco solis momenta revisunt  
Tam sero illa eadem, quibus anni distribuuntur,  
Sed prope, vel tanto, quanto nos tempore, et orbis  
Lunae, Mercurii, et Veneris: sed particulares  
Excursus, velut ad Terram lunaris abunde.  
Confundunt normae faciem circa atria solis  
Illorum quae obliqua meant ad lumina nostra.  
Dissimili Saturnus agit gyramina lege,  
Si vera sunt isthaec oculis bene pervia nostris,  
Peraque sunt circa haec oculis quandoque reposita.  
Plurima perpetuo credenda latentia cursu  
Quae non ad speculi veniunt rata munia nostri.  
Innumeri sursus soles, qui fixa putantur

Astra, quibus circum errantum, ceu diximus, esse  
Multa sigillatim ratio ac natura fateri  
Cogunt. Iudicium moles citimi atque remoti  
Unica constituit sensu multoque refirmat,  
Sic spacium immensum sole et tellure refulget.

Conueniens est, omnium planetarum motum circa solem annum esse vel aequalem, ut Lunae, Telluris, Mercurii, Veneris, qui sunt in eodem circulo, vel quasi aequalem si sunt circuli, ut esse possunt, obliqui (1) ab hoc circulo; sicut certe trium superiorum, quos dicunt, Martis, Iovis, et Saturni, qui propius vel longius accedunt ad horum conditionem, qua nobis etiam sunt visibiles, oportet ut non usque adeo distent a Sole; et consimilia eum sint corpora, non usque adeo dissimili egent contemperamento, ut annus illorum tam mire maior sit anno istorum circa Solem. Iam geometrae si (habita ratione qua planetae non sint mutuum impediētes et implicantes in motu circa Solem (ad uniuscuiusque vitam) peragendo) (2) ordinent circulos se intersecantes iuxta rationem, qua obliquantur declinationes illorum trium, quin etiam illorum (quos comatos videmus) qui secundum partem temporis et loci possunt lucem a sole conceptam speculariter ad nostrum reflectere mundum, intelligantque Tellurem sic pergere eum circumstantibus circa Solem: tunc eum conditionibus huius motus iungant conditiones illius motus, videbunt non ita se habere circa Solem tardos in annum motum sicut tam sero ad eundem circa Tellurem aspectum recurrunt, quo annuus eorundem motus computetur.

(1) Il testo ha: *obliq.*

(2) Il testo ha: *peragendum*

CAPUT IX.

De ordine elementorum in compositis, et de ordine compositorum in universo.

Ut omnia in omnibus.

Sol vero et Tellus sunt prima animantia, primae  
Sunt rerum species, primis conflata (1) elementis,  
In seque archetypum cunctorum compositorum  
Comprendunt, coeunt ubi sic humentia siccis  
Partibus, inque suis interiecto aere primas  
Concipiunt (2) magnas, quo sunt mage vasta, cavernas.  
Quod latet in parvo, licet in magno ergo videre,  
In totoque patet quod pars occultat ubique.  
Persentire etenim licet omnia in omnibus esse  
Ut captu quaecumque suo quidcumque putentur.  
Nam praesto est natura, velut facit omnia, ubique  
Omnibus, (3) et certe de internis materiei  
Explicat omne: sed hoc physices speculatio nobis  
Expediet. Tantum nunc id meminisse iuvato  
Ut mundi, et species, quae in mundis comperiuntur,  
Plantarum, lapidum, completorumque animantum,  
Atque horum partes iislem constant elementis; (4)  
Imo etiam membris, quae certa proportio clarat. (5)  
Quapropter plantae et lapides et machina tota  
Telluris, venis, nervis, carne, ossibus, atque

(1) Il testo ha: *conflatae*.

(2) Qui il testo ha una virgola, che non ci va.

(3) Questa virgola manca.

(4) Qui il testo ha un punto.

(5) Qui il testo ha una virgola.

Iniecto gaudent medio spiramine, ut et nos.  
Nec non Tellurem, et lapides radicibus, atque  
Stipite, dispansis ramis, et frondibus ornant (1)  
Ut genus arboreum partes. Dein flumina, montes,  
Valles, et lapides, et sylvae, et flamina venti, et  
Fulgura, concretae et nubes, pluviaeque, nivesque  
Et quocumque patent maiori in corpore mundi.  
Haec itidem in se ipsis capiunt animantia quaeque  
Expresse, et plantae, et lapides: licet omne lateenter  
Haec ubi se species confusa in imagine miscent,  
Nec tam se facile explicitant ex omnibus ipsam  
Expressam in speciem, ut pulvis fit rana repente  
Excoctus sole, ut primum gutta insidet illi:  
In vermes tota aut muscas substantia abibit  
Stercoris, in vespas corpus vertetur equinum,  
Provida apis totoque bovis de corpore surgit.  
De occultis formica venit, mus, tinea, serpens.  
Non minus omne vehit totum per singula: namque  
Non eadem rerum facies, latet amplius uno in  
Subiecto quantum in reliquo magis explicitatur.  
Nec foecunda minus lapidis, pulvis, cinerisque  
Natura, ut subiectum plus informe, videtur. (2)  
Nam magis propterea species vertuntur in omnes,  
Quo definitae speciei conditione  
Sunt affecta minus, tritici nam informe subactum (3)  
De pulvis (4) forma triticum vehit usque opulenter,

(1) Il testo ha: *ornat*.

(2) Il testo ha: *videntur*. La virgola precedente manca.

(3) Stimo che debba leggersi, invece di *subactum*, *subiectum*.

(4) Qui *pulvis* è genitivo.

Semine deque uno quia surgunt semina multa  
Cum cumulis, calamis, spicis, caecis et aristis.  
Cumque istis multa quae fit sine nomine parte.  
Haud homo fit de hominis concreto corpore, sed de hoc  
Quod de se emittit, quando se corpore toto  
Concepit in corpus peregrinum fundere; tunc fit  
Semen ut hoc sit homo ex homine pro posse revulsum,  
Quod propriam explicitet formam, si fata favebunt.  
Ardor consimilis cunctis quo se ipsa propagent  
Congeneam in formam; licet istud posse videre  
Largitum est paucis defectu luminis, ut sunt  
Per magis atque minus certa in ratione locata,  
Singula propterea numeris collata decenter  
Sunt genera, atque horum monas est substantia, ut unum  
Omnia sint vere, at per singula multa videntur,  
Dixit Anaxagoras triquetrae senior regionis  
Abstractoque magis sensu, et ratione profunda  
Dixit Anaximenes, divinus Parmenidesque:  
Porro hic discipulus physice tractando deinceps  
Traustulit in diadem dicens contraria lucem  
Ac tenebras; frigus concretum hinc, inde calorem:  
Hinc terram, inde ignem. Quia Tellus Solque ministrant  
Omnia, et in similem formam quaecunque genuntur.  
Quare iudicium mundi de corpore, ab hisce  
Quae constant oculis nostris comprehensa, capesse,  
Et similem referant expresse composituram.

Alias de hoc ordine rerum repetimus ut Mercurius et Venus non  
sic ordinentur, ut possint fieri nobis sole propinquiores ullo pacto,  
neque est astrum ullum conspicuum (de occultis nil definio, quia  
aliquid observatum referam ubi de cometis rursus quaedam subii-

cientur) praeter lunam quod vicinius nobis sole fit: quod si esset in tantam vel prope tantam conveniret apparere magnitudinem, quae Solis ita corpus eclipset, sicut Luna, cum mundorum molem natura illis conseripserit; et rationibus dictis non potest astrum multo esse soli propinquius, quam Luna. Multa, immo innumerabilia inconvenientia, et totius lucis naturalis impedimentum inducit ignorantia motus Telluris, et naturae eius: quae cum multis se prodat signis, naturam subinde suis verbis et phantasiis obligant et mille circumferentiarum (1) et orbium generibus implicant, magis attendentes ut suam verbis et fictionibus exensent ignorantiam semel imbibitam, quam ut ad naturae legem se corrigant et sapiant. De ordino elementorum et partium in astris nolumus amplius repetere.

## CAPUT X.

Iterum inculcatur differentia inter (2) vulgi sensum et nostrum circa seriem naturalium.

Nunc spectare licet quam crasso insania sensu  
Demaneat vulgi, dum anpullas proicit istas.  
Orbes astriferi, nitidi sublimia coeli  
Immunis senii, et vultu inamutabilis, uno  
Perpetuum servat solida et sincera tenore.  
At quidquid gremio lunae complectitur orbis  
Permutat variatque vices, trepidoque tumultu  
Aestuat, et nunquam sentit pars ulla quietem.  
Quattuor includit quia pars haec infina mundi,  
Quae in sese ruitant civili vulnere semper,  
Ut cadat et perimat pars quaeque, iterumque renascens  
Rursus ut intereat, crescat. Jacet infima Tellus:

(1) Il testo ha: *circumferentiarum*.

(2) Il testo ha: *iuter*.

Hanc undae cingunt, quique undis altior aer  
Incubat, et volucer campos super aeris ignis.  
Ingenium duplex studia in contraria tendit,  
Natura atque deus stupidi per dogmata vulgi:  
Nam iubet in medium terram glomerarier orbem  
Natura (1), et circum amplexu se mobilis humor  
Fundat, pulvereamque coerceat undique molem,  
Et supra humorem sese explicet altior aer,  
Qui sursum impellatque leves onerosior ignes.  
Contiguus inter se haerere haec finibus, illa  
Praecipit ut totis complexibus interiorem  
Ambiat, et toto circum se corpore fundat  
Exterior. Sed qui rerum moderatur habenas,  
Prospiciens hominum generi, patefecit apertam  
In coelum terrae faciem, quoque fontibus undas  
Compressit certis, voluit se adtollere montes,  
Vallesque immergi, massam ingentemque cavernis  
Miscere, et ingentes humori aperire lacunas.  
Atque ita praescriptos elementa coercita fines  
Concipiunt. (2) Caeleste genus, terraeque colunum  
Suspectat coelum, (3) vitae dum vescitur aura.  
Tantae molis erat numen mortale creare.

Si multarum nugarum iuvat relationibus et discursibus oblectari,  
vade ad ea quae in Somnio Scipionis, et Platonica illa mysteria atque  
Peripatetica, valde convenienter illi Somnio, applicuit Macrobius.

(1) Il testo ha: *orbem, natura et.*

(2) Il testo ha: *concupunt.*

(3) Questa virgola manca.



CAPUT XI.

Sententia propria circa proxime propositum.

Atqui ego qui didici naturam extollere numen,  
Hancque Deum in rebus credendam et nominandam,  
Hos quoque iudicio possum comprehendere certo  
Quam nimium multa brutescant cum ratione.  
Nam cur natura possunt hoc esse putare  
Quod non aeternum est, quod non est tempore multo,  
Non praesens, non praeteritum est, non est pote deinceps,  
Quandoquidem haud tales patitur natura recessus.  
Et si sint purum in corpus resoluta elementa  
(Quod tantum praestat logicorum, et techna mathesis)  
Quandoquidem vacuo venientia in aethere posta  
Unde habeant sese ad medium conferre recessum;  
Ex iis terra levis magnum per inane volabit,  
Vanidus est etenim pulvis, sparsusque, priusquam  
Officio lymphae partes cum partibus una  
Concurrant, aerae rapiuntur flamine, per se  
Quo deportentur dubiae, sed ob aeris actum  
Huc illucve meant atomi; nam corpus, (1) arenae  
Concretum quiddam est, unda cogente, lapillus.  
Namque in eo digitis quod tritum, acieque receptum est  
Luminis, et partes certe cum partibus haerent,  
Lymphae interiecto nempe adglutinamine constant.  
Multo etiam est pulvis concretus corpore lymphae,  
Cui non sit species oculis impervia nostris,

(1) Questa virgola manca.

Siccus quantumvis forma exteriori putetur:  
Subiectas tamen ille sibi superadnatat undas,  
Nec prius obductis fundo submergitur illis,  
Quam siet imbibito humore suffusus, ut ipsam,  
Quod gravius demum videas descendere, non sit  
Pulvis, sed latum lymphæ dominante gravescens  
Compositum: qualis, quæ ponderat, omnis arena est, (1)  
Quidquid et effigies condensæ effingit arenae.  
Ponderat ergo nihil, quod non concreverit in unum  
Partibus innumeris merito cœuntibus undæ,  
Quippe atomos vincire suum est, vinctasque tenere,  
Ne incerto appulsu volitent per inania regna.  
Quinetiam quidquid multa est gravitate (2) celebre,  
Quo in genere apprimè concessum est esse metalla,  
Communi sensu substantia dicitur undæ:  
Quique iis affini lapides gravitate propinquant,  
Plus referunt solide concreto corpore lymphas,  
Non quæ plus referunt terræ graviora putantur,  
Nec sunt: nempe ipso non est magis aere talis  
Corporis iniecto vacuas complente cavernas  
Quo se sustineant etiam composita superne,  
Quando erit inclusus, non hac trudente repulsus.  
Undæ est propterea medium retinere, basimque  
Credi telluris, partesque ipsius in unum  
Adglomerare globum, in tali servareque forma.  
Exerti firmo non starent robore montes,  
Non innum ingenti appeterent sulcamine valles,  
Non varia interius foret acta spelunca, et hiatus.

(1) Questa virgola e le due precedenti mancano.

(2) Il testo ha: *avita*.

Non quae tartarea eripiunt se flumina ab alvo,  
Tartareamque eadem rursum conduntur in alvum, (1)  
Se claro efferrent in apertum gurgite coelum,  
Suspensasque vias reperirent, ni sibi longo  
Starent proiectu tecti obliquante canales,  
Atqui pulvereum in cumulum foret omnis adacta:  
Informi, ac simili prorsus foret undique vultu,  
Serpere ne possent ramosoque ordine venae  
Integre, ad minima usque, (2) ingens perfundere corpus,  
Ut velut arteriis siet, ossibus, atque medullis,  
Fibrisque, et nervis compactum, et viscera cuncta  
Spiritus aereus partim, partim igneus aptis  
Digerat ordinibus, foveatque, et temperet, alto  
Naturae ingenio numeris dictante (3), proinde ut  
Effectus vitae elueret, magisque animantis  
Iret in aspectum mundi genus atque figura,  
Vitalique daret gremio genitalia rerum  
Ordia. Quapropter species enixa stupendas  
Undique perpetuo, ac refovens, in quamque recurrit  
Vita omnis servanda aliis speciebus, et ortus  
Integre ad alios, actu reditura parentis. (4)

Nos iterum naturale illud tantum cognoscimus, et cum illa serie arbitramur, quod semper fuit, et est, et non potest aliter esse, (5) quod experimur et oculis manibusque contrectamus. Sic aquae est concreta corpora reddere, ignem pascere, et fovere; ignis subinde est

(1) Qui il testo ha un punto.

(2) Questa virgola e la precedente mancano.

(3) Qui il testo ha un punto, seguito dalla maiuscola.

(4) Tutta la punteggiatura di questo periodo manca.

(5) Qui il testo ha un punto, seguito dalla maiuscola.

lucere et calefacere uno modo; aquae est lucere et calefacere alio modo; qualem si ita in caelis aspiciamus, ut et a caelo haec despiceremus, quare ergo ad essentias illas quintas et mirabilia illa portenta?

## CAPUT XII.

Non omnia quae vivunt eandem habere membrorum speciem, sed idem omnino genus: tellurem vivere, parteis item eius, et omnia in ipsa, (1) manifestum a minore ad maius sumpto argumento ex lapidibus.

Est animal sanctum, sacrum, et venerabile, mundus:  
Quoque animante animans est quidquid vivit in ipso:  
Effinctum membris melioribus atque beatum,  
Nobiliore animo, fortuna, ac fine profecto:  
Ne temere ad numerum sapientia prisca deorum  
Tellurem referat, retinentemque atria coeli  
Lucinam, Cererem, et Rheam, nihilominus astrum  
Astra inter fratris radius quod lumine Phoebi est.  
Ergo non aliter partes elementaque constant  
Naturae in gremioque valent proprie esse locata,  
Quam veluti dictum est capiatur in omnibus omne.  
Sique habeat medium, mediique capessere vires  
Unum de quatuor, primum siet unda necesse est,  
Quae firmet teneatque simul coniuncta atomorum  
Corpora, quae solido nexu, muroque cavernas  
Concludat, teneatque intra seramina clausum  
Aera, compedibusque iisdem retinere fugacem  
Ignis naturam possit, refoverequae avarum:  
Si tamen est ignis pote quicquam, ubi nullus aquae  
Perstat aeps, pulvum in tenuem dispersa volarent

(1) Qui il testo ha un punto.

Corpora prima igitur nisi virtus sisteret undae.  
Haec igitur basis est, radix, fundamen, et archi-  
tecti omnis paries, solidum circum undique, et intus  
Concretum robur, substantia totaque rerum  
Credita: nonne arenis subit illa profundum  
Cum supereffusa in pulvum cadit, an potis ipsum  
Extremum retinere, mari superadiiciendo  
Ut terrae substet solide impenetrabile tergum? (1)  
Concretam ebibita est opus hanc dare semper ab unda,  
Dunque illi exsuccum, atque ideo rarum, exque gregatum  
Subiicies corpus, si contingatur ab unda,  
Illud idem est opus ut penetrantem sorbeat usque  
Ad fundum. Fundum ergo tenet vis maior aquarum  
Haec ubi constituas corpus penetrabile massae.  
Effuge adhuc medium (2): finge impenetrabile corpus  
In medio, hoc minime posses quoque fingere simplex,  
Ni vel concretam extremo pro frigore lympham,  
Aut lympham corpus solidatum glutine solo,  
Cuius duntaxat minima est elementa soluta  
Nectere compactum corpus tripotenter in unum.  
Spiritus ergo magis sapiens terram super aquam  
Collocat, ut sensus Thaletis, dogmata sacra,  
Omnis item ratio, mens, experientia firmant.  
Haud opus est fidem stulto phantasmate inire  
Commento plusquam in puerili voce refecto.  
Ut quodcumque loces medium, siet inde necessum  
Quo circumfuso teneatur corpore corpus,  
Orbisque exterior pure ambiat interiorem

(1) Il testo ha un semplice punto.

(2) Il testo ha: *medium*

Natura cogente genus rerumque negante,  
Semperque hanc retinente viam, metamque volente  
Quam nixu aeterno frustrata, haud adsequitur,  
Sollicitusque Deus contra per singula partes  
Torqueat, illa cupit medios sicca ossa tenere  
Artus quem tangat (1) nervi pellisque parique  
Quidquid compactum molimine cernitur inde;  
Succedant fibrae carnis speciesque sequantur,  
Humores crassi, et viscoso glutine tenti.  
Hinc sanguis toto complexu apprehendat, et istum  
Spiritus involvat tenui revolumine totum.  
Sed Deus in medium vitalis flaminis auras  
Contraxit, totumque alia contexuit arte,  
Legibus atque aliis, quam sunt primum illa creata  
Concurrant, servetque suis violentia totum  
Legibus, et pugnent non solum corpora semper,  
Sed Deus et natura parens gemini efficientes.  
Nomine naturam sic ficto apprehendere, vinque  
Illius vocitare Deum, et comprehendere bellum  
Uno in principio rerum efficiente profanum.  
Nomine naturae insignitumque ordinis illud  
Carpere quod vix constanter sibi somnia fingunt.  
Namque etiam si dissidium contraria quando  
Concipiant, qui fit quo se amplectantur in orbem,  
Et non diffugiant, centroque et corpore toto  
In proprium centrum conlectis viribus, donec  
Sint proprii melius iuris, constantque potenter,  
Et melius semet servent, obstantia pellant. (2)

(1) Correggerci: *quos tangant*.

(2) Ci starebbe meglio l'interrogativo.

Sic et ab oppositis contraria quaeque videmus  
Diffugere et sic se costringere conque globare,  
Proximiora sibi ut fiant, inimicaque linquant  
Longius, et minus exponant sese amplificentque  
Hostili ferienda manu, pro disque supatus (1)  
Amplius invicto avertendo robore, siccos  
Lubricat et nitidis depingit gramina gemmis,  
Guttaque sic pendens modico se argentea circo  
Sustinet (2), atque orbes invito marte repandens  
Decidit, atque itidem per singula fragmina servans  
Indicium curae eiusdem: sic ignis et unda  
Subiectos formant mundos, quia nempe globosa  
In propriumque sinum passim passimque recurva,  
Quo adversa effugiat, capiatque faventia spicula (3)  
Lunaque se ad solem vultu convertit eodem.

Tellurem et quodecumque astrorum compositum sit, etherogenicis partibus esse animal ostendit ipse motus, vita, et vegetatio omnis, quam a spiritu, vita, motuque illius trahimus. Ostendunt item partes ita in ipso corpore compositae, quemadmodum cernimus in cuiuslibet animalis corpore venas, arterias, nervos, fibras, ossa: stultum quippe est haec sola putare animalia, quae carnem eiusdem habent speciei atque nos habemus, et sanguinem, est quippe suus sanguis in plantis ipse humor, ossa, ipsa substantia durior, nervi fila illa quae tenduntur; venae occulti illi meatus per quos succus, puta sanguis, per compositum totum profunditur; alia item species est in muscis, araneis, vermibus, in quibus omnibus haec omnia quae nostrum corpus constituunt, proportionali conspirant conditione. Itaque in Tellure non

(1) Nel testo è: *prodisque*. Il *dissipatus* rimane tuttavia in aria, come spesso accade in questi ultimi libri, a cui manca la linea, e la correzione definitiva dell' autore.

(2) Il testo ha: *sustinet*.

(3) Qui il testo ha un punto.

est necessum ut sanguis siet concolor nostro, vel deterioris coloris, ossa sint eiusdem speciei vel deterioris, venae eiusdem vel deterioris qualitatis, et quorum omnium ordiæm ita explicatum habere debeamus sicut et horum pusillorum animalium. Tanti ergo numinis praesentia melioribus et augustioribus oculis obiectatur. Tantum nomen per se movetur, longe melius et liberius quam nos moveamur, ut in superioribus ostendimus. Non est Deus vel intelligentia exterior circumrotans et circumducens; dignius enim illi debet esse internum principium motus, quod est natura propria, species propria, anima propria, quam habeant tot quot in illius gremio et corpore vivunt hoc generali spiritu, corpore, anima, natura, animantia, plantae, lapides, quae universa, ut diximus, proportionaliter eum astro eisdem composita membris, eodem compacta ordine, et eadem composita complexionum symmetria, secundum genus, quantumlibet secundum specierum numeros singula distinguuntur.

Quis non diceret lapides Telluris partes? lapillos Telluris particulas? in iis tamen vitam, et sensum et mentis quaedam semina experimur. Non fuit tam rudis pastor ille ovium, Iudaeorum patriarcha Iacob, qui cum schalam illam vidisset in somniis, erexit lapidem, unxit lapidem, et locum illum appellavit sanctum. Non est (crede) lapis sine anima, et sine (in suo genere) sensu, qui num faelicior num infaelicior nostro, inexpertis utrumque vitae genus, vel memoria tenentibus (qui neque eursum istius in qua degimus vita maiori ex parte retinemus) non potest esse definitum: non est enim ab hisce externis vitae conditio melioris vel deterioris perpendenda, quod mobilibus constemus membris, quod procedamus, moveamur, externis hisce donati simus sensibus, quod plurimas sensibilibus exerceamus operationes; haec quippe omnia et maioris indigentiae sunt indicia et usualia. Lapidibus manus, pedes, oculi, et huiusmodi vel illiusmodi corporis exprorectio et formatio frustra esset. Putamus faelicitatem et perfectionem et bonum consistere in iis, quibus nos faelicitari, perfici, melius habere et conservari experimur: homo sapiens hanc iudicat speciei non generis faelicitatem; ideo usuvenit



apud vulgus tantum, ut Deus pingatur in formam et (1) figuram hominis atque colatur, quem tamen sapientes sciunt non egere (2) manibus, pedibus, oculis, motu, corporea mole et omnibus iis quibus nos tum constamus, tum prospere habemus. Hinc fit ut vulgus Tellurem matrem et progenitricem, atque nostri conservatricem, et plasmatricem (de cuius visceribus habemus viscera; cuius e humore alimur, cuius vegetamus spiritu) non possit percipere ut sit animal sensu et intelligentia pollens, quia est corpus absque signis earum actionum et passionum qualibus notiora animalia afficiuntur. Sed totum animal praetermittamus, et ut vulgus intelligat quod eum non deceat intelligere, non curemus interim. Atqui nos ipsos lapides qui maxime omnium, quae in terra videntur, sine sensu et vita vulgo perhibentur, ut stupidum et insensatum ad extremum lapidi comparet. Habent Theophrastus et Mutianus (3) et Plinius esse aliquos lapides qui pariant. Theophrastus auctor est et ebur fossile candido et nigro colore inveniri, et ossa e terra nasci, inveniri que lapides osseos. Varro auctor est molas versatiles Volsinae inventas, aliquas etiam sponte motas inter prodigia habitum est. Sunt et Plinio lapides qui vetustate rubiginem trahant. Morbos et senectutem pati notat Cardanus. Senio confectus Hercules lapis ferrum non trahit, pedore etiam et squalore debilitari ut et animalia, (4) confirmat; observavit crescere lapides excisos, iisque maiores esse vires quam animalibus et plantis, quamvis haec clariore ad nostrum sensum vita vivant. Mitto mirabiles virtutes eorum et signa quae ego ipse expertus sum per somnia, per affectuum commotiones, repressiones, quae nolo proferre quia apud stupidum vulgus sunt incredibilia, licet haec non vulgus alloquar sed sapientes, seu ad rerum cognitionem nates, quos de iis quae ad experientiam attinent, malo alios, quorum hoc pacto

(1) Il testo ha: *form et am.*

(2) Il testo ha: *agere.*

(3) Non ho notizia di questo *Mutianus*, e lo credo errore di stampa invece di *Cardanus* citato appresso.

(4) Questa virgola manca.

maior est autoritas, sibi adhibeant testes. Audiant Theophrastum, Damascenum, Serapionem, Annium, Vitruvium, Plinium.

Relata item ex Antistene, Democrito, Catone Censorio, ex novissimis Alberto, Arnaldo, Lullio, Aquinate, Rabi Abenezra, et aliis obscurioris nominis. Mitto de aliis rebus praeter lapides, in quibus etiam omnibus simpliciore corpore constantibus, et plus ad elementi speciem accedentibus, quae fugiendo contraria (neque enim te ad Cizigi lapidem fugitivum ablegem, et alia quae in conspectu totius Urbis suo tempore (1) refert Plinius, ille Plinius qui a grammaticorum concilio pro mendace rerum naturalium historico damnatus est:) (2) persequendo convenientia, et conservando praesentia contrahuntur, extenduntur, conglobantur, vires exerceant admirabiles, quas stupidorum (3) vox, naturae instinctum appellando, nihil plus sub hoc comprehendi nomine volunt, quam quod ipsorum amentia crassissima definiat.

### CAPUT XIII.

Comparatio maris ad corpus telluris, ad etherogenei integri animalis compositionem dinoscendam.

Nec quaecumque vides maris alta volumina credas  
Extremi partes convexi corporis huius.  
Nam superadtollunt se multa mole liquentes  
Aurarum latices occulti nubigenarum.  
Telluris pars est complectens parte superna  
Montes, terrarum tractus, atque aequora, adaequans  
Alta cacumina qua despectat flumina et imbres.  
Ergo nec multo terram pars illa recingit

(1) Il testo ha: *semper*.

(2) Chiudo qui la parentesi, che nel testo, erroneamente, è chiusa dopo *ablegem*.

(3) Il testo ha: *stupidonum*. La virgola seguente manca.

Corpore, sed sphaerae iacet intra viscera pressa.  
Proinde, ubicunque tamen siet, hic supereffluus humor,  
Si mavis, summa terrae statuatur in arce,  
Qui (1) fit ut expendas plus hunc comprehendere circum,  
Quam comprehendi intus? propriusque extrema capessens  
Atria, quam medios appulsu ambire recessus?  
Nam quantum tibi cunque putas debere putari  
Oceanum, et nostrum ad sensum maria alta relata  
Vastam ad telluris massam, et stagnantia (2) in alvo  
Interiore magis? Siquidem spissamine non tam  
Eximio adsurgit moles maris ista superne,  
Subiectas linquens resupino tergore arenas,  
Quam sit ab obiecta tellure notabile plusquam  
Subtilis cortex, tenuis membranaque circum  
Ingentis pomi massam, vel salsa sudoris  
Corpore demergens species, quae animantia parva  
Usque adeo veluti sublimi gurgite mergant, (3)  
Quae super apparet multo se adtollere coelo.  
Indeque comprehendant speciem hanc maris altifluentis  
Alto subiectum humectare volumine corpus  
Et mire super intectum procerius ire.  
Nec possunt sensu corpus superare pusillum,  
Inque opus augustae argumento scandere mentis,  
Et ratione duce (ut proprio cum corpore pontum  
Contulerant magnum, sic cum densamine massae  
Hunc pontum referendo suum intimioris (4), ut hylum  
Inveniant tandem, et discant maioribus ulnis

(1) Il testo ha: *Qui*.

(2) Il testo ha: *staganantia*.

(3) Leggerei piuttosto: *mergat*.

(4) Il testo ha: *magnum sic* chiudendo la parentesi qui.

Metiri mundum, atque oculis quodcunque relectum  
Concludant (1) modicum primo, tandemque nec hilum;  
Cum spectanda subit sine fine potentia et actus.  
Sed rursus corpus telluris contueamur,  
Et videamus ubi tanta ipsum in mole pusillum,  
Nec primo reputemus eam telluris haberi  
Partem contectam maribus non ordine eodem  
Distinctam in planum, valles, montesque superbos:  
Nam quae nunc pontus super occupat, haec, (2) aliquando  
Sydera tranquillo spectabant aere prona;  
Et contra maris aspiciamus vestigia celsis  
Montibus impressa, celsa usque cacumina sursum:  
Iccircoque maris non plus valet esse profundum,  
Quam siet excelsi a sublimi vertice montis  
Usque ad subiectas radices illius. Ergo  
Accipiam quamvis celsum, (3) perpendiculari  
Vix plus consurgit recta, quam possit haberi  
Magnorum excedens mensuram ad millia passum: (4)  
Millia conferte (5) passum post haec diametro  
Telluris, veniatque proportio lecta fideli  
Mensura, et videam num sudorque extra animalis  
Pellem, aut membranae exiguae spissamen habendum  
In proprio genere esse (6) minus, quam sit mare in isto.

(1) Il testo ha: *concludat*.

(2) Questa virgola manca: l'ho messa, perchè si veda che l'*haec* non va con *sydera*.

(3) Questa virgola manca.

(4) Il testo qui ha una virgola.

(5) Leggo: *conferte*, non già *conferta*, come ha il testo, perchè in questo caso dovrebbe dire *conlata*.

(6) La sintassi porterebbe a leggere *esset*, cioè: *num spissamen habendum esset in proprio genere minus, quam mare sit in isto*. Se non che la metrica nol comporta: se-  
goo che il Bruno non ebbe tempo di dar l'ultima mano a questi ultimi libri.

Postque haec in tanto meditabere corpore, numquid  
In mage demersis imisque recessibus (unde  
Flumina dissiliunt vastissima, quae maris alti  
Instaurent facile speciem) si fiat inanis  
Alveus ille, una qui sic statione repressus  
Arguit omne iterum ad magis imas ire cavernas. (1)

Non multa in ratione putem maiora reperta,  
Stagna, lacus, fontes, fluvios, maria, oceanosque?  
Neve pusillus ego adsimiler maria alta putanti, et  
Elatos monteis, (2) pomi illas asperitates  
Roranti humore inspersas, (3) quas vix capit ipse  
Tactus, et aspectus noster, reputemque remotos  
Ex oculis latices subtus, (4) nihilum, modicumque?  
Immo etiam, quamvis tota hac in imagine Tellus  
Interior siet, ut tantum concreta tepore, (5)  
Saxorum quocumque modo corpusque putetur,  
Est etiam in tanto, quantum est mare, corpore terrae  
Nil minus ebibiti humoris fortasse magisque,  
Quam sit disiectum fluitanti corpore ventis.

Numquid praeterea (6) ad medium non se usque refundit  
Consolidans mundi corpus vis insita aquai?  
Quod si ita, nil minus accipies, quacumque subacta  
In sphaerae regione, pari quae ampledine mersa est,  
Comprendi humoris, terra absorbente, latentis. (7)

(1) Il testo chiude erroneamente in parentesi l'inciso, che segue dopo *alveus ille*.

(2) Questa virgola manca.

(3) Qui il testo ha un punto, seguito dalla maiuscola.

(4) Questa virgola e la seguente mancano.

(5) Questa virgola manca.

(6) Il testo ha: *praeterea*.

(7) Tutto questo periodo ed il seguente mancano affatto di punteggiatura nel testo li ho ordinati, come mi è parso che si debbono intendere.

Nam veluti paullo perpensum est ante, remotae  
Ex omni lymphae specie terrae, addita lymphae  
Vis multa apprime est, ut talem disposituram  
Conceptasse queat, qua partes partibus haerent,  
Et plusquam unda iacet concreto pondere fixa (1)  
In quocumque loco Telluris. (2) Quare ubi densam  
Glutinat in massam partes terrae, humida virtus, (3)  
Quanto se expargit refluio mare corpore, non est  
Quod minus humoris credas comprehendier. Ergo  
Si species maris ad totam (4) collata feratur  
Telluris sphaeram, vix esse notabile quicquam  
Comperietur, et iis undis collata, (5) profunda (6)  
Quae stagnant alvo, refluuntque fluuntque per orbem,  
Flexibus et miris, protensisque undique ramis  
Totam perfundunt massam, repetuntque suorum  
Ordia deflexum. Tamen hoc in corpore, et omni  
Composito, si confertur terrae unda solutae,  
Non multum in cumulum Tellus, humore volante,  
Pulveris incurret volucris. (7)  
In tellure igitur non plus terram unda perambit  
Undanti specie, quam multa ad millia eandem  
In speciem interne teneat multo orbe repressam.  
Sic in Tellure atque in Apolline periaculante  
Ignitos radios, nihilominus esse necesse est

(1) Qui il testo ha un punto.

(2) Il punto, e la maiuscola che segue, mancano.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

(4) Il testo ha: *totum*.

(5) Questa virgola manca.

(6) Il testo ha: *profunda*.

(7) La punteggiatura mancante, ed il verso rimasto in tronco, dimostrano la fretta con cui l'autore corresse questi ultimi libri.

Ut quaecunque super, (1) vis praedominetur aquarum.  
Nam nusquam et nihil est ignis citra humida, nec fit  
Principium rerum Mosi et Babylonibus, atqui  
Lucem, undam, atque umbram dixerunt ordia: nempe  
Si quicquam ignis habet praeter lucem, unda putandum est.  
Flamma etenim nihil est, nisi lux humorque calescens,  
Atque ubi nullus adest humor, neque cernitur ignis.  
Hinc lympa est illis rerum substantia tota,  
In quam atomi terraeque leves quoque dissoluantur,  
Nempe atomi ad terrae speciem tantum esse putentur.  
Omni igitur comprehendo via, cencunque rependam  
Naturae speciem, atque vices, vultumque perennem, (2)  
Ordo ut membrorum, ac primorum principiorum  
Et numeri et vires alia sub imagine ponunt  
Atque via, (3) sophiae spectandam nobilitatem.

Minima pars aquae (si ad totam comparetur qua Telluris corpus compingitur) est haec quae maris universi speciem refert. Tanti quippe corporis spissitudo nihil est praecipue praeter humorem, et, ut dictum est in praecedentibus et demonstratum, tanta in toto corpore est aqua cum alio elemento, quod terram dicimus, quanta etiam sine terra esset, et hoc certum; sub non magno autem dubio est, quod fortasse minus aquae sine terra esset in plerisque partibus, neque aer universus sine aqua est, quinimo aqua est vere rarefacta, et humor quidam subtilis ille spiritus quo vivimus. Mare non est extra Tellurem, sed interiora Telluris tenet, si universum astri corpus inspiciamus, ut saepe dictum est.

Considerata item Telluris magnitudine, quantum putas hoc mare

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *perennem*.

(3) Questa virgola manca.

esset, a quo circum undique exurgunt montes, insulae, et montium capita, (1) scopuli? Dicearchus, regum cura, permensus montes (ut refert Plinius) ex quibus altissimum prodidit Pelion mille ducentorum et quinquaginta passuum ad perpendicularum; quae dimensio ad universae rotunditatis, seu diametri huius globi relata, non nulla esse portio comprehendetur (2). Et est certissimum non plus intra mare immergi montes, quam extra mare: neque non stolidum est illud argumentum, quo mare ait vulgus, miraculo quodam vel providentia, esse super terram compressum in morem, quo guttae pulveri illatae, frondiumque lanugini impositae, absoluta rotunditate cernuntur; et ob eandem causam e navibus terra non cernatur, quae est e navium malis conspicua, et a terra procul recedente navigio, si quid fulgeat in mali cacumine, paulatim descendere videatur. Stolidum inquit argumentum, quia hoc idem in aperto terrae aequore nihilominus erit, si a mari procul recedendo, in partes continentis similes machinae motae iis qui in mari sunt descendere videbuntur, et maris superficies conspicua est ab alta turri, quae latet ab inferioribus partibus aedificii, atque sic inde ad mare descendere videbuntur appropinquantia. Ex marina quippe et hac superficie in globi figuram unum compositum constitui manifestum est: et per eandem superficiem, non mutata profunditatis mensura, discurrit facies maris, ut montes aqua obruti aperto exponantur caelo, et altissimi quique, seclorum diuturnitate, tegantur aquis.

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *comprehendetur*.



# JORDANI BRUNI NOLANI

## DE UNIVERSO ET INNUMERABILIBUS

---

### LIBER VI.

---

#### CAPUT I.

♦

Convertitur specialiter ad probandum infinitos numero mundos, sicut hactenus infinitos magnitudine universum est compertum, pro quo primum, quid nomine mundi notetur, aperit.

Ut maris in medio latis basibu' atque profundis,  
Inque imum tendens magna ad fundamina (1) terrae,  
Rupes vasta suo consistit robore firma,  
Et centro innixa (2) est immanis pondere molis:  
Exertum interea licet inspectare cacumen  
Sublimi liquidum superans ubi vertice campum,  
Grande onus insanos solido stat corpore contra  
Fluctus, intrepide contemnens comminantes:  
Namque ubi compulso adsurgunt Aquilonis et Austri,  
Spumeus adverso de cardine nam ruit ille  
Spiritus, actutum facile qui a sedibus imis  
Confidat rapido disperdere vortice mundum:

(1) Il testo ha: *sundamina*.

(2) Il testo ha: *innixta*.

Heic quanto magis alta freti tormenta tumescunt ;  
Impete quanque ruit vehementius unda procella,  
Tanto sorte magis miseranda discutientur  
Pondere lisa suo, dispersaque disque sipata.  
Sic ubi naturae certo fulcimine, (1) veri  
Consistit species, parteis sancita per omneis;  
Luce orbata movet temerando bella labore  
Turba, operitque levi spaciosum milite campum,  
Quem misere propriis mox spectem occumbere in armis;  
Et quae vasta nimis surgebat machina contra,  
Fragmina mobilium leviumque imitata atomorum,  
Turbine pulvereo informis per inane feretur.  
Ergo ubi clarescent immensi climata mundi,  
Huic nostram ad vocem qui haud laeva mente laborat,  
Ut nihil obstabunt molimina cuncta sophistae.  
Porro quantumvis ex dictis sufficienter,  
Et quibus oppugnes contraria, queisque repugnes,  
Possideas, nihilo ista minus iuvat addere plura.  
Namque in re tanti momenti lentius iisce  
(Sicubi multorum captus non ebibit omne)  
Non est consultum; at cunctos intendere nervos,  
Atque omneis laxare avidae rationis habenas  
Est operae precium, lucique adiungere lucem,  
Quatenus errorum nebulae omnes discutiantur.  
Ut quos unius generis non vincula nectunt,  
Stringant alterius, varia est complexio namque,  
Et variis (2) varii capiuntur ab artibu' sensus.  
Tollere propositum est specialiter has rationes,

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *varii*.

Queis male mundorum insequitur sensum innumerorum, (1)  
Postquam continuum immensum contendit in unum  
Perperam Aristoteles. Quantumvis principiorum,  
Verorum uberius potis de fontibus undas  
Dum simplex petitur, duplex adstructus habetur  
Sensus, et immensi qui nempe, atque innumerorum est.  
Ergo sub adiunctis dubiis accomoda deinceps  
Promere fert animus: primoque illud sit apertum, (2)  
Nomine quod mundi non unum est unique versi  
Ostensum, nam qui infinita ait innumerisque  
In spacio mundos uno, haec distinguat oportet.  
Hinc est in grandi quod demirere sophista,  
Sensa ubi clara patrum capiens, (3) perpensa sinistre  
Contra eadem (si eadem) puerorum more jocatur.  
Mundos quicumque innumeros dixere, necessum est  
Et spacio voluisse uno comprehendier omneis,  
Omnino quod idem firmans est omnia coelum.  
Unus interea mundus non est glomeramem  
Hoc, (4) vobis quod tot sphaeris conflatur et astris,  
Tellurem circumcursans motuque diurno:  
Atqui unum spacium, coelum unum est, aetheris una  
Haec regio, immenso quae extenditur intervallo,  
Unus ubi innumeris de mundis est mihi Tellus,  
Consimilis Luna est, longe et non absimilis Sol,  
Et reliqua in magno quae scintillantia campo,  
Ordine mirando, exornant laquearia Olympi.

(1) Questa virgola manca.

(2) Questa virgola manca.

(3) Questa virgola manca.

(4) Questa virgola manca.

## CAPUT II.

Ostenditur ea mundi significatio ab antiquis usurpata: et mundum ex sphaeris non componi: et principium illius stultitiae.

Democriti innumeris de mundis sensus, ut olim  
Explicitus fuerat, veluti quoque creditus illi,  
Magnus Alexander mundum conversus ad istum. (1)  
Non totum ad coelum, miserum o miserum me, ait: ipse  
Unius istius una vix parte potitus  
Magno dignari videor quoque posse triumpho.

Numquid mundorum dubitabis nomine stellas  
Insignire, suo quae tantum corpore possunt  
Complecti, quantum Telluris cognita moles?  
Immo magis, quanto ex iis plura minora probantur  
Non esse, et speciem praesentant materiei  
Eiusdem, veluti multis ostendimus ante.  
Ex illa siquidem est regione, argentea Tellus  
Illustris radiis, quae (2) per mare spicula solis  
Excipit, illud idem in reliquis spectabile stellis,  
Nempe oculos pariter si de regione propinqua  
Tantos ad mundos nobis aperire liceret,  
Ut, quoniam nostro de mundo longius absunt,  
In speciem parte exigui rutilantis ab omni  
Astri concreta sunt, (3) luce splendidioris.  
Una igitur stellae si conditione feruntur,  
Aethereo in campoque, modo consistere eodem

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *qua*.

(3) Questa virgola manca.

Est manifestatum; tolle hunc qui deferat orbem,  
Tolle epicyclifera haec, remove haec eccentrica, et illa  
Quae tibi formandis occurrunt somnia in ipsis.

Negatur unus orbis ille stellifer.

Non definitum est uno caelum rapiente,  
Caelatum non est aequae distantibus astris,  
Suspicio unde tibi instanti de fine sequatur, (1)  
Ultima vel quod ibi est, propius vel posta sequatur,  
Vel siet indicium finis tum demum adeundi.  
Sintque ideo numero stellarum corpora certo,  
Quem novit natura parens, quae praesidet illi.  
Somnia quae peperit, quod Tellus credita centrum,  
Quam circum, fixis super axibus, omnia gyro  
Corpora deferri debent concentrica toto  
Complexu, quamvis ciclus qui subvehit astrum  
Affatim a medii regione exorbitet ista; (2)  
Quae (dubio procul omne) nihil confingere suasit,  
Praeter, delira ab anima, (3) fundamenta jacta.

Suppositiones astronomorum factae sunt positiones philosophorum ad extremam usque insaniae speciem; sicut Aegyptiorum fabulis (ex Mercurii vaticinio in Pimandro) accidit.

Adde quod haec, primum studio conficta (4) Mathesis, (5)  
Non sic ut caperet mundum in hac dispositura  
Comprehensum vere, sed certe ad commoditatem

(1) Questa virgola manca.

(2) Qui il testo ha un punto, e non ci va. Il *quae* che segue si riferisce a *somnia* e le parole fraposte, a cominciare da *quod tellus*, andrebbero meglio chiuse tra parentesi.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

(4) Il testo ha: *conficta*; ma il senso e la metrica m'inducono a correggere così.

(5) Questa virgola e la precedente mancano.

Doctrinae, facilis tandem qua computus esset, (1)  
Porro, ubi stultitiae coepit generosa propago  
Crescere, et ingenio implantatae sunt magis alte  
Radices illae, coeperunt vera putari  
Mobilia, atque anima motrice, aut numine pulsa.  
Inde sibi ratio finxit phantastica secla :  
Ut quondam Aegypto fuerant quae fabula, ut apte  
Obiiceri menti quaedam mysteria possent,  
Per quae (2) quod in promptu est a sensibus omne remotum  
Aptius in signo vel imagine conciperetur :  
Usque adeo crassi tandem est insania vulgi  
(Abdidit ut diu lux vultum) semper adaucta,  
Ut vitiosa etiam simulacra, (3) ea fex populorum  
Verterit in proprii generis figmenta prophana  
Pessimum in exemplum vitae: atque inde sepulta est  
Lux ac per genteis invecta est fabula turpis;  
Barbaries genita est, seclum evertum scelerosum,  
Cui scire insanum est, crudelia, et impia facta  
Sunt pietas, et religio est in schismate mundum  
Servare, atque super iura omnia tollere vires.  
Sic veri ac iusti normae corrupta remansit  
Fabula, quae vitae rationem evertit et usum.

### CAPUT III.

Ratio prima Aristotelis adducitur examinanda.

Ergo principio ratione exorsus ab ista  
Quid magnum Stagyrita tonat, dum nubibus atris

(1) Qui il testo ha un punto.

(2) Il testo ha: *Perg.*

(3) Questa virgola manca.

Oppletus, turbat sensus, (1) rationis horizon.  
Mobile vel fixum natura corpus habetur,  
Et cui largitum est quavis pro sorte moveri,  
Principium est aut natura, aut violentia, (2) motus.  
Decedit spacio corpus violenter ab illo  
In quo natura manet, adlatumque quiescit;  
Atque libenter ibi, nullo obsistente, moratur, (3)  
Invitum unde aberit, quoversumque impetus urget.  
Quapropter quaecumque geri sunt nata deorsum,  
Non nisi vi sursum quadam rapiente ferentur: (4)  
Pluribus esse locum mundis hinc colligo nullum.  
Namque extra mundum Tellus quae ponitur istam, (5)  
Ad medium mundi istius violenter agetur,  
Illius ad medium natura haec nostra feretur.  
Quam si vi dicas mundo se abducere ab isto,  
Sponte sua medio ex illo remeabit ad istud:  
Tellures etenim tam multas si lubet esse,  
Consimilis certe est tribuenda potentia cunctis.  
Corpora quae vere ad speciem referuntur eandem,  
Est operae precium ut motu exagitentur eodem.  
Haec igitur si concedas, patieris et illud  
Dicier, ut Tellus externo, ut et ignis, ab orbe  
Tellurem ad nostram prorsus moveantur, et ignem.  
Ergo ut natura Tellus est lata deorsum,  
Natura sursum lata est, hinc terraque terra,  
Ignis et ignis occurrent, sic terraque et ignis

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Questa virgola manca.

(3) Questa virgola manca.

(4) Questi due punti mancano. Tutto il periodo poi manca di punteggiatura.

(5) Questa virgola e la seguente mancano.

Concurrent; nullus remanebit motibus ordo,  
Nullus corporibus, naturae vultus obibit,  
Quae vario species motu distinxit, et orbes.

#### CAPUT IV.

Ad Aristotelis rationem. Ut verus sit motus corporum naturalium et partium eorundem.

Nos vero videas vitreo ut munimine contra  
Robore discutimus, tua fulmina iacta trisulca, (1)  
Immo phantasiae nebulas, quae non bene sanam  
Ludificant mentem, sensu faciemus apertum,  
Provida qua ad solem serie conversa regatur  
Tellus, dum per se spacio consistit in isto,  
Quali stellarum reliquarum conditione  
Corpora per totum propria in statione locantur; (2)  
Motibus utque suis totum parteisque feruntur,  
Atque vices subeant (3) varias fluxu atque refluxu,  
Qualem adsignatum scis partibus esse animantum  
Spiralem ad normam versum intima, et extima versum;  
Sic quae sunt eadem natura corpora constant.  
Ac veluti pars ad certi spectans animantis  
Suppositum, quales sanguis, caro, nervus, et humor, (4)  
Alterius nunquam cupient in corpus abire,  
Sic quoque si pars est, (5) medium quae adspirat ad istud,  
Huius quae degit, natura, (6) in corporis orbe,

(1) Il testo ha: *trisulco*.

(2) Qui il testo ha un punto.

(3) Sarebbe da correggere o il *feruntur*, o il *subeant* per la disformità de'modi; ma il senso s'intende, in ogni caso, chiaramente.

(4) Questa virgola manca.

(5) Questa virgola manca.

(6) Illo punteggiato così, perchè a me sembra da intendersi: *si pars est natura, quae degit in orbe huius corporis*.



Certe habet adpulsum peregrina in corpora nullum:  
Hae manus, hique oculi, diversa ea brachia, frontemque  
Adpetere ut nequeunt, aliena et degere vita,  
Sic non ad terram terra illa movebitur istam,  
Quam queat ad terram terra ista adnitier illam.  
Non magis hanc etenim spacium sine fine perambit,  
Quam reliquas, quibus haud numerus praescribitur ullus,  
Et simili immensum arridet circum undique vultu.  
Sique, velut credis, compressum est finibus omne,  
Sedibus agnatis ita sunt disposta manere,  
Quaeque decet propriis firmata potentia in oris.  
Ergo ut tellurem spacium complectitur istud  
Integre, membrisque venit formabile ab istis,  
Ut nequeat simul ad spacium spectare alienum,  
Hinc, quamvis simili in specie sint extera, (1) nil est  
Conligere iccirco nisi quod, velut istud in isto  
Est spacio corpus proprio, sic illud in illo:  
Quod bene monstratum est spaciorum indifferitate,  
Iureque, quo propria in regione et corpore quodque est,  
Ut non adspirent externa in corpora membra  
Ullius, haec quamvis numero discrimina tantum  
Admittant, (2) specie dum complectuntur ab una.  
Haec ubi sint solide nobis fundamina iacta,  
Uni iudicio (3) si cuncta subesse cupimus,  
Nempe genus quaecumque probe referuntur ad unum,  
Haudquaquam inde tibi stulta haec conclusio surget,  
Scilicet ad sedem quaecumque ea currere eandem,  
Consimilisque omnis mundus concurrat in istum.

(1) Questa virgola manca.


(2) Questa virgola manca.

(3) Il testo ha: *iudicio*.

At potius velut iste sua in regione moratur  
Atque alia exhorret ferri sub lege viarum,  
Sic quorum ratio est eadem petere haec loca, quae non  
Sunt praescripta sibi, quonam dictamine debent?  
Sic suus est bonus ille locus, pars, suppositumque  
Et proprium circum sibi stans, veluti propriumque est  
Cui libet in paribus pariter, posse, esse, gerique.  
Forsitan et, speciem quoniam referuntur ad unam,  
Quotquot habet mundus humano sanguine cretos,  
Cogemur patriam atque domum compellere in unam,  
Innumerosque unos animos concurrere in artus,  
Materiamque caput cerebri omnem currere in unum? (1)

Sicut in mundo A omnes semidiametri pertinent ad A, ita in mundo B omnes semidiametri referuntur ad B: et sicut omnes spiritus Socratis appulsum habent a corde Socratis et ad cor Socratis: ita omnes Platonis a corde et ad cor Platonis.

Quapropter melius reor ut sua quemque receiptent



(1) L'interrogativo manca.

Mundorum ora; suas partes quoque totius ordo.  
Istius ergo ignis pars istum tendat ad ignem,  
Ignotas tentare vias neque terrea possit  
Portio, sed proprios colere atque subire penates.  
Nec, quibus est eadem species, locus aptior idem est,  
Ut non est unum planum centrumque duobus.  
Telluris medium dico in Tellure deorsum,  
Et medium Lunae Lunaribus aio deorsum,  
Ut sphaera ad magnum quacunq̄ue feratur Olympum, (1)  
Scandentem reputes, superasque adpellere ad oras:  
Sic quoque ubi fias lunai, aut accola solis,  
Non alio circumspectabitur ordine olympus  
Ad gemini versus stellantia concava coeli: (2)  
Telluris regio est illinc coelum, ipsaque stella,  
Extra Tellurem veluti non esse deorsum  
Concipimus, quorsum tanquam ruitura penetret,  
Sic aliis te pro mundis formidine vexes  
Nulla, ne ad terras, (3) quando compagine rupta,  
Ad nos exitio infelici praecipitentur.

## CAPUT V.

Quod si astra, seu mundi essent contigui sicut uxor et vir, qualia etiam sunt solis cum suis telluribus singuli, non tamen iceirco partes unius effluunt, aut alterius.

Ergo tenebrarum in crypta, concludere, profunda  
Tandem respira, et hinc te exime, et auxiliarem  
Carpe manum, (4) ac mentem sensus adcommoda ad istos.

(1) Questa virgola manca.

(2) Questi due punti mancano.

(3) Qui *quando* sta per *aliquando*.

(4) Questa virgola manca.

Aio, si terrae quantumvis terra propinquet,  
Mundique ii possint nexu vincierier uno,  
Non tamen hos artus illos incurrere in artus,  
Istius haud membra alterius sese insinuarent  
Membris, ut nequeunt cupientia, quando virile  
Foemina complexa est corpus, compressa vicissim,  
Hederaque amplexatur quercum, pampinus ulmum.  
Atque ut se implicitant colubrorum luxuriantum  
Spirae, (1) ut in alterius totum se immisceat alter  
Corpus, at id frustra: modicum quia funditur utraque (2)  
Ex parte, et remanent sincerum corpus utrique.  
Liber et alma Ceres ita, Sol Tellusque propinqui,  
Sensibu' clam nostris, (3) miris complexibus haerent;  
Dum dea subque dei radiosa syndone versans  
Semet, et illius circa orbem sancta pererrans  
Nititur, ut toto pro viribu' tota fruatur.  
Spiritus aethereus velit, et contemperat apte  
Spicula fulgente ex auro contorcta per omnes  
Quae recidunt parteis, terrai uterumque penetrant.  
Haec foecunda Dei sunt semina, et optima prolis  
Principia usque adeo tantarum sunt specierum.  
Namque ubi pertigerint foecundae foemora matris,  
Rore haec illa suo conspergit in alta retorquens  
Ora, iterum patrios quasi iam repetentia fines:  
Porro extra gremium nondum digressa resorbet, (4)  
Atque uterum mater generoso semine complet.

(1) Questa virgola manca.

(2) Il *que* si unisce con la parola seguente.

(3) Questa virgola manca.

(4) Questa virgola manca.

Differentia inter coniugium et coitum deorum et nostrum, coit enim cum Sole Tellus, et concipit continue et successive ex omni parte corporis, atque parit animam vero minima ex una tantum et intermisce.

Coniugium hoc divinum meliori conditione est,  
Quam nostrum; nobis modico quia tempore durat  
Blanda voluptatis vis, (1) atque explebilis ardor  
Tantum una nostri de parte erumpit: at illa  
Omni ex parte frui potis est, tempusque per omne,  
Continue ut motu variat loca mille diurno,  
Et versus tropicos coeli de vertice cyclos  
Nunc agit Aetoo, nunc Austrico ab axe recedens:  
Apparet nusquam frustra pharetratus Apollo,  
Coitus perpetuo sedes ac tempora mutat.  
Concipit haec toto de corpore, et ingerit ille  
Corpus ab integro: neutri tamen inde recedit.  
Sic quoque Tellures geminae (2), haec et Luna, sorores.

Conceptionis item actus non est ex effluxu propriae substantiae extra suum corpus, vel alienae influxu, sed tantum ex circulo. Actio vero et passio consistit in alteratione per calidum et frigidum.

Hoc magis se in propriis adservant partibus, atque  
Defluit ex uno in reliquum nil corpore corpus,  
Quo sortem melioris habent vitae atque perennis.  
Ergo sicut terrae partes undique vulsae  
Ad propriam redeunt sphaeram, quam non licet extra  
Credere divulsas, Telluris si ambitus ille est

(1) Questa virgola manca.

(2) Questa virgola, e la seguente mancano.

Quem non transcurrunt venti elatique vapores  
Aethera per magnum, (quem lucis tantum et umbrae  
Pervadunt momenta ad astrum abeuntia ab astro),  
Sic etiam Lunam sua pars non deseret ulla,  
Nec solem pars ulla sui, neque caetera quicquam,  
Quod toti exitium portendat triste futurum.

Etsi mundus finitus sit, non sequitur minus absurda doctrina de gravi et levi, quia nil est grave in suo loco naturaliter constitutum.

Mundus quin etiam finitus si statuatur,  
Non quadrat vulgi sententia de gravitate  
Et levitate, aliud rapiente in corpus ab uno,  
Tellures mutuam geminae si tangere possent;  
Pondere compositae non altera comprimeretur,  
Aetherea in regione gravis quia machina nulla est,  
Nativusque loco parteis proprio impetus urget  
Ut scandant, vel descendant, gyrove ferantur.  
Heic, quamvis lateat fluxus, (1) motusque repertus  
Continuus cunctis in toto partibus ille,  
Non minus est doctae rationi pervius ex hoc,  
Quod magnae nostris oblatae sensibu' parteis  
Quoque in momento variantur millibu' formis.  
Usque ergo ad parteis atomas variatio tendit  
Caeca localis, et est motus qui convenit illis  
Praeterea nullus, non intermittitur ista  
Latio, compostum quamvis adamanta reportes.

(1) Questa virgola manca.

CAPUT VI.

Omnium partium esse vicissitudinem, ut omnes tandem omnium obtineant locum: quod non a ratione circuli geometrici habent, sed (ut saepe dictum est) physici. Ipsius sursum et deorsum tot esse differentias, quot et paucorum seu locorum individualiter.

Propositum repeto. Per totam circuit omne  
Sphaeram, et quodque suos fines se continet intra.  
Sic quoque Luna suas sortitur in aethere partes,  
Nobis nec sursum neque suspicienda deorsum.  
Nam tantum vario respectu ac positione  
Discrimen sursum fieri inquamus atque deorsum.  
Si circum propriae molis centrum meat illa,  
Instar Telluris, motu conversa diurno,  
Excipiens totum per dorsum spicula solis,  
Compare fiet ei Tellus sub conditione.  
Conversam porro faciem quia semper eandem  
Defert ad nostri consors vicinia mundi,  
Non prius ad Solem toto se corpore vertit  
Lumine, quo geminus sibi sit perfusus horizon,  
Quam vicibus nobis septenis quatuor idem  
Triverit, et coeli medium noctisque profundum,  
Attuleritque diem, in praeceps dederitque fugacem.

Repetitur ut ordo simplicium elementorum nusquam est ille secundum naturam actu, quod in superioribus ostendimus etiam omnino alium secundum potentiam naturae et rationem.

Plus stulte graditur, quam famose, ordo elementis  
Ille datus, per se dum nusquam sunt elementa,

Sicut, ubi nulli sunt orbes, (1) orbibus ordo.  
Non sunt, nec fuerunt, neque possunt esse profecto,  
Praeterquam ratione, isthaec elementa seorsim:  
Qualia si dederis pure constantia in orbe  
Naturae, facias iter (2) tunc iisdem apertum  
Terrai ad centrum, vacuum quo se expleat illud.  
Si gravius dices, (3) citius quod se inferet illuc,  
De quatuor positis sibi primas vindicat aer,  
Si tribus e reliquis quidnam prius aera findens  
Atque magis spectes, concreto corpore lymphae  
Arentem se post naturam linquet, ubi illae  
(Ut grave conficiant) partes non partibus haerent,  
Huius ubi officium generis non praestitit unda. (4)  
Nescio subiecto ut distinguitur ignis et humor.

## CAPUT VII.

TERRAE non debetur medium ex simplicitate, haec enim simplex atomus est levissima rerum; non ex ratione praedominii in mixto, quia aqua ubique dominatur; non ex gravitate in universo et mundo, quae nulla est: ut autem gravitas capiatur, tota est ab aqua quiente, inspissante, et multum materiae in parvam (5) dimensionem cogente.

Ergo elementorum simplex si attenditur ordo,  
Simplicium minime naturae congruet ille,  
Quem celebrat sine mente pecus, non visa videre  
Dum putat insanum vulgus, vocemque relaxat,

(1) Il testo ha: *orbibus, ordo*: e manca delle due virgole precedenti.

(2) Il testo ha: *itiner*.

(3) Questa virgola e la seguente mancano.

(4) Il periodo manca di punteggiatura.

(5) Il testo ha: *parvas*.



De rebus tanquam expressis sanciverit apte.  
Indeque principiis Sophiam sibi legit ab istis,  
Constanti tanquam et claro fundamine iacto.  
Ut lymphae terram, mox lymphas terminat aer;  
Aereum invexum, candentis Mulciberi, quem  
Concava Lunae prona vi sphaera coerces.  
Iam si ad naturam spectes, qua corpora per se  
Subsistunt, cupiasque velut dominantur habere  
Ordinis haec causam, medii et gravitatis honorem  
Cogeris lymphis deferre, ubi pondera cernis  
Iniectae fieri lymphae virtute tenaci:  
Tanto etenim est gravius, quanto concretius ipsum,  
Nam minus est rarum donatur pondere quidquid,  
Gleba, lapis, stannum, ferrum, plumbum, aurum, et arena.  
Tandem Telluris massa haec ut sistat, et acri  
Spiritus aereus non illam flamine pellat,  
Inque atomos resoluta foras dispersa recedat,  
Servatrix facit et genitrix concretio ab unda.  
Hinc et subsident valles, et ad aethera montes  
Tolluntur, proprios permanant flumina clivos:  
Et suspensa iacent imae penetralia terrae, (1)  
Visceribus distincta suis, stat machina tota,  
Tantaque membrorum discrimina clara perennant.  
Quanta perfecti est species compacta animantis.  
Composito e tanto totus si tollitur humor,  
In pulvim exiguum residens erit omne, nec ullam  
Concipiens formam, neque per se stare potentis:  
Corpora spargentur discussa ex aggere parvo

(1) Questa virgola e la seguente mancano.

Et diffusa levis trudet per inania ventus. (1)  
Viscera (2) nostra suo qui possent robore figi,  
Stare, vigere, moveri, absque, ossibus, ordineque absque  
Tanto musculorum, et nervorum nexibus, absque  
Arteriis fusos tendentibus undique ramos?  
Spiritus humenti hinc versum se quaque refundat  
Virtute. Atque frui qui (3) possent munere vitae,  
Ni, sedes animae, sanguis substantiaque humens  
Insita sit cunctis, (4) atomorumque ordia nectat?  
Sic non constarent astrorum corpora, quae sunt  
Numina, sunt mundi, sunt vere animantia prima,  
Quorum sunt vita, (5) reliqua omnia viva subinde.  
Viscera Telluris referunt ita viscera nostra, et  
Reptantium, et nantium, serpentumque, et volitantum,  
Plantarumque, et eorum quae sunt prompta minaeris,  
Atque horum, tenuis quorum substantia fallit  
Sensum, aut est oculis prorsus non pervia nostris.  
Sic et composita est nitidi substantia solis,  
Subiectum ut lucis constans siet atque caloris.  
Quin et concretum propriis de partibus esse,  
Hoc magis id corpus constanti humore petitis  
Debet, quo tantam firmet lucem, atque calorem.

(1) Qui c'è una semplice virgola.

(2) Il testo ha: *visera*.

(3) Il testo ha: *qui*.

(4) Questa virgola e la precedente mancano.

(5) Questa virgola manca.

CAPUT VIII.

Ut in nostro corpore, sanguis et humores omnes, virtute spiritus, per totum circumcursant et recursant, sic in toto mundo, astro, tellure; quid enim in nostro corpore dices deorsum? pedes? tibias? cur non illie omnia distant gravia?

Quare non aliter, quam nostro in corpore, sanguis  
Hinc meat, hinc remeat, neque ad inferiora fluit vi  
Maiore, ad supera a pedibus, quam deinde recedat;  
Nam proprium corpus per totum funditur aequae. (1)  
Iudicium simile est cuiusque humoris, in orbe  
Nempe suo nihilum grave dixeris aut leve, quod se  
Recta hinc excipiat, se illuc fugiendo receptet. (2)  
Vis elementaris per terram circuit omnis,  
Omniaque in cunctis insunt elementa elementis,  
Plus tamen iis reliquis constat dominarier unda.  
Labitur haec igitur per terrai undique dorsum,  
Et virtute pari, obliquoque intrusa meatu  
Indiga vitali contemperat omnia gutta.

Aridae cumulus a centro acciret, et avidissime (3) sorberet lympham, quod in omni pulveris genere ad liquorem videmus: cur ergo ad centrum plus pertinet arida, quam aqua?

Ergo non tantum mare, flumina, stagna, lacusque,  
Telluris facies quae pronpserit extima nobis,  
Lymphae momentum totius ferre putentur;  
Sensibilis cum sit terrai in partibu' cunctis,

(1) Il testo ha, per contrario, qui un punto e virgola; ed infine del verso precedente un punto.

(2) Questo punto manca.

(3) Il testo ha: *audissi me*.

Pulveris et cumulum cum sese intendat in omnem  
Undique, et a centro peravitam hic elibat illam,  
Et quantum capit ipse loci per semet, eidem  
Contribuit, cineres facient haec omnia plana. (1)  
Nam plenam in pelvim super infundetur aquai  
Tantundem, quantum pelvis conceptat inanis.  
Sic et perfusa est natura haec arida toto in  
Corpore Telluris, firmentur ut omnia lymphæ,  
Omnia lymphæ sient tandem, si a praedominante in  
Corpore composito integrum denominatur.  
Hinc et aquam dixit quodcumque est sensile Moses,  
Naturam infernam distinguens atque supernam,  
Hinc inde abiunctam mediæ firmamine coeli:  
Aether nempe undam mediis distinguit ab unda.

Quam convenienter omnia naturæ corpora composita, aquae appellentur.

Et merito Tellus, Luna, et Sol dicitur unda,  
Quandoquidem si de toto tota unda recedat,  
Haud secus exiguam pulvim remanere necessest,  
Quam e sylva ingenti (2) cineris vestigia parva  
Comperias, (3) totam quando populaverit ignis.  
Mitte quod et cinerem tandemque liquescere sentit  
Ille sophus, (4) rerum cui est substantia lymphæ. (5)  
Haec est quae scandit, haec quae descendit, et omnes  
Circuit in partes, esse igni datque moveri,  
Qui nihil, aut lucis vis est infixæ vaporis.

(1) Il periodo manca di punteggiatura: l'ho ricostruito come mi è parso da intendere.

(2) Il testo ha: *ingentis*.

(3) Questa virgola manca.

(4) Questa virgola manca.

(5) Il testo ha una virgola.

Nil magis haec igitur facies habet altior, eius  
Quo constant, vegetant, adolescent, atque alimentum  
Omnia concipiunt, Telluris matris in orbe,  
Quam quaecumque tenent maioris claustra profundi (1)  
Illuc conduntur, rursum ut revocentur in ortus  
Flumina magna suos, (2)  
Ad quae conlata Oceani momenta ferentur,  
Interno humori sudor si conque feratur.

### CAPUT IX.

Unde gravitas, quid gravitas, quid sursum, etc; quod gyrare est omnibus naturaliter et in proprio loco constitutis innatum, (3) iisdemque violentè impeditis rectâ diffligere ad propria, etiamsi caeli pars avelleretur a caelo peripatetico.

Ergo quod reputant (4) medium a Tellure teneri,  
Nam gravium vis una movens rapit omne deorsum,  
Et iubet ut caeli fugiant convexa, fluantque  
In medium mundi centrum, puerilibus quam sit  
Commentis ortum, multis claravimus ante.  
In Physicis etiam monstratum est, ut rapiantur  
Parteis, cum fugiunt contraria, cumque sequuntur  
Conveniens, quoties peregrina sorte tenentur.

Nec grave quapropter vere est, nisi quod violenter  
A motu, atque loco absistens proprio, indupeditur;  
Pellitur hinc obstans, hinc exeruciatur amicum.  
Propterea haud magis hac Tellus gravis in regione est,  
Quam sit consimilis naturae ac compositurae

(1) Questo punto manca.

(2) Il verso è incompiuto nel testo.

(3) Il testo ha: *innatus*.

(4) Il testo ha: *re putant*.

Luna, Venus, Mavors, Solque in regionibus illis;  
Nec Tellus plus immenso gravis aethere habenda est,  
Quam quae sic vacuo corpuscula in aere pendent;  
Ne, plusquam sursum, cupiat se inferre deorsum  
Quodlibet ex iisdem, quia non sunt compositorum  
Pars ulla; at per se constantum principiorum  
Naturam referunt, quia conditione propinqua  
Sunt illis. Non sic lapides, ligna, atque alienae  
Quae formae sub iure ligat vis insita; inanem  
Aera diffugiunt, solidum ac simile requirunt.  
Sic sese eripiunt peregrina e fluminis alveo,  
Sensimque ad ripas fugiunt, et littora ponti  
Aut fundum inquirunt, quia sunt composta, minusque  
Illis cum lymphae natura convenit. Inde  
Cum propria tenent, naturaeque ordine aguntur,  
Et totum et parteis tantum girare videntur.  
Sic gyrent lymphae, terrae excurrando per alvum,  
Non etenim magis ascendunt vaga flumina nostras  
Ad parteis, quam descendant repetendo profundum,  
Ut rursum emergant, instauratique reportent  
Illud idem fontes, quod iam retulere. Quid esset,  
Quodam ni gyro naturae cuncta redirent  
Ortus ad proprios rursum; si sorbeat omneis  
Pontus aquas, totum non restituatque perenni  
Ordine, qui posset rerum consistere vita?  
Tamquam si totus concurrat sanguis in unam,  
In qua consistat, partem, nec prima revisat  
Ordia, et antiquos cursus non inde resumat:  
Hic igitur motus natura est partibus, hic est  
Composito in quocumque suis spectabile membris.  
Corporis hanc nostri perpendito composituram,

Inque ipsa videsis, numquid leve tendere sursum,  
Sic didicit, (1) parte in supera ut sit spiritus omnis?  
Cur non inque pedes sanguis dilapsus et humor  
Constitit? ergo nihil grave fit propria in regione;  
Non rectà ascendit sursum, premiturve deorsum:  
Sed bene discurrit circum propria ora recursans  
Ordine quodque suo. Quae cum compago peribit,  
Ad generale meant sibi consimilare elementa,  
In quo, (2) tamquam eius parteis, vertantur et ipsa:  
Namque loco in proprio pergyrant omnia semper.  
Imbreis non alio veniunt tractu, aethere ab alto,  
Non perpendiculo descendunt, immo per arcum,  
Partibu' nempe suis, velut et mare circuit aer,  
Qui vehit has parteis, rursum transvectet ut illas,  
Spiritus is idem, qui natura humida certe est.  
Ast perpendiculo tantum indupedita moveri,  
Stillae ut de arboribus recidunt et culmine tecti, (3)  
Flumina suspensa elabuntur rupe, per unum  
Accedens tantum, exiguum minimumque, relatum  
Illius ad totum, (4) cursum, nihilumque putandum est.  
Quandoquidem si convexa est donata figura  
Telluris facies, adeo quam longa recingit  
Danubii, Nili, Euphratis serpigio recurvam  
Complectens terrae faciem, ne dicere possis  
Amplius ascensum, quam descensum ire, ita cuerva  
Consimilem, ad centrum collatae, (5) conditionem

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *quotamquam*.

(3) Qui il testo ha un punto e virgola.

(4) Questa virgola, e la precedente, e le due seguenti mancano.

(5) Questa virgola e la precedente mancano.

Persequitur: qua sorte meant, quascumque videmus  
Telluris parteis, quia cuncta reposita profunde, (1)  
Quod tenere olim, rursum sublime tenebunt.  
Aetherca Tellus sic in regione regyrat  
Libera: non alia stellae ratione feruntur;  
Nec tanta premitur vacuum pro mole, caditque  
Plus ipsa externam in partem, quam extrinseca ad ipsam.  
Et veluti quaecumque sua de parte ferantur  
Particulae, (2) sursum scandentes dixeris illas,  
Perque summa totum discurrunt. Nempe vapores  
Et nubes quocumque (3) volant, non diffluere ultra  
Telluris possunt corpus: quia nec datur illic  
Sistere. Non aliter patrio de corpore Lunae  
Partes divolsae, circum quocumque ferantur,  
Ascendunt sursum latae, (4) Telluris ad oras,  
Irent atque alio versum quocumque coactae.  
Unde et si geminae Telluris corpus adhaerens  
Alterutri fiat, non plus pars unius ibit  
Corpus in alterius, quam pars animantis abire  
In partem alterius possit. Quapropter et ille  
Appulsus, quo quaeque locum pars destinat unum,  
In quem declinet vi tota, adpellat, eatque,  
Est in composito, cui pars est consimularis  
Huic, et servari specie contendit in illa,  
Quam tenet; hinc obstans protrudit, et effugit ora,  
In quibus ulla quies sibi non est parta, gravatque  
Impediens ipsum, velut unda extra mare et alveum

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Questa virgola manca.

(3) Il testo ha: *quacumque*.

(4) Questa virgola manca.



Fluminis, (1) obiectum premit impedimentum, et alte  
Suspendens refugit, pellit, vehit, atque penetrat:  
Nempe aperire viam cupiens sibi, ut exeat illuc.  
At maris et fluvii minime premit unda profundum  
Ulla suum; requieta manet sic bestia ponti,  
Enatat, eque suo maris extima visit ab antro.  
Si foret unda gravis, nunquam penetrare liceret,  
Nec super inductum contra succumbere pondus.  
Illic suberescunt plantae, et tranquillius altas  
Adtollunt frondes, mittunt versum aera ramos,  
Non minus ac vacuus quascunque adverberat aer,  
Et tenuis circum situs est, herbaeque tenello  
Germine servantur; sabulum radicibus imis  
Non etenim attingunt, levioris glutine limi  
Suspensae: nondum (2) squamoso corpore circum  
Ludunt pisciculi, atque ibi per vestigia matrum  
Avia subreptant pinnis: quod non foret unquam  
Si prona pontus premeret gravitate profundum.  
Non gravia ergo suo fiunt in corpore membra,  
Non onerant infinitum innumeri aera mundi.  
Nam spacium simile est capiundis rebus ubique:  
Mundus conformi in spacio conformis erit, si  
Coniugium faciant felix (3) contraria prima.  
Quid grave, quidque leve poterunt hisce ergo videri,  
Ut levitas gravitasque, omnisque adpulsus ad unum  
Finem virtute interna, externave profectus,  
Cum pars sortita est peregrinum pulsa recessum.

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo qui ha un punto, e poi: *Non dum*.

(3) Il testo al solito ha *foelix*, perchè il Bruno suola scriverlo sempre col dittongo.

At non hoc spacium plus Tellurem obligat, atque  
Finitum quodcumque capis sub nomine mundi,  
Quam quod et exterius cogeris ponere semper,  
Cui simili similis per se est tribuenda potestas.  
Quocirca haud ratio est, medium qua figere corpus  
Telluris debes, plusquam quodcumque aliorum.

### CAPUT X.

Examinatur vulgaris et poetica illa ineptia de maris unda contra suam naturam repressa  
a Deo, quae alioqui, naturae suae relicta, terram obrueret.

At vero et mirum quod de natura elementi  
Dicitur, (1) a divum domino, atque parente repressum  
Atque immutatum: sunt qui confusa aliquando  
Omnia confingant, sed nunc distincta. Reperti  
Sunt alii, qui elementa prius distasse, suisque  
Finibus inclusa, innatae moderamine litis,  
Quae Deus hac tandem concordi pace ligavit:  
Somnia Parnasi, aut simili de fonte relata.  
Nec nisi de solido spectamus corpore lucem,  
Atque ideo corpus concretum ponitur eius  
Quod facit unda: vapor flamma est accensus, et humor  
Sulphureus similisque ardet, candetque, micatque;  
Haec ubicumque ignis spectatur inestque sepultus.  
Frigore concreta est lympha, sparsa estque calore,  
Effectis umbrae ac lucis, quae cum nihil essent,  
Nec condensa quidem potuit neque rara manere.  
Compositique nihil foedus corrumpit inique

(1) Questa virgola manca.

Partibus ex variis, nisi frigus sit calidumque  
Compositum, quia non constant frigusque calorque, (1)  
Corpore praeterquam de composito eiaculante.  
Propterea vultum hunc rerum decet esse perennem, (2)  
Rerum ad naturam spectantibus et genituram.  
Vel nihil est natura, vel est divina potestas  
Materiam exagitans, impressusque omnibus ordo  
Perpetuus. Quinam fuit ergo perditus ille  
Sensus, qui contra naturam ait efficientem. (3)  
Tellurem quare totam non obruit unda?

Stulte et arroganter dicitur natura esse, quod neque in actu, neque in potentia rerum possis ostendere, et ordinem rerum dicere divinum, quasi Natura et Deus sint duo contraria principia, quorum alterum est repressum. Quod si ita, alterum certe non est principium.

Finxit Natura quod non est, nec fuit unquam,  
Nec sanae quisquam mentis putat esse futurum,  
Vel fieri saltem posse, aut unquam potuisse.  
Quod si finiri naturam ex iisce decebit,  
Non est quod possis nisi falsum dicere quiddam,  
Oppositum vero atque enti et quod non bene fictum.  
Postquam naturam aeternam tibi dixero caussam  
Unum adspirantem in finem, stantem ordine in uno,  
Et matrem et legem rerum, fatumque, bonumque,  
Cur, (4) dicam, arma movet divina potentia contra?  
Haec physicum, (5) vatium in morem, figmenta reponam.  
Plusque super terram fingam consurgere lymphas

(1) Questa virgola manca.

(2) Questa virgola manca.

(3) Qui il testo ha l'interrogativo, che va infino del verso seguente.

(4) Questa virgola manca.

(5) Il testo ha: *physicum*, e non ha questa virgola, nè la seguente.

Compressas proprio a fluxu, quam sit super illas  
Arcus telluris: cum, vulgi more, elementum  
Appelles mixtum hoc, elementum mixtum et illud.  
Sitque ita, dum referas quicquam quod consonet auri,  
Atque tuis saltem dictis. Si pondera centrum  
Natura appeterent; naturam et vincere oportet;  
Quare opere aeterno, vel tantis (ut lubet) annis  
Vires non ullas natura ostendit, ut unda  
Humorque internum Telluris deseruisse  
Comperiat? at est semper, quantus fuit olim,  
In fluvio inque mari: quod si una ex parte redundat,  
Tantundem ex alia nihilominus parte recessit;  
Ista peregrina violenter dixero, lege  
Impediente, (1) geri? Cum nusquam constet alius (2)  
Appulsus generis, nusquam natura reclamet,  
Quin potius, ceu nata geri, sic cuncta gerantur:  
Nam nihil externum, quod viscera corporis huius,  
Ipsum immo medium, non complectatur; ibi aer,  
Ignis ibi, ingentes ibi sunt lymphaeque recessus.  
Fingere nec posses purum constare elementum.  
Non aliter siquidem Telluri membra tributa  
Atque artus cerno, quam corporibusque animantium;  
Corpora quinimmo ideam conflantur ad illam  
Omnia, (3) viventum quae mundi est progenitoris:  
Nec non quae vulgus sensu' (4) atque expertia vitae  
Esse putat, quaeque esse nihil vere autumat idem.

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Il testo ha: *alius*.

(3) Questa virgola manca.

(4) Il testo ha *sensu*: e potrebbe correre, se non seguisse *vitaec*.

CAPUT XI.

Altitudo perpendiculariter capta vix unquam milliario unno exaequabit : quae non plus in eadem spissitudine perseverat inter duorum scopulorum (qui sunt montes sub aquis) capita, quam aer inter duos extra mare montes. Iam si cum spissitudine reliquae telluris conferatur spissitudo oceani et reliquorum marium, vix aliquam telluris partem facere videbuntur.

At quantum credit stultus mare corporis huius, (1)  
Telluris molem quando ad totam referetur?  
Quod mage non ulla est nimirum parte profundum,  
(Oceani, ut fertur, facta experientia in undis,  
Utque omnis dictat ratio sensusque resancit),  
Inas quam mons ad valleis altissimus esse  
Constiterit, terra est ubi coelo exposita recluso.  
Namque fuisse maris fluxus, (2) vestigia monstrant  
Heic, ubi par terrae est consistens undique vultus.  
Ruidus est passim vultus, quia surgere montes  
Cura Dei iussit, spaciosa esse aequora valles  
Subiectas, queis vel succederet unda vel aer,  
Hic humens vento exagitatus, nubibus ater,  
Qui faciem finit celsis cum montibus eius,  
Unde et non plus Tellurem circa est mare, quam sit  
Arterias circum sanguis, pellemque animantis.  
Quod si Telluris nolis hunc aera partem,  
Ut terrae tantum facies tribuatur et undae;  
Aspice quid coelo propius consurgit eorum.  
Non est usque adeo aversa de parte tumescens  
Suspensumque, velut fingunt insomnia vatium :

(1) Questa virgola manca.

(2) Questa virgola manca.

Quod si frenantis robur laxabit habenas,  
Se circum terram toto mare corpore fundent,  
Usque adeo levis unda gravem sub gurgite terram  
Concludet, magno ut montes celsi intervallo  
Cogantur liquido submittere culmina plano,  
Omnia pontus erunt, deerunt quoque littora ponto.  
Subiectas ergo Tellus superenatat undas.

Haec ut sint vero a sensu et ratione aliena.  
Ut vulgata satis nullam experientia linquat  
Figmento sedem; caput exerit insula passim,  
Aequorei vertex montis super aequora tollit  
Ecce minas, cuius scopulorum saxa cacumen  
Testantur, cuius sensim versum ima repando  
Concrescit moles dorso, quo credere possis  
Esse ita continue fluctus undantis aquai,  
Ut sunt extensi superis fortasse profunde.  
Antipodes ubi sunt adversa in parte reperti,  
Non minor est mundus, ut noscas, (1) quam mare non sit  
Nativa quadam votiva, vel violenta  
Vi sistens usquam, et terrae super aequora pendens  
Convexum, (2) facies quando utraque comperietur  
Undique (si proprius spectes) concurrere in unum.  
Et veluti terra, e cymba spectantibus, unda  
In medio adsurgit, turri pariterque remota  
Abstantis si quis prospectet littoris undas,  
Gibo consurgens tumido quoque terra videtur:  
Nam e specula obiectum est ima quod sede latebat.  
Non magis ergo super terras attollitur unda,

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *pendens, convexum*.

Quam super undarum fluctus habet aequora terra,  
Ut tali nequeas ratione inferre, quid horum  
Ambiat, et quidnam potius subcontineatur.  
Adde quod et spissum tibi si capiatur aquarum,  
Quod fluit ac refluit super ampla illa aequora arenae,  
Cum spisso, vasti qui sunt montes, (1) scopulorum,  
Sunt quorum tantum cuneata cacumina coelo  
Exposta, et quantum est spissum de montibus hisce,  
Qui procul undosis de fluctibus aera findunt,  
Et mons et scopulus molem superabit aquai  
Pro quanto a medio Telluris distat utrumque.  
Sique magis spacii Tellus comprehendit eodem  
Ex intervallo, curnam superarier illam  
Asserere audebis, quando et circum aequora montes  
Undique conscendunt, mediisque levantur ab undis?

## CAPUT XII.

Ostenditur cum omnibus omnia esse elementa, quae nullo naturae actu, vel potentia omnino ab invicem separantur, (de elementis loquor iuxta vulgarem sensum). Primo ergo manifestatur aqua cum terra. Et quomodo terrarum fundamentum est aqua.

Diximus undarum ut totum spectando elementum,  
Continuo medium Telluris ad usque meanti  
Et pervadenti scopulos, monteisque per altum  
Aera scandenti, nihilominus semper aquai  
Occurrent species. Quid enim sunt saxa, metalla,  
Et glebae, et grumi, species multaeque minerae?  
Fingere non potis est terram, quam non rigat humor

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

Inspissans, (1) quisquam, simili quia sorte coire  
Illius aspiciamus parteis, qua corporis omnis  
Constantis forma, atque animantis dispositura;  
Ut vere est animal, naturae ut et est melioris,  
Quam qui, eius vita viventes, (2) esse queamus.  
Non minus ergo undae est, quam arentis materiei;  
Quin potius magis esse putes, nam corpora ab unda  
Haec quae inspissantur, cineresque, atomique volantes  
Non minus appendunt undae, quam, praeter eorum  
Corpora, subiectum lymphae conceptet inane.

Adde quod et proprias non accipit arida parteis  
Per se concretas, reperiri (3) ast multa metalli,  
Multa vitri species concretus tantum erit humor,  
Si tibi multorum consensus forte sophorum  
Non sordet. Quod si quaecumque gravissima ad inum  
Telluris spectare decet, tunc consequitanter  
Arentis species terrae in fundamine lymphae est.

Alia fundationis ratio.

Quamquam etiam fundatur aquis, (4) quia munere earum (5)  
Compressa est stabilisque manet, ne fusa profundum  
Corpora mobilium palent per inane atomorum.

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Questa virgola e la precedente mancano.

(3) Il testo ha invece: *concretas reperiri*

(4) Il testo ha: *aqs.*

(5) Il testo ha: *eorum.*



CAPUT XIII.

Secundo ostenditur aer cum terra.

Nec tantum, quo spiramus, superincubat aer,  
Telluris dorso; at vero per viscera plene  
Inseritur, nec non totius portio digna est;  
Scilicet in recavis antris, magnisque cavernis.  
Pumiceis saxisque, sonantibus inque metallis.  
Adde etiam, quamvis non cunctis nota, meatum  
Haec spacia, a quibus est unum quoque fissile, quodque  
Scaturit, ebullit, sorbet, vomit, atque tumescit,  
Rumpitur, atteritur, premitur, laxatur, hiatque.  
Fontibus inde via est, et flumina maxima serpunt,  
Et late parteis humens perspargitur omnes,  
Qui fieri haec possunt, nisi cesserit aer ubique? (1)  
Unde probant cunctis invectum rebus inane,  
Omnino intra atomum medians atomumque, per omnes  
Monstratum parteis. Telluris maxima pars est  
Ultra hunc, qui montes intersituatur, apertum, (2)  
Quem dixere animum spirantis corporis huius,  
Atrum, ventosum, refluum, vapidum, nebulosum.

(1) L'interrogativo manca.

(2) Il testo ha: *situatur*.

CAPUT XIV.

Ut cum Terra sit ignis, ubi ignis ea capitur significatione, qua quidam rerum omnium substantiam, eundem intellexerunt: qui non differt a substantia spiritus vitalis omnium rerum, quatenus et lucere et ardere illi accidit propter aliorum adsistentiam et cum aliis compositionem.

Aere cum vapido dicam, aereoque vapore  
Ignis vim dictam vitae si ibi semina sentis;  
Nam puri ac tenuis nec permixti aeris aura  
Coelica temperies dicta est, sed spiritus ardens  
Luridus, atque rapax si quicquam concitet, illa est. (1)  
Hinc vegetat Tellus, miro hinc est praedita sensu.  
Qui, quoniam circum semet per cuncta propagat,  
Semper grata venit cunctis vita undique ubique.  
Ceu igitur nobis sunt ignis semina vita,  
Undique concipitur, micat undique discutiturque.  
Hinc Thermae, hinc calidi fontes, hinc sunt freta salsa,  
Sulphurei hinc montes; hinc est bitumen amarum,  
Multiplici hinc Stygius regioni aperitur Avernus,  
Hinc celebris Siculis praeruptus hiatibus Aethna,  
Cinerei hinc montes, vidui partusque Vesevi, (2)  
Vulcani, Lypares, Prochitae, Ibernaeque (3) fucinae;  
Unde velut toto est animantium in corpore fusus  
Aethereus fervor, pura aura, ignisque animalis,  
Simplex, vitalis, nativus, spiritualis.  
Non aliter magni miranda in numinis huius

(1) Questo punto manca.

(2) Il testo ha: *Vesacvi*.

(3) Avrei corretto: *Avernoe*, se non fosse stato ripetuto tre versi più sopra.

Compage abstrusus, commixtus, et insitus exstat,  
Vitae pro gradibus, (1) aurai simplicis ignis.  
Quo nisi membrorum respública tanta vigeret,  
Rebus temperies foret ulla ab origine nunquam.  
Hinc vita occultis intra eius viscera divis,  
In longum mire quibus aetas ducitur aevum:  
Squamiferoque gregi liquidis sors cessit in autris;  
Humano generi, pecudum generique tributum est  
Ad vitam minime constanti vescier aura:  
Corpore ut ex uno hoc sortiti corporis omnes  
Membra sumus, certo quae tempore restituamus:  
Spiritus et vita e materno fonte recepta,  
De quo viventem inssit producier omnem  
Ille opifex animam; quia princeps est anima illi,  
Et princeps illa est animal, venerabile munus.  
Fortunatum astrum, splendescens, incola coeli,  
Auctori laudes decantans, atque ministrans,  
Qualem non credunt, (2) sine sensu pectus adepti.

### CAPUT XV.

Sicut omnia animalia duplici constamus calore, proprio scilicet nativoque, et externo quod est vel a corpore spirituque Telluris, atque a sole, vel igne in genere: ita et Tellus animal magnum atque primi ordinis habet sibi cum animali spiritu innatum calorem, quo praecipue ipsa vivit, et alia in suo corpore viventia contemperat, atque vivificat. Quod si non esset animal hoc divino calore, humoreque (quem spiritum dicimus partim, partimque locum) particeps, solis virtus nequaquam eo se usque in centrum ingereret telluris, quam imbricibus tectorum nostrorum retundimus.

Ergo ne dubita viventem dicere mundum,  
Ignisque ex toto duplicis viresque fateri,

(1) Questa virgola manca.

(2) Questa virgola manca.

Unus enim calor est animalis, et alter ab astro,  
Nempe elementalís, quem proiicit orbita solis.  
Nec tibi difícilè hoc videatur, (1) adusque profundum  
Molis quod penetrent integrae spicula solis,  
Qualia discutiunt nostrarum tecta domorum;  
Ignis enim intensa est ubi tantum magnaque virtus,  
Ut centrum magnae attingat Telluris, (2) oportet  
In volucres supera haec primum vertisse favillas.

Ratio cur formicae corpus non uritur a sole, quo usque-adeo ingentia calescant animalia.

Porro non ita sunt radii eius calfacientes,  
Corpora finitimo veluti nostra igne calescunt.  
Solis enim radios magè non formicula sentit.  
Quam vasti possit corpus sentire elephantis,  
Exigua exiguum vi perculit hic radiorum.  
Et magna magnum: nam plurima corpore multo  
Excipit, inque sinu tanta virtute recondit:  
Plurima sunt magno, quantum sunt paucula parvo.  
Ergo quia usque adeo vasta mole ignipotentis  
Astri myriades Tellus multas radiorum  
Excipit; ergo minus nullo est animante calescens,  
Dumque sibi atque aliis violentos temperat ictus,  
In semet rapide motu conversa diurno.  
Nec magis externos, quam internos hinc fovet artus;  
Nam neque difícilè est, quia spiritus ille animalis  
Hanc (3) veliit, arcanos pollens penetrare recessus:

(1) Questa virgola manca.

(2) Questa virgola manca.

(3) Il testo ha: *Hanc*. Io non vedo che possa riferirsi ad altro, che a *Tellus*.

Viventis proprium siquidem aio corporis istud, (1)  
Sentiat ut totum, quod parte recepit ab una.  
Nam velit heic species vitalis spiritus omneis,  
Vitali quales expertia corpora sistunt,  
Quales discutiant nostrarum tecta domorum.

Exemplum a cadavere, et a defunctae arboris trunco, stipite, vel trabe, quibus inclusi non calescimus, sicut in arboris vegetantis alvo.

Aspicias ut feriat rapidi violentia solis  
Expositum radiis illius segne cadaver,  
Quod calido externa resolutum parte liquescit,  
Constanti interea remanent confecta rigore  
Interiora, (2) poros quia distans spiritus aretat:  
Incava propterea si te excipit arbor, habebis  
Fomentum ex planta vitalis temperiei:  
Non ita vallatus defuncti tegmine trunci.  
Est igitur cunctis Telluris partibu' duplex  
Ignis conditio, (3) duplex viget insita virtus,  
Illius est ignis verum propriumque elementum,  
Unde alitur quidquid vivit, componitur, atque  
In quod abit species omnis resoluta, (4) novandis  
Pro rebus, serie (5) ut currant sua tempora certa.

Ergo, apage, hinc ignis qui lambit (6) concava Lunae,  
Illic quem celeris confrictus gignit olympi,

(1) Questa virgola e la seguente mancano.

(2) Questa virgola manca.

(3) Questa virgola manca.

(4) Questa virgola manca.

(5) Il testo ha: *serie*.

(6) Il testo ha: *lambis*.

Quem finit medians regio aeris ista superne: (1)  
Qui potis est etenim nomen portare elementi,  
Fingere quem nequeas qua sub ratione penetret? (2)  
Nam nisi vi, nullo appulsu, venit ille deorsum,  
Proque ministerio subeundo partis ab alto  
Decidet infernae per tot contraria sedi.  
Mitte quod et talis nusquam natura reperta est,  
Si nusquam confriectus erit sphaerae ille rotantis.  
Si duo non constant quoque talia corpora, denso  
Praeduroque magis pulsu obsistentia, quae non  
Mutuum admittunt penetrari, et cedere sede,  
Qualis subtilis non est ac liquidus aer,  
Quo innumeris numeris subtilior aether habetur.

Mitte quod aeterni frictus violentia talis  
Esse nequit, tandem quia victum cedere oportet  
Victori; quod si renovatur viribus aer,  
Partibu' nam pulsus alias succedere par sit, (3)  
Ignea nec virtus tam longe funditur, amplam  
Quae illam constituat regionem, tamque profundam.  
Aeris et pars haec, aeterno accensa calore,  
Non per se calida, at coeli virtute rotantis,  
Vix iisdem constare potest de partibus. Atqui  
Continuo accensis fugientibus, atque deorsum  
Detrusis, aliae succedunt frigidiores,  
Partibus et parteis similes non invenientur  
In calidi gradibus, quod per magis et minus ullam  
Non variat speciem. Non ergo est hoc elementum

(1) Il testo qui ha un punto.

(2) L'interrogativo manca.

(3) Qui il testo ha un punto, che non ci va.

Aeris a specie diversum constituendum.

Ergo tibi aut dura, aut liquida est substantia caeli:

Si dura, haud certe simplex natura putanda est;

Si vero mollis, subtilis, spiritualis,

Multo etiam, plusquam possit levis aer haberi, (1)

Fissilis, ac cedens, (2) plus perque meabilis exstat.

Principiis certe haec sunt adversantia vestris.

Si ponatur ignis in concavo orbis Lunae, ille ad nullum est officium: nil quippe generat, nil alterat, sed tantum implet. Non generat, inquam, quia cum circulariter moveatur, (3) in rerum compositionem non venit, quia non descendit actu neque potentia: et per ea quae dicta sunt in superioribus circa actionem ex qualitatibus sensibilibus quam oportet esse extensivam; calor ille neque per virtutem ullam posset extendi, vel ad minimum caliditatis vestigium in nostris regionibus imprimendum. Adde quod vel si proximum esset caelum et incentivum illud elementum aliquo pacto calefaceret sub zona torrida, nil omnino produceret extra illam, quia gradatim effectus illius rapidi motus et confrietus tenuatur et remittitur versus polos. Confrietus etiam ille (quod supra inuimus) esse non potest ignis genitativus, si tamen confrietus est ubi corpora subtilissima ponuntur, secundum gradus quos decet esse, (4) post subtiliora, et rariora, rarissimum elementorum ponitur aer, hoc rarior est ignis tibi; super quo substantia caeli longe spiritualior esse tibi fingitur, ut neque in ordine elementorum per subtilitatis gradus collocetur: et substantiam illam in metaphysicis appelles aut sine materia, (5) aut secundum aliud materiae genus: nunc (rogo) quomodo tangit? quo-

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Il testo ha: *caedens*.

(3) Questa virgola manca.

(4) Questa virgola e la precedente mancano.

(5) Il testo ha: *materia*.

modo frangit? quomodo atterit? quomodo vim infert aeri? quomodo aer patitur ab illo? Compertum est nobis omni sensu, quemadmodum corpus crassius, vel spissius, densiusque a subtili penetratur quidem, ut spongiam penetrat aqua, oleum penetrat lignum, ut mollicet, alteret, putrefaciat: non sic autem corpus subtilius localiter rapit et impulsiva quadam virtute scindit et frangit ipsum quod est densius, magis enim lapide et ligno movemus aquam et aerem, quam aere lapidem: imo aer quietus nil movet. Stat quod spiritus inclusus evertit montes: et aqua irrumpens vel erumpens mirabiles exercet vires, sed hoc est ex violentia, et deordinatione quadam. Atqui tibi ordo aeternus est ut caelum rapiat, rumpat, frangat.

Praeterea (repetimus et heic illud) quaerimus de sphaera ignis quae est in concavo lunae, num aeterna sit vel temporalis? Si aeterna est, semper fuit, et est absque generatione. Si temporalis vel genita est aliquando, sic ut attritione praeterita et diu urgente, (1) ignitum ibi factum fuerit: sequitur sane quod tunc ignis ille non sit ex attritione praesente, sed praeterita. Itaque secundum totum aliquando genita est sphaera ignis, quae nunc motu caeli conservatur, cum mundus sit aeternus; et reliqua elementa aeterna secundum totum, quae tamen secundum partes generantur, et corrumpuntur. Et tunc quaero, quando producta est sphaera ignis, et cur non prius vel postea? Si dixeris (ut certo te dicturum scio) hanc generationem semper fieri, et caelum semper atterere, si aliquando attrivit, quia secundum principia Peripatetica generatio est aeterna, quia non est principium seu primum instans, quo omne coepit moveri, neque est ultimum: tunc sane consequetur, in concavo orbis lunae non tam esse ignem qui genitus sit ex confictu coeli, quam aerem ex quo per confictum coeli ignis fiat generatio: itaque formam et materiam aeris ibi oportet esse aeternam et per se, sive moto, sive quiescente caelo, sive, inquam, conficante, sive non conficante et atterente. Formam vero ignis altera tantum ex duabus hae causis, et hac utique inae-

(1) Questa virgola manca.



quali, inconstante, et gradibus certis deficiente versus polos, et consequenter per singula puncta magnitudinis atque temporis, (1) intensionem recipiens et remissionem; unde constat necessaria conclusio, quod scilicet ignis sit illic secundum certas partes, et gradus, et loca, atque omnino per accidens.

## CAPVT XVI.

Ignis elementum est sol, vel in sole, uno modo, atque in Telluris et in astrorum omnium spiritu, alio modo.

Sinite confictum pictumque adcurrere ad ignem,  
Ignis enim est nullus, vel qualem continet amplus  
Telluris globus. Hic quicumque emissus ab alto  
Concurrit, (2) valido radiorum robore vectus  
Descendit, caelum nihilo obsistente penetrans  
Clara in subiectum spargit miracula profundum.  
Hunc Stygios sentire lacus, Orcique cavernas,  
Imaque quantumvis vasti fundamina montis  
Hoc succensa movent, istoque urgente calescunt:  
Hunc Pater Oceanus refluis complectitur undis,  
Hunc, faciem per Telluris, quae plura vivunt,  
Ipsa testantur vita, et praesente vigore;  
Flammeus hinc, (3) carru volucris vehitur per apertum  
Aërei campi, turbo horridus, atque timores  
Incutit ingentes, claro fulgore tenebras  
Discutiens tristes, at tristior ipse tenebris.  
Flammiferas (4) magnum pellit per inane sagittas,

(1) Questa virgola manca.

(2) Questa virgola e la seguente mancano.

(3) Questa virgola e la seguente mancano. Leggeri *volucris* invece di *volucris*.

(4) Il testo ha: *flammiferas*.

Fulminaque ingeminant vibratae spicula flammae,  
Horrifico quassum tonitru caelum omne remugit.

Mitto etiam caelo quae sunt cognata sereno,  
Ut libet haec fiant, sive antiperistasis exstent  
Effectus, numquam quod res est ipsa negabunt  
Flamma, draco volitans, trabs, lancea, fax, cruor, ebur.  
Ignis in aerea modo cum substantia currit  
Aera subtritum quando audio, quare elementum  
Ambo sunt unum, proinde accedentia causa  
Substantis minime fiunt: porro alteritates  
Inducunt, servant, geminant, augent, minuuntque.

#### CAPVT XVII.

Ex opinione authoris libri de mundo et Aristotelis sequitur multiplex ignis sphaera

Missum ad Alexandrum de Mundo insigne volumen  
Edocet ut nilum possit comprehendier intra  
Contiguas sphaeras, vehemens refricatio namque est.  
Ordine sed vario, vario quoque tempore motus, (1)  
Ignis constituet varium discrimen ubique.  
Porro heic absurdo si quisquam cesserit uni,  
Hunc, velit nolit, mox millia multa sequentur:  
Ut sit opus, tandem tam multos dicier ignes,  
Quam varie patiens ita sit pro corpore corpus.  
Convenit interea ut nova sit generatio semper,  
Cum nova perpetuo veniat causa. At super aethra  
Nam quae materies gignendo sternitur ignis?  
Quid mediat gemini gemina interque ultima caeli?

(1) Questa virgola manca.

Si per se est ignis, vere ignis non genitatur (1)  
Caeli confrieta de illo qui praefuit (2) ignis.  
Si de alio, numquid caeli de materia fit?  
Et tunc materies caeli corrumpitur (3) illa.  
Materies vero si constans est elementi,  
Tunc est corporibus locus ignis et aeris iisce.  
Si nihil adtendis, tunc illud inane sequetur,  
Quod tanta refugis formidine, nempe meantum  
Quod geminas inter facies cognoscere oportet  
Continuum et quoties non unum commeditaris.

Ut nos a tot difficultatibus et inconvenientibus, cum naturae facilitate promptitudineque  
philosophantes, liberi simus ad omnia et expediti.

Flecte igitur mentem teque ex iis exime curis  
O doctor, procul hinc orbes frietusque repelle,  
Atque unum fateare locum, firmamen, et unum  
Aera, vel spacium aethereum, quod sidera magno  
Involvit refovetque sinu, quorum igneus est sol,  
Quem circum totum per gyrum accenditur aer,  
Lumine completur tellus vitaeque favore.

Pluries dictum est circulos non esse ullos in motu naturalium.

Desine distinguens numero quo lata videntur  
Corpora, de medio, ad medium, circa mediumque,  
Tales cum nusquam natura ostendat. At ultro  
Non umquam mensi mensem, lucemque diei,

(1) Qui e' è un punto, che non va.

(2) Il testo ha: *praefuit*.

(3) Il testo ha: *corrupitur*.

Horae horam, puncto punctum, natura reperat  
Ex cyclo similes: aliena sorte sequuntur.  
Non punctum exoriens repetit sol prorsus eundem,  
Quaevīs continuo fluxu exagitata novantur,  
Nec sedes repetunt antiquas inde profecta, (1)  
Nec pars Telluris consistit, quae regiones  
Non repetet cunctas, parilisque potentia quamque (2)  
Undique vel rapiat, vel mox rursus undique pellat:  
Sique venit rursus, quod centrum forte revisat, (3)  
Non simili forma, non pergens ordine eodem.

Motum rectum partibus corporum natura priorum, id est stellarum,  
accidentarium esse ostenditur.

Porro, et iudicium crassa exercendo Minerva,  
Spiras atque helicas et cuncta imitantia cycli  
Formam, appellamus cyclos. Deinde motio recta  
Nam cui conveniet toti? Quis no. videt ipsam  
Partibus in certis tantum, atque aliquando vigere.  
Extorres propriam repetunt quando ad regionem? (4)  
Atque id perpetuo non est de finibus iisdem.  
Perpetuo ad fines neque tendunt semper eosdem:  
Impleat ut caveam subit aer, inane repente  
In fundum tendens: dextrum petit atque sinistrum;  
Sicubi quae circumstant sibi corpora cadunt, (5)  
Absimili pro sorte ignis non fertur, (6) et unda

(1) Il testo ha: *profecit*.

(2) Il testo ha: *quamq.*

(3) Questa virgola manca.

(4) L'interrogativo manca.

(5) Il testo ha: *caedunt*.

(6) Questa virgola manca.

Non minus ex imis repetens super aera surgit,  
Ordine quam certo fundum penetraverit ante.  
Quod vero recta (1) tecti de culmine fertur,  
Quod putei e labiis recidit, quoque concita in innum,  
Tunc profuga est quia non medium natura ministrat,  
Sed vis externi concurrrens efficientis.  
Ergo duas (2) motus species si linea curva  
Rectaque definit divulsis partibus, alter  
Natura est partis quae naturaliter exstat,  
Alter natura malehabentis et exulis, unde  
Oecior illa brevi rapitur pro viribu' tractu,  
Intereaque cadit medium per inane rotando,  
Formata adveniat quavis (3) penetrando figura  
Et facit id penetrans, facit et penetrabile corpus  
Ut motus neuter, vel fit communis utrique,  
Mixtus, vel varius, simplex, (4) compostus, id ipsum  
Iudicio alterius committimus oecia cui sunt.

Dictis adde, quod si caelum est tibi tangens, aliqua tactus specie, quam(5) tuis sine alio sensu vel evidentia confluxas verbis, verbi gratia distinguendo tactum physicum, mathematicum, et metaphysicum, et ethicum, et logicum, et sophisticum et elenchum: physicum deinde subdividendo in inferiorem et superiorem, simplicem et compositum, elementalem et caelestem: omnino tandem opus est, ut aliquid proferas quod et tu intelligas et nos intelligamus: nihil dicas tangere aerem rapiendum, fricandum, atterendum, subtiliandum, nisi tactu

(1) Il testo ha: *recta*.

(2) Il testo ha: *duos*.

(3) Leggerei: *quavis*, e metterei un punto dopo *figura*.

(4) Questa virgola manca.

(5) Il testo ha: *qua*.

materiali quo scissile sit hoc, illud vero propter naturae constantiam scissivum tantum huius: quod cum dixeris, est etiam quod possis vel praecise vel rhetorice vel prophetice persuadere. Proinde sicut haec contiguitas (1) moti caeli super aere facit ex eo attrito ignem, vel super ignis sphaera faciens eam ignis sphaeram: ita et opus est, ut ex contiguitate duarum sphaerarum caelestium consequatur nihilominus confriectus aliquis, nisi latius velis imaginari intervallum quam par sit. Si intervallum est, ne passio sit in caelo, omnino enim inter fricantes duos oportet alterum esse potentiolem ad retardandum vel remittendum motum alterius, vel ita alterum irumpere per alterum ut aliquarum partium attritio fiat, et consequenter melius generetur ignis. Ais utramque sphaeram inalterabilem (2) esse, et hoc satis est tibi dixisse, ut credamus caelum attinguam alterare aerem, non autem alterum caelum. Sed si non credemus? quiesces? Contra negantes principia, inquires, non est disputandum. Discentem, inquires, oportet credere. Ast ego vicissim meliora. Docentem, inquam, oportet ostendere, philosophum oportet probare, sine certis demonstrationibus et ex evidentioribus principiis aliorum non oportet convellere philosophiam; tyrannidem super ingenia hominum sibi arrogare. Omnia sunt tibi sine sensu et demonstratione secure et triumphaliter iam diu admissa, concessa, probata; unum tantum peto: si confriectus vel contractus caeli cum caelo (quorum non est concordantia in velocitate motus, neque in axibus et polis) non facit aequali vel maiori vel minori ratione ignem, quid nam, rogo, intelliges inter duas superficies medium? vacuumne? caelumne? elementumne? nihilumne? Vacuum tibi est explosum diu. Caelo illi non est impositum nomen, et de coelo illo neque memoria neque cogitatio tibi fuit umquam; quod si nunc recens tibi admissum veniat; ut sit scilicet caelum B medianus inter caelum A lunae et caelum C Mercurii, quaeremus subinde de eo quod mediat inter caelum B et caelum A. Item inter cae-

(1) Il testo ha: *continguitas*.

(2) Il testo ha: *inalterabile*.

lum B et caelum C, an vacuum, an caelum, an elementum, an nihil? et tunc semper sub eadem manebis quaestione haerens. Restat ergo, cum non intermediet vacuum neque caelum, ut intermediet elementum; sed hoc non est terra, quia locus eius est centrum (1), et gravissima est a circumferentia omni remotissima; quod si etiam sit terra, vel aqua, vel aer, opus est omnino ut non minus illic atteratur quodcumque sit elementum, ut ex eo fiat repente ignis: terra enim tibi rarescit in aquam, aqua in aerem, aer in ignem: quocirca si ibi ponere pro primo fundamento terram ex qua fiat attrita aqua et vapor, remanebit haec mutata specie violentissime, quandoquidem terra migrans in aquam longe maiorem locum (2) exigit, aqua in aerem multo maiorem, maximum vero aer in ignem. Sic ergo inter duos orbis mutatus aer vel aqua, ex confictu caelestis motus, non habet quo se recipiat ad ampliorem pro captu speciei locum accipiendum. Haec si vis effugere, nil aliud ibi ex elementis ponas opus est, quam ignem et hunc quidem ingenitum, et qui non ex actu confictus genitus fuerit ex aere: qui si praexitit, erat etiam prius vacuum, quod crescente magnitudine impleri transmutatione facta debuerit: atqui aeterno stante motu illo, vicissitudini isti et principio non datur locus. Mitto quod non omnis ignis tendet vel potentiam habebit ad eundem locum, quod tibi est inconvenientissimum. Restat ergo ut dicas inter sphaeram et sphaeram nihil mediare, et tunc sequitur sphaeram cum sphaera esse continuum unum; et superficiem unius non distingui a superficie alterius, et motum unius non esse alium a motu alterius, et consequenter non esse sphaeram et sphaeram, neque factum earum: semper quippe inter superficies subiecto mobili varie distinctas oportet esse spacia, quo non sint unum continuum, vel ita attiguum, ne liberum habeat, hoc et illud, (3) motum.

(1) Il testo ha: *centrum*.

(2) Il testo ha: *locum*.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

CAPVT XVIII.

Concluditur, motus similis totius et partis non mathematicus sed physicus, quia non circa phantasmata est, sed circa naturam. Sicut una animal totum suo motu regitur voluntario, vel naturali, vel qui unus est pariter naturalis et voluntarius: ita et partes propriis quaedam interim motibus aguntur in toto, circumuehendo.

Ergo quod ad motum spectat, retinere decebit  
Ut toti ac parti est communis circulus unus:  
Non qualem circumfluxus describit ab omni  
Parte aequè a centro distante, (1) atque ordo mathesis  
Abstrahit; at physicam referens super omnia legem.  
Sic mare cum specie hae tota Amphitritis aquarum,  
Nec non qui nebulas et ventos continet aer,  
Inter et excelsi sublata cacumina montis  
Sub spacio aethereo, tranquilla (2) sub regione,  
Ut quoque Telluris constant, haec omnia, (3) parteis  
Una sic motus specie delata putentur.  
Interea propriis in toto motibus, undae, (4)  
Spiritus, atque ignes agitantur, et haec sequuntur  
Pro ratione vices propria, ut totum tueantur,  
Singula (5) et ipsa suo, ut possunt, seruentur in esse.

(1) Il testo ha: *distans*.

(2) Il testo ha: *tranquilla*.

(3) Questa virgola e la precedente mancano. *Haec omnia va con delata*.

(4) Questa virgola e la precedente mancano.

(5) Qui il testo ha una virgola che non ci va.



Motus aquae circularis, et ignis, et pluviae, et grandines ita cadunt, ita vapores ascendunt, ita venti circumant faciem convexam nostrae regionis, sic et flamina tum arcus constituunt in superficie aperto, tum in profundum, et de profundo, ianversa, et emergentia.

Non rectâ (1) e medio Telluris se unda recepit,  
Nec medium rectâ naturae lege feretur.  
Quosque videre licet, se obliquis tractibus ignes  
Attollunt alte, spaciosas per regiones  
Discursantque vagae sinuosa volumina flammae.  
Non rectâ adpellunt sursum crebrique vapores,  
Obliquaeque cadunt guttae, quas pluvius aer  
Mittit, quas nymbus valida resonante procella  
Excitiat denso nubis de corpore passim.  
Non aliter crepitans lapidosae grandinis imber  
Inde ruit, campumque petit fesso aethere deorsum  
Spiritus aereus, varias qui inclinât ad oras,  
Unde audire licet ventorum nomina, quorum  
Extra Telluris nullus convexa pererrat,  
Alto descendit caeli de culmine nullus,  
Atqui ab horizontis deducunt cardine fluxum. (2)  
Attamen est si quis ceicumque per aera motus,  
Ventus erit certe, gaudebit nomine venti,  
Omneis succedunt cedentibus ad regiones. (3)  
Quidquid et hanc circum venturum adremigat alis  
Telluris faciem (cum sit convexa), necesse est  
Circuitu quodam, cursu haud breviorè vagetur:  
Naturae motus nimirum talis ubique est.

(1) Il testo ha qui e nel verso seguente: *recta*.

(2) Questo punto manca.

(3) Qui è chiaro che *cedentibus ad* sta per *accidentibus*.

Proiectum rectâ sursum, migrareque deorsum  
Non video quod, natura impellente, recessit.  
Vix venit in rectum, quae defluit unda canali,  
Imbricibusque domus, proprio fraudata meatu.  
Flumina sique vides, ut terrae in viscera condunt  
Fluctus, e terrae gremio passimque resurgunt.  
Perpetuo obliquis quoque cernis passibus ire;  
Dicere ne possis, quod promptius ima capessant,  
Quam superas cupiant rursum contendere ad auras;  
Nec tantum aequoreas concurrunt flumina ad uadas,  
Ut minus aequoreis decurrant flumina ab undis.  
Utque repente cadunt vastissima flumina deorsum,  
Sic tollunt aliunde caput facile illa repente:  
Non magis ad fluctus dicas descendere salsos,  
Quam sursum aeternus conscendat fluxus aquarum;  
Tergora nam super alta freti se vertice longo  
Immittunt, nihiloque minus spiralia eundo  
In mare caeca facit vestigia, tramite flexo,  
Quam, in facie, fiant curva serpentina, (1) sicci. (2)  
Obvia ibi findunt scopulorum corpora passim,  
Quorum non semper contendit ad aëra vertex;  
Usque adeo occulta est disperso in flumine causa,  
Et pronus recavata magis descensus ad ora  
Dum naturali motu discurrit in arenis: (3)  
Sic inum penetrant, emergunt deque profundo.

(1) Questa virgola e le precedenti le ho messe per indicare che il *sicci* è da congiungere con *facie*.

(2) Questo punto manca.

(3) I due punti mancano.

Exemplar ex omnibus magnis fluminibus, quae super Telluris convexitudine serpentina in arcum, non in rectum procurere inveniuntur.

Aspice Leucoreis veluti digressus ab oris  
Germanum Oceanum per ripas Albidos undae  
Si petis alta, poli magis ac mage sidera fient;  
Altior ipsa tibi se adtollit Parrhasis ursa.  
Si vero ad fontes versus iuga densa Boemi,  
Illa quibus tepido plus fias proximus Austro,  
Adventes, Cynosura magis se deprimet, atque  
Austriacus adsurget, Boreus se condet olympus.  
Ergo sublimis geminos est Leucoris intra  
Fines, unde ouerat se flumen et exonerat se.  
Circuitus porro hanc habet omnis conditionem,  
Partibus e cunctis aequae ut sit et altus et imus.

Et in promptu est ut aqua aequaliter ascendat atque descendat, quod certe non habet, nisi ex proprietate obliqui motus et ex innato cursu, in circulo enim monstratum est ubique ascensum pariter accipi atque descensum.

Nec magis in planum campi decurrere ab alto  
Spectamus rivos, quam demigrare profundo;  
Scaturit e plano rivus de valleque surgit,  
Surgit et excelsi rivus quoque culmine montis.  
Sic quoque viventi, per venas, sanguis ad omneis  
Membra partem currit sursum atque deorsum,  
Adque alio varie dispostos totius artus:  
Nec magis est facilis progressus et unus et alter,  
Ad centrum adpulsus Telluris partibus est sic,  
Ad cordis sedem ceu partibus est animantis.  
Nec quaesita quies, neque naturalis habenda est,

Si nusquam pars ulla manet, si cuncta moventur  
Continue, atque alia et alia pro sorte geruntur.  
Nec tantum alteritas in toto et partibu' cunctis  
Continua est, verum neque constans sede in eadem  
Est et idem totum: quia numquam partibus unus  
Ordo est, aut numerus, velut est in flumine apertum,  
Extremum et medium cui sunt variata repente,  
Ne ex aliis ullae constant in nomine parteis.  
Influit externum, deque effluit omnibus id quod  
Immanet, et nihilum est sistens in partibus iisdem  
Quandiu vel dicas quod sistat partibus iisdem.  
Si vero est totum, quod in iisdem partibus usque  
Consistens videatur, et id scio nil minus esse  
Etsi (1) est illa latens. In eadem conditione  
Pleraque sunt etiam, quorum mutatio multo  
Tempore conspicua est, argenti, auri, atque adamantis.  
Nam si esset quicquam, quod posset in unius horae  
Esse manens spacio, cedo nunc, quid deinde vetabit  
Naturae effectum, qui non dissolvitur umquam?  
Nam si fixa foret rota temporis, omnia in ipsum  
Vertisset. Talis certe est substantia rerum,  
Utpote quae sola est constans, (2) natura atomorum.  
Ergo animi tandem melioris concipe vires,  
Tum demum praesta naturae vocibus aureis,  
Scripturamque eius claram in vultu specierum  
Sensibus obiectarum humanis, et rationi,  
Perlege, praecipuas animae adaperito fenestras.  
Aspice nun possis oculis comprehendere apertis,

(1) Il testo ha: *Et si.*

(2) Questa virgola manca.

Quod tibi sub caeco, verum, phantasmate visum est.  
Namque intellectum phantasmata vis speculari,  
Interea sanae modicum tribuens rationi,  
Quae neque phantasma est, phantasmata nec speculatur.  
Abiice commentum, cui nulla extrinseca mater  
Est species, sensus potius male sanus adhaeret.  
Dic: (1) ubi naturae est praxis pro motibus illis  
Rectis, vel qui fit naturae adcommodus unquam  
Principio manans de externo, de violento, (2)  
Unde est perversus ille inditus ordo elementis,  
Neque super terram est nervus genitalis aquarum,  
Iniectusque eius per viscera sit violenter.  
Ast quae natura est, quam nunquam vincere constat?  
Victaque perpetuo est? et cui contendere frustra  
Accidat in cupitum, quam nulla potentia lapsam  
Corrigit, erranti seclumque perenne reclamat?

Omnia circumant, et Telluris partes, et maria, et flumina variant,  
inflexo reflexoque quodam naturae ordine, vicissitudines: sicut ma-  
teria hinc inde, influendo effluendoque, vagatur, ita etiam circa mate-  
riam, (3) formae. Non est etenim forma aliqua, quae cum sibi ma-  
teriam semel usurparit, hanc semper contineat: non est materia  
vaga, quae cum certam semel asciverit formam, hanc semper su-  
stineat. Inde enim factum esset, ut, cum materia semper aliam a-  
liamque suscipiat formam, et aequalem habeat ad omnes potentiam,  
et consequenter ex aeternitatis virtute in hanc debeat aliquando  
incurrere, potentem, (4) eam sibi aeternae obligare: certe omnia es-

(1) Questi due punti mancano.

(2) Il testo ha un punto.

(3) Questa virgola manca.

(4) Questa virgola e la precedente mancano.

sent in ista forma constituta, et nulla esset in rebus alteratio et differentia.

### CAPVT XIX.

*Distantia maiori non acquirere vel habere corpora maiorem adpulsum, immo nullum ad locum, inde abacta.*

Constet praeterea quantum Stagyreus aberret  
Callibus a veri, sibi dum suadetur et illud  
Quo si disiungat corpus distantia maior  
Finibus e propriis, tanto vehementius illos  
Adpetat, appulsu adque illos maiore feratur,  
Natura est eadem quia distantia atque propinquo:  
At mihi sat melius nostri sentire videntur,  
Ut nos ipsa rei facit experientia certos,  
Divulsas partes, propriisque a finibus actas,  
Hic ubi comprehendit seorsum distantia maior,  
Ad proprias non plus regiones illa facultas (1)  
Approperandi aderit, proprio quam corpore vulsis  
Viventium membris, de sanguine et ossibu' quorum  
Quodque ubi succumbit propria de parte recisum,  
Sordet, quandoquidem perit prior illa facultas  
Quam sanguis proprium per totum currit et haeret  
Cognato ad vitam momento spiritus illi  
Aëream quae sunt partis latae in regionem,  
Et redeunt, ac natura constanter aguntur,  
Vere de proprio non discessere theatro.  
Nam, ut perspectum est, nec non Stagyrita notavit

(1) Il testo ha: *ad proprias non plus ad regiones ec.*

Pars est Telluris nebuloso turbidus aër  
Atque procelloso spiramine refluus iste.

Integra mundorum quoque corpora respicienti  
Extremum et medium nequeunt cognoscere quicquam  
Extra orbem proprium, et synodi certae (1) regionem.  
Nam circumcirca per cunctas undique partes  
Aequalis parilisque rapit respectus et ordo.

Quaeritur a Peripateticis quare cometarum vastissima corpora, quae telluris molem fere  
vel prope (2) exaequantia oportet esse, a sua illa aeris incutiva regione infra ignis sphae-  
ram non cadunt in terram; a qua intelligit esse partes, exhalationum specie, separatas,  
quae in combustibilem massam (tantae durationis) sunt concretae ?

Proin portentosi populo natura cometae  
Id poterit clarare tibi, si talis habenda est  
Qualem definis, cum terrea materies sit  
Istius, (3) in formamque illuc sublata vaporis.  
Parteis nimirum has minime aduigrare profundum  
Terrai, ac nostrum ratione haud dixeris aptas,  
Qua nimium distant, rapidique potentia caeli  
Torqueat in cyclum (ceu cuncta) potenter easdem.  
Hinc circum terram Eoo de littore surgunt,  
Et nunc Oceano propeere conduntur Ibero.  
Attamen heic non est tua illa essentia quinta,  
Terrea sed moles ibi spissa ac densior acta,  
Ut suesti multis etiam comprehendere signis.

(1) Il testo ha: *certi*.

(2) Il testo ha: *probe*.

(3) Di questo e dell'altro verso ho dovuto rinutare affatto la punteggiatura. Il testo ha:

*Istius informamq; illuc sublata vaporis  
Parteis, nimirum etc.*

Praesertim vero quia tandiu torrida flamma  
Ac tantae molis supera manet in regione,  
Robore quam spisso patitur combustilis (1) humor,  
Quem multa iccirco affectum gravitate reamur,  
Quod modica laud pote sit tempus consumere parte.  
Terque quaterque novis Lucina in cornibus ortus  
Inventa est iterasse suos, ea massa priusquam  
Ignis per vires fuerit populata voracis,  
In vacuas aurasque cinis dilapsus inanis.  
Ergo intervallum gravitatis si rationem  
Non tollit, non extenuat, mihi dicito quare  
Corpus tam vastum, corpus tibi pondere mirum,  
Non modo non recidit, neque constat in aethere fixum,  
Sed, velut astra, (2) facit circum terrestria gyrum.  
Cum velut astra tamen non gaudet pondere nullo,  
Cum sic aethereo possit raptarier orbe,  
Ut nullam a stellis designet differitatem.  
Ergo dede manus tandem ratione coactus.  
Te premit hinc etenim atque illinc angustia duplex;  
Vel nihilum fateare illic gravitatis inesse,  
Aër quod subsit multus, cui nulla facessunt  
Quominu' sustineat tantum ille negocia corpus.

(1) Il testo ha: *combustilis*

(2) Questa virgola e la precedente mancano.



## CAPUT XIX.

De vera cometarum substantia adiiciuntur quaedam superius explicatis

At veram potius naturam crede cometae  
(Qui species est (1) Telluris, mundusque per orbem  
Oblique ad visum hunc speculari corpore latus),  
Quando principis nequeas comprehendere iactis  
Quid facit, ut tanto spacio nunc cedat (2) in Austros,  
Nunc autem Boreum refugax contendat in ortum,  
Nunc magis accedat summi ad fastigia caeli,  
Et longo nimium tractu divellitur ista  
A regione, fuit postquam tam proximus illi;  
Dic: quonam pellente, (3) suis de finibus exit?  
Mitte quod et motum, qui sit sub imagine terrae,  
Si circumscribas, verus tibi motus apertus  
Mox aderit, propiusque oculis rationis oberrans,  
Quo valeas animam motricem corporis esse  
Illius, atque hebetate ulterius non currere sensu.  
Respice vestigans motum num cauda sequatur?  
A tergo siquidem flammantia concita caudam  
Cuncta trahunt.  
Perpetuo ad solem neque forma fertur eadem,  
Sed tamen opposita ad solem de parte pererrat.  
Et mirum medio cum sint ea corpora in igne,  
Cur latere ex uno tantum flammata videmus,

(1) Qui il testo ha una virgola che noo ci va.

(2) Il testo ha: *caedat*.

(3) Questa virgola maoca.

Ut queis non circum, sed queis supponitur ignis? (1)  
Dic etiam: quaenam caussa est, cum flammea sursum  
Vis tendat, tamen illa minus contendit in ipsam?  
Fare etiam: interdum cur nam cauda illa recurva est?  
Edoce multociens cur conus nectitur astro,  
Ne liceat candas inter numerare comasque? (2)  
Hinc basis angusta est (3), culmen vero inde peramplum?  
An non igniti a specie isthaec prorsus abhorrent?  
Dicito: si rapitur motuque cometa diurno,  
Unde etiam proprii sunt tot discrimina motus,  
Quae coram obiectent naturam omnino planetae?  
Quin etiam supera ultra lunam sunt regione  
Comperti, atque ultra Solem, Venerisque tenere  
Mercuriique locos concessum est astronomorum  
Turbae, (4) immo et super hos septem comprehenditur unus  
Temporibus nostris, visus fermeque per annum.  
Miraculum attonitis magnum, signumque futuri  
Exitii mundo, discissas alitrionantis  
Edicto leges naturae non patientis  
Ulla peregrini vestigia corporis ultra  
Lunarem invexum, quia sic Stagyrita docebat.  
Ignea sique coma est, quare ergo sentis, in ipsis  
Compertam fixis, Chaldaeis adstipulatus,  
Visu confirmans proprio? Dicisque measse  
Cristato quosdam de septem errantibus orbe  
Saepius: atque istud me non latet. Unde negabis

(1) L'interrogativo manca.

(2) L'interrogativo manca.

(3) Il testo ha: *angust.*

(4) Il testo ha: *Turbae.*

Ergo astri speciem, quoniam accendi ista videntur  
Rursumque exstingui, neque multo tempore sese  
Insinnare oculis, et crescere deminuique?  
Horum ut cognoris causam, nodisque relatis  
Comperta liber fueris luce, illa parentis  
Dogmata Pythagorae sapiens reverebere deinceps.

Cometae apparentia est lux Solis reflexa in aqueam, ad oculosque nostros oppositam, astri superficiem, in qua scilicet radius noster visualis cum solari radio angulum efficiunt. Subiectum cometae est planeta, Solem circumsecurans non minus, atque aliter, quam Tellus, substantia quaedam composita est; ab istis vero famosis planetis sola relatione differens: quoniam ea de causa raro apparent, quia eorum circulus non venit ad eam oculorum nostrorum et Solis oppositionem, ut specularem reddat lucem; nisi raro, quando scilicet ita devenerit utrumque astrum, ut splendor ille excitatus in corpore astri habet ad oculos nostros reflexionem. Et nihil est quod obstare possit, quominus eadem relatione omnino vicissim corpus Telluris, fulgidum astrum, alio tempore in speciem cometae illi appareat, cum ocularis radius eorum qui sunt in illo planeta (quem cometam dicimus) una cum solis radio angulum facient in opposita lucida facie Telluris secundum easdem durationis et qualitatis differentias.

Sol et astra scintillantia perpetuo visibilia sunt per tenebras super horizonte exposita, quia per se lucent, in quacumque sint caeli regione. Ex aqueis vero Mercurius, Luna, Venus, Iupiter, Mars, Saturnus, propterea quod eorum circulus vel est idem cum circulo Terrae, ut Mercurii et Veneris, possunt mutuam perpetuo retinere aspectum, et semper sunt in oppositione, quia e diametro distant. Vel est alius ab circulo terrae, sed tamen ad easdem partes, nempe versus eam caeli regionem, in qua deveniant (I) ad Solis oppositionem, qua sustineant angulum ex radio Solis atque visu nostri, idque in omnibus

(1) Il testo ha: *deveniat*.

eorum circuli partibus. Et huiusmodi planetae ad omnem oppositionem veniunt, in omnibus nempe signis conspicui. Vel est ad alias partes, sed non omnino, quia possunt ad breves quosdam arcus certis temporibus incidere, in quibus ad specularem nobis veniant oppositionem; et planetae isti sunt interdum sensibiles cometae; vel est ad alias omnino partes, quibus nullo tempore et nullo loco fiunt in oppositione, et hae stellae sunt planetae occulti.

Ex consideratione eorum, quae modo dicta sunt, infertur, eorum apparentiam non posse perseverare usque ad longitudinem quatuor signorum, raro autem ultra longitudinem trium: quoniam qui ita obliquum peragunt circulum non plus quam in tanto spacio ad specularem possunt oppositionem venire. Ad hoc enim, ut planetae a nobis videantur, non sufficit ut sint nocturni; super horizontem, et illustrentur à Sole, verum etiam opus est ut angulum in eorum illuminata superficie faciat visus nostri linea cum radio Solis. Experimur enim quod, cum tota aqua fluvii, vel maris illustretur, non undique tamen nobis lucet, sed ex certa tantum parte; et licet totum speculum recipiat imaginem oppositam, eam tamen non undique videmus, sed a certa oppositione atque conversione.

Propter eam ergo, quam habent caudam, non sunt credendi alius substantiae, quam planetae reliqui: quandoquidem, ut in superioribus notavimus ex observatis nostro et alio tempore, et cometae interdum apparent maiore, interdum minore, interdum minima, interdum nulla cauda. Et hoc vel toto circuitu sui arcu, quo nobis sunt conspicui, vel parte; et quaedam non alia ratione differre comperiuntur a planetis, praeterquam quia non sunt ordinariae apparentiae. Dico ergo non propterea esse substantiae discrimen, quoniam et cometae apparent interdum sine cauda, et planetae interdum caudati. Planetae enim ex aliqua regione caudati videbuntur, quorum cauda sicut intendi potest, et remitti, ita et omnino tolli. Sine coma nobis apparuit insolens illud astrum iuxta Cassiopeiae sedem ab initio Novembris Anni Christianorum MDLXXII. usque ad mensem A-

prilis MDLXXIII. qui sunt (1) menses sexdecim, fulgore luminis sui stellarum omnium primae magnitudinis dignitatem longe exuperans, quod ea de caussa sidus novum appellant mathematici, et non cometa; quasi cometae sint elementalis substantiae, illa vero non. Unde Cornelius Gemma, qui ea quae sunt extra naturam Peripateticam, putat esse simpliciter extra naturam, (2) Astrum hoc (inquit) quicumque ad naturalem referunt causam et sub communi cometarum ambitu censent, proculdubio sese demonstrant in demonstrationis methode, doctrinaque Parallaxeon, nedum in universo mathematicum genere, et in geometricis elementis quam minimum esse versatos. Verum ad eam probationem vel tot probatissimorum hominum, qui eandem stellam tanto studio ex tam diversis longissimeque dissitis terrae partibus observarunt, in unum (3) conspirans fidem perpetuam proculdubio in posteris promeretur. Et addit idem ad sententiae marginem: Audent quidam asserere quod caudam vel comam in co sidere adnotarint. Mirum, ne dum se oculatiores (4) caeteris volunt, ollas et cucurbitas lippiant, et saturnias lemas. Nos etiam in love et Venere comam eiusmodi vel caudam saepius (5) observamus.

Ex hisce observationibus manifestum est, quod esse caudatum, vel esse sine cauda vel coma, non facit ut specie credamus haec astra differre. Non caudata porro astra haec multoties occurrunt, sed non ita prudentibus mathematicis offeruntur vel attentis, qui eorum differentiam ab ordinarie apparentibus intelligant, caeteris quippe vulgari sensu praeditis, nisi caudae vel comae celebritate fulgeant, in aequo haec astra sunt atque alia. Atqui nostro seculo restituta est aliqua felicitas, ubi, defunctis Chaldaeis, deletis Graecis, dormitantibus Italis; ex Prussia et ex Germanici Oceani littoribus principes in

(1) Il testo ha: *sent.*

(2) Qui il testo ha *uo punto.*

(3) Qui manca il soggetto, che potrebbe essere *sententia.*

(4) Il testo ha: *oculatiores.*

(5) Il testo ha: *sapius.*

nostrae philosophiae favorem divina providentia suscitavit atque solertiores astronomos (1), nisi quod ex iis quidam, tenebris vulgaris philosophiae atque fidei obcecati (2), nova hinc signis Deum miracula facere clamitant, quae verius Aristotelis facit disciplina.

Neque referre praetermittam quae quaedam, sub Tichone Uraniburgi degens, Olaus Cimber refert de alio astro observato, anno Christianorum MDLXXXV. a decima octava Octobris usque ad Novembris duodecimam, circa linum Piseis meridionalis, cuius magnitudo fixas primi honoris excedebat, non tamen luminis (aiunt) claritate. Ex quo possumus intelligere esse planetam, deque natura aquae speculariter splendentem (3), non autem de natura flammae principaliter. Tenebroso (ait Olaus), subpallido, et obscuro lumine praedita erat, adeo ut nebuloso gyro Cancri, ubi praesepe est, quam simillima stella fuerit. Fuit etiam undequaque rotunda compactior et lucidior aliquantulum in suo meditullio, sed circa extremitates rarior et obscurior (ait ille.) (4) Ex quo confirmatur noster sensus, quod non possit esse materia (5) accensa, quam par est opacitatem servare in medio, ubi materia combustibilis crassior est et minime clarior. Addit: Nullam caudam (6) in longum ab aliqua sui parte, quod ut plurimum in Cometis fieri solet, protendebat, sive quod revera (7) nulla sui parte oblongior fuerit, sive quod caudam illam, si quam forte habuerit sursum, (8) a nobis averteret, eo quod circa solis oppositum toto suae durationis tempore versaretur, in cuius contrarias partes, (9) cometarum caudas quam proxime extendi, crebra experientia compertum est. Per huius recentis stellae occursum, magnus in Germania Lantgravius Gulielmus

(1) Il testo ha: *astromos*.

(2) Il testo ha: *occecati*.

(3) Il testo ha: *splendens*.

(4) Questa chiusura di parentesi manca.

(5) Il testo ha: *matera*.

(6) Il testo ha: *nulla cauda*.

(7) Il testo ha: *re vera*.

(8) Questa virgola manca.

(9) Questa virgola manca.

Hassiae renovavit memoriam eius, quod observaverat integro decennio elapse: testatus eandem stellam ab ipso, eiusque mathematico Christophoro Rothmanno, observatam die octava Octobris in Piscium vigesimo tertio gradu cum latitudine meridionali quatuordecim partium. Quapropter iudicat Olaus fieri potuisse, ut paucis aliquot diebus prius effluerit; unde manifestum esse debeat, ipsum astrum facile conici posse ex quantitate et qualitate motus ipsius; et hisce duabus differentiis, quibus temperibus ad id veniat situationis, unde nobis possit esse conspicuus, per ea quae dixi circa causam differentiae horum qui perpetuo videntur, et horum qui ad certas motus sui arcus distantias. Ut ergo non fabulosa haec, ita neque ficta oportet existimare quae de Hipparchi (1) stella refert Plinius, qui annos Christianorum annis centum et viginti quinque praecessit; quod viderat stellam novam aeo suo genitam, vel deprehensam, pro qua in dubium esset (2) perductum, an hoc saepius fieret, moverenturque stellae, quas putamus affixas; ausum propterea rem vel improbam Deo, (3) annumerare posteris stellas, et sidera ad normam expandere, caelo in haereditatem cunctis relicto, si forte quisquam, qui rationem eius caperet, inveniretur. Itaque naturam horum planetarum ab aliis neque apparentiae raritas, neque comae caudaeque protensio distinguit. Quin et Aristoteles ipse, meteororum primo, refert, et non errantes stellas accipere comam, ideoque Aegyptiis esse credendum; quod et ipse comatam stellam viderit in femore canis.

Antiquorum tantummodo derisas habemus et imperfecte relatas a sophistis positiones, quorum tamem rationes nullae extant, nulla monumenta; quinimmo theses illae vel contradictione indignae ab imperitissimo vulgo censentur. Atqui *Veritas Temporis Filia*. Aristo-

(1) Il testo ha: *Hipparchi*.

(2) Leggerei: *esse*; altrimenti bisognerebbe leggere *perductus*. L' *ausum*, che segue, richiede di mantenersi l' *esse perductum*.

(3) Questa virgola manca.

teles in meteorologicis (1) refert, Aeschylum et Hippocratem Chium dixisse, cometam esse planetam, comamque ab humore per solem elevato accipere. Ex quibus etiam sensu et verbis habetur eos, (2) cometas, planetas, et Tellurem ad eandem retulisse speciem; quid est enim astrum, a quo humores per solem elevantur, praeterquam mundus huic nostro mundo per omnia similis?

Illam sensibilis cauda, quae etiam multiplex aliquando apparet propter congruentiam illius globi aquei ad obiectum solis, (3) ibi ex superficie illuminata corpus planetae sensibile fit; a quo etiam ad solem, sicut ab hoc nostro mari, fluminibus, stagnis, et altis omnibus Telluris partibus, continue per calorem materia nubium et pluviarum vapor in circumstantem aerem explicatur, idque magis ab uno loco fit quam ab alio, quando tum varia est Telluris superficies exposita in siccitatis humiditatisque gradibus, tum et solis actio varia est, qui per vices omnibus (4) nunc ad illum tropicum accedit magis: unde et hoc potuit videri causa, qua eadem stella nunc non comata apparet, nunc vero sic, rursus nunc magis comata, nunc vero minus, quia scilicet non semper, neque undique aequo sensibiles vapores a corpore diffundantur. Ita et in Telluribus illis evenit, ut non solum ipsae per aqueam superficiem splendeant, sed per humoris densitudinem circumstantem circumfulgeant; etiam sic in impressione quae halo appellatur circa solem, lunam, et maiores stellas, propter aeris crassitiam intermedientem. Candam ergo oportet esse substantiam (5) quidem vaporosam, quae ad partem solidam non spectet, sed per humorem per aerem ab illo corpore astri effluentem, virtute concipientis et dissolventis caloris a sele.

Licet autem ex toto hemisphaerio illa humorum attractio et elevatio fiat, non opus est neque possibile, totam stellam undique

(1) Il testo ha: *metheorologicis*.

(2) Questa virgola manca.


(3) Il testo dopo *solis* ha un punto, e dipoi la maiuscola.

(4) Pare che qui manchino alcune parole; forse: *nunc ad hunc*.

(5) Il testo ha: *substantiam*.



apparere crinitam, caudatam, barbatam, sed tantum ad refractionis latera, sicut in plano speculo ad lucem et imaginem obiecto; quod licet undique splendeat et referat imaginem, nihilominus ex ratione anguli constituti in planitie illa, per visus et visibilis speciei linearum inclinationem, opus est ut apparentia et praesentatio (1) causetur. Cauda vero extenditur deinde propter anguli fluxum. Oculo enim et imagine existente in A, qui ad rectum angulum ra-



diat super speculo BC in punctum D, angulus nullum habet fluxum ubi aequales sunt anguli ADB et ADC. Hinc cometa ille rotundus sine cauda. Quod si oculus et imago E ad angulum acutum radiet super speculo BC, qualis est angulus EDC, tunc a puncto D versus punctum B fluens angulus causabit caudae cuiusdam apparentiam propter imaginis defluentem elabentemque speciem: et caudae, seu defluxus eius, species tanto protendetur amplius, quanto angulus EDC amplius angustiabitur (2): ubi quando proxima (3) fuerint ad acutissimi anguli constitutionem in D extrema duo E et C, ad extremum maior erit sensus caudae cuiusdam velut in immensum protensae, minimus autem vel imaginis et eius quod imaginis est subiectum. Hinc (quod in superioribus relatam est) notavit

(1) Il testo ha: *presentatio*.

(2) Il testo ha: *angustabitur*.

(3) Il testo ha: *proximae*.

Elyseus, cometae absumpta specie longissimae angustissimaeque, (1) protensi erinis speciem remansisse (2). Patet etiam ratio eius, quod dicit Olaus, quod crebra experientia compertum sit, vel nihil vel quam proxime extendi caudas circa solis oppositum. Quod universaliter profert Cornelius Gemma, qui docet cometas semper habere caudam oppositam a sole. Rebus (inquit) accensis proprium est, ut in primis ad suae accensionis principium referantur; contra vero cometis accidit, ut nutent perpetuo ad oppositum solis, ut non tam  $\phi\lambda\acute{\omicron}\gamma\omega\sigma\iota\varsigma$  vera, quam radiorum  $\acute{\alpha}\nu\acute{\alpha}\chi\lambda\alpha\sigma\iota\varsigma$  propterea censeatur. Unde manifestissimum est, hanc impressionem materialiter esse in corpore speculari aqueo; efficienter a sole; formaliter ab impressione lucis et diffusionem radiorum, influxu atque defluxu; localiter in aliquo quadrante, vel circiter, circuli illius planetae seu cometae: situ aliter ubi ita constituitur ut et lux solis et oculi radius in corpore eius sensibilem angulum constituent; temporaliter, quando differentes motus Telluris et illius, per differentes circa Solis atria circulorum semitas, ad eundem vel similem devenerint habitudinis aspectum.


Quae enim super diversis polis moventur, accidit ut aliquando velut occurrant, quandoque concurrant, recurrantque; unde quamvis vel circa proprium centrum seu medium, vel circa tertium medium quod iisdem non sit concentricum, vel etiamsi concentricum sit, non aequae tamen ad easdemque partes moventur, accidit ut etiam, ad duodecimum et trigesimum annum, ad eiusdem capitum relationem redire videantur.

Si enim aequaliter moveantur mobile X ab A versus B, sicut mobile Z ex E versus F, utrumque, respectu alterius, videbitur manere et in eadem perseverare distantia: et haec uniformitas in toto circulo perseverabit, eritque tum vera tum apparens. Si F sit in centro circuli ABCD; et D sit in centro circuli EFGH, si

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *remansisse*.

vero F et D sint extra centrum, tunc si notabilis est distantia, notabilis erit et differentia in velocitate, tarditate, propinquitate, remotione, magnitudine, et parvitate corporis visibilis. Si vero X a B aequaliter moveatur atque Z ex E, eveniet ut perpetuo mu-



tuo nunc magis nunc vero minus appropinquent: et iniquissime moveri videantur: ut quando a B hoc erit in C, tunc illud ab E erit in F: quando hoc a C in D, tunc illud ab F in G, (veluti velocissimo conspicua motu) et ita ulterius usque in finem. Ubi evenit quod cum aequaliter moveantur, vicissim tamen appareant nunc viciniore et (1) velociora, et nunc tardiora et remotiora, nunc maioris, nunc minoris diametri.

Quod si inaequaliter moveantur omnino iuxta inaequalitatis differentias (etiamsi non magno temporis intervallo discrimen sit, ut quantum est inter undecim et duodecim, viginti novem et triginta) accidet ut videatur hoc quidem ad eam cum tertio venire dispositionem, in uno anno; ut Tellus ad idem caeleste signum cum Sole; ad quam illud non deveniat ante duodecimum annum

(1) I' et manca nel testo.

ut Iuppiter, aliud non ante trigesimum annum ut Saturnus. Tres ergo, qui non ita sunt superiores ut appellantur, neque ita circa Solem motu tardiores ut videntur, necessarium est ut simili atque pari complexione, et corpore, et vita similem atque parem et certe proportionalem habeant ad Solem analogiam, quidquid sit de ea quae est inter ipsos planetas: et absque dubio sic Saturnalibus Tellus triginta annorum spacio ad eandem venit cum sole et signis caelestibus dispositionem: sicut Terrestribus Saturnus. Ita Ioviis recursum facit Tellus ad duodecimum annum, sicut nobis Iuppiter. Sed circa horum exactiorem theoriam habendam, quae nulla extat ad naturae speciem, sed ubique est suppositionibus (1) et falsis positionibus confusa et contaminata, non meum est laborare, sed eorum, quibus ad hoc suppeditatum est ocium et pecuniare ingenium, quos spero futuros omnino, et profuturos.

Quodcumque astrum (quod vere astrum est) si interponatur in loco medio intra solem et nos, non multo poterit eidem esse propinquius luna, ideoque oporteret ipsum suis dissimilaribus partibus apparere distinctum, sicut et luna; et quodcumque, tamquam homogenea superficie lucidum, omnino opacarum partium absumpto sensu, ultra solem certe est.

Etsi (2) vero veniant propinquiora nobis quam Luna sit, et pene usque ad Telluris contactum, docuimus ut non sit magis formidandum, ne illa cadant in Tellurem irruantque dissipatura heic aliquid, quam ne Tellus irruat in illa; nullum quippe medium in aetherea regione est, et locus gravis, sed cuique stellae summi centrum est, quod est partium suarum unionis causa. Docuimus ut omnibus unum est undique simpliciter aequale spacium, id est infinitum, et consequenter omnia ubicumque sunt, aequae in medio sunt. Ex positis a nobis manifestum est, quod si partes Telluris vel tota Tellus, quam haberet gravitatem in universo corpore, mo-

(1) Il testo ha *supposicionibus*.

(2) Il testo ha *Et si*.

mentum gravitatis non esset ad punctum circumferentiae (1) aliquod, quia sic operteret illam cadere ab illa parte versus caelum; sed talis punctus nusquam est, ubique enim perpendiculari linea respicit tamquam sursum.

Hoc ita est in omnibus astris sicut in hoc astro, quibus non minus nos sumus sursum et deorsum, quam illa nobis. Non erat ergo quod Cornelius Gemma pro maximo haberet portento cometam observatum a Iohanne Voghelino, anno Christianorum MDXXXII, cuius parallaxis fuit triginta duorum graduum et viginti septem minutum; eiusque locum propterea non procul a medio aerae regionis: ubi miratur quomodo tanta corporis moles tandiu in ea mundi parte librari potuerit, quae nullam haberet motus analogiam atque legem, utpote vaga et inconstans et instabilis observata, neque multum absens a loco unde tonitrua pluviaeque decidunt. Sed esto: (2) Tellurem contigerit, ut dixi, non est formidandum plus quam ne mea viscera et sanguis in alterius condantur irrupendo viscera. Mitto quod apud me tanta parallaxis tantam a terra distantiam non convincit. Aeris regio et mihi et Aristoteli est pars Telluris, quae gignit pluvias et tonitrua. Et ut fiat nobis visibilis, debet extra eorum Telluris esse resplendens. Sed videor audisse eognitum fuisse propter eclipationem (3) multarum stellarum opaciorum specie. Sed quae ex huiusmodi observationibus sequuntur et confirmantur, facile concipiet, cui nostrae expositiones et causas non sunt ignotae.

(1) Il testo ha: *circumferentiae*. Manca qualche altra proposizione.

(2) Questi due punti mancano.

(3) Il testo ha: *eclipsationem*.

CAPUT XXI.

Aliud argumentum contra pluralitatem mundorum

Est aliud spectrum, quo territus est Stagyrta,  
Quoque alios trepidare facit, caecosque manere  
In statione sua.  
Dicit enim: si fit Discrimine pro numerali,  
Ut diversa loco consistant omnia, eandem  
Quae referunt speciem, vel sunt utrumque aliena.  
Difficile absurdum mox imminet atque sequetur.  
Nempe quod e tantis, e tot quoque partibus uni-  
Cuique sibi proprius locus esset contribuendus,  
Quod vult omnino procul a ratione putari;  
Nam quot sunt partes, totidem media esse sequetur.

RESPONSIO

Haec ego perpendens phantasmata, talia credo,  
Qualibus et puero turpe est horrescere. Quid tum  
Si proprium cuique est medium, sique omnibus unum?  
Membra quidem melium, atque basin referuntur ad unam  
Omnia: dein melium unicuique adscribere membro  
Quid vetat? ut cordi proprium, propriamque lieni,  
Pulmoni, manui, ventri, capiti, atque cerebro.  
Immo velut parteis animalis totius unum  
Per centrum constant; pariter respublica quaedam  
Singula de membris recta ratione putantur;  
Proque velut synodo centrum concernere ad unum.  
Immo etiam quaecumque valet ceucumque notari

Pars, hauc perpetuo mediumque admittere oportet ;  
Ut quantum quoddam est, et quanti nomine gaudet.  
Ergo velut ratio qua totum constituatur  
Est certum medium, ratione ita prorsus eadem  
Cui libet est medium membro, quia dicere totum  
Hoc etiam possis, velut estque familia totum  
Per sese quiddam, quamvis pars urbis habetur :  
Quae nox pars regni est, quod (1) magnae est pars regionis,  
Quae pars est mundi, quem tandem continet illud  
Cui medium est nusquam, medium cui est et ubique.

## CAPUT XXII.

Aristotelis argumentum probans finem rerum ex eo quod omnis motus est ad terminum ut quiescat in eo, vel circa terminum ne recedat ab eo, intra terminos quia non est infinitum mobile.

Ergo alia arma move, solers philomuse, morando  
Multa agitans, ne fors te paucis succubuisse  
Coniciant ; quamvis mucronem hastilia nullum  
Contineant, iaculare tamen. Nunc principio illud  
Scilicet, ut motum, qui est simplex, (2) perpetuo urget  
Terminus, hic semper proprius quoniam est locus illi,  
Quodlibet ex una exagitur mobile parte,  
Atque alia in certa contendit sistere parte ;  
Proinde aliud prorsus sunt quorsum, ac terminus unde ;  
Ut sanum atque aegrum, parvum magnumque ; nam illud  
Sanari quod volt, ad finem haud indigne tendit,  
Verum de morbo ; neque quolibet it bene versus,

(1) Il testo ha: *q*.

(2) Questa virgola e la precedente mancano.

At versum incolume. Quare neque terra nec ignis  
Tam certos fines, diversos tamque requirit,  
Ut summum atque inum sunt duplex terminus, unde  
Latio finita est naturae hinc indeque recta.  
Circuitus meta compressus non minus exstat  
In geminas, qui namque secat sphaeralia parteis  
Dimetrus, (1) excursus monstrat facile atque recursus,  
Principium ac finem, quae puncto adtendis in uno, (2)  
Stante quod in cyclo non sunt contraria toto.

RESPONSIO

Ex hoc quod sursum et deorsum non sunt absolute, sed respective in ordine naturalium.

Haec ita; sed nostrum (3) non est qui aliquando negarit,  
Motibus ut certis instet finis quoque certus.  
Simpliciter vero certum sursum atque deorsum (4)  
Militat adversus tum sensum tum rationem:  
Omnia namque suam nullo discrimine sphaeram  
Seu patriam affectant, unde et quacumque feruntur,  
Atque viam pandunt, modo non distantia multa  
Obstet et impediat proprium interiecta recessum. (5)  
Nempe ita cuncta sibi quae sunt contraria vitant,  
Ut, quo adserventur, contendant impete nixu:  
Nam et supponenti Stagyritae principiorum  
Parteis confessum est quod, si peregrina subesset

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Questa virgola manca.

(3) Il testo ha: *nostrum*.

(4) Qui il testo ha una virgola.

(5) Questo punto manca.



Massa infra terram, nisi vi non sisteret illic,  
Sed toto adpulsu conscenderet ad sua, terra.  
Flammea visque ignis sistet super atria Lunae,  
Et via prompta datur, prompte demigrat in inum,  
Ergo est respectus: non est natura deorsum  
Et sursum faciens; locus idem est altus et imus.

Omnis quomodo sit finitus singulis motus, et infinitus.

Praeterea quamvis verum est, quod terminus, atque  
Certum stat medium, quo quidque appellit et exit;  
Non tamen iccirco poteris confingere mundum  
Finibus arctatum certis, quos nil datur ultra.  
Nec tantum inficias quae innata potentia rebus  
Scitur in aeternis, quia principia alta perenni  
Se exagitant cursu, et poterunt componere ubique,  
Atque aliis aliisque bonum concedere vitae;  
Sic numero sine fine loca et subiecta pererrant.  
Ad finem tamen est omnis mutatio praesens,  
Quilibet e mundis velut est finitus, et ipsis  
Finita est regio; cuius transire elementa  
Pro casibus valeant positis confinia tandem. (1)  
Hic motus primis est partibus, ex quibus omne,  
Ut valeant regionem incurrere de regione;  
Haud tamen iis, quibus est certae adservatio formae,  
Quae sunt vel membrum, vel membri portio nota;  
Hisce opportunum est proprios percurrere mundos.  
Quocirca partes, quae istius sunt speciei,  
Sunt etiam certae omnino adstrictae regioni.

(1) Questo punto manca.

Ergo aberit multum, ut Terra e regionibus alte  
Abiunctis, vel pars terrae pertingat ad istam,  
Ut gemina tibi nunc solide ratione refirmo.

Non est infinitus motus rei compositae, quia progressus alteratur facile et corrumpitur,  
iccirco infinitum respiciunt spacium sola prima et individua elementa.

Quarum una est, quoniam constat contraria totum  
Perficere, ut calidam naturam frigida semper  
Oppugnet, nec non succedant ista vicissim  
Perpetue, iustasque vices certo ordine servent:  
Mutuum unde etiam genitant refoventque poterent.  
Non dabitur liber quapropter transitus ille ad  
Omnia, quandoquidem sic in contraria curret.  
A quibus esse queat nullo peregrina labore  
Victa, nec in propria posset consistere forma,  
Verum in victoris. Quare pars illa moveri  
Desinet omnino, quia non est amplius ipsa,  
In sparsas atomos quando igne soluta recessit.

Altera, (1) nam, velut est dictum, clarissima constant  
Experimenta, quibus propria tantum e regione  
Istius appulsus speciei in partibus exstat; (2)  
Nam propriae quae sunt sphaerae. (3) magis lata propinqua  
Quaeque ignita vires tanto velocius illuc  
Contendunt, tanto et vehementius obvia pellunt,  
(Ni fallant sensum interdum, quia longius abstans  
Tardius ire putas, etsi non tardius ibit). (4)

(1) Questa virgola manca. Si sottostante *ratio*.

(2) Il testo non ha questo punto e virgola.

(3) Questa virgola e la seguente mancano.

(4) Questo punto manca.

Humano vegetem excursum in corpore sanguis  
Humoresque tenent alii cum munere vitae,  
Non extra totum, proprioque ex orbe revulsi.  
Nimirum in toto per cunctas undique parteis  
Motantur: propriis autem de finibus actae  
Consimile haud retinent quicquam, quantumlibet haerent.  
Tanto igitur spacio adpulsus servabitur ille  
Dimidium quantum radii centro e regionis,  
Seu radius signat, circumqueferentia sistit:  
Quam circa minima est gravitas, ceu maxuma centrum  
Apparet circa; mediisque in partibus exstat  
Discrimen gravis atque levis magis, (1) ut prope finem,  
Vel centrum, minus atque magis sita comperientur.  
Parteis, queis gravitas levitasque tributa, per illud  
Quod natura sunt quadam fraudata, petuntque  
Ocius ad propria, ut animalis spiritus ipse  
Attrahit aut pellit certo de limite, recta (2),  
Quodcumque ergo grave est apprime, (3) dicito tandem,  
Sicubi devenit certo discrimine, distans:  
Non premit hoc gravitas, neque pro levitate levatur.

(1) Il testo, invece, mette la virgola dopo *levis*. Le due virgole seguenti poi mancano nel testo.

(2) Il testo ha: *recta*: tutto il periodo manca di punteggiatura.

(3) Questa virgola, e le due seguenti mancano.

# JORDANI BRUNI NOLANI

## DE INNUMERABILIBUS ET IMMENSO

---

### LIBER VII.

---

#### CAPUT I.

Suadet iis qui haec non capiunt, ne sine ratione a vulgaribus recedant sensibus.

Sunt tenebras toto palpantes tempore vitae,  
Qui se mirantur tanquam Sophiae alta tenentes  
Atria: lanigerum pecu post vestigia belvae  
Cornibu' donatae, ast sensu nihilominus orbae.  
Ollis vox populi atque Dei sunt unum idemque,  
Et scire est quod fama virum, vulgata fidesque  
Suggerit, inflato de pectore promere; bello  
Naturae indicto, rationi ac sensibus, acri.  
Alteriusque oculis fari instructos, alienoque  
Ore videre magis, stulto et phantasmate mentem  
Frenare, hoc sophia est vera, et sapientia prima.  
Hos (ni me fallat ratio) sic destituendos  
Crediderim, atque alta spernendos lege, velut quos  
Non fortunatos meliori sorte Deus volt.  
Consultumque etiam est illis, itaque instituendi  
Ut maneant, dubiam neque curent tangere metam,  
Incertumque (1) scopum, quamvis siet optima per se.

(1) Il testo ha: *incertamque*.

Consultitur nulli vires studiosius ultra  
Eniti, ac proprios extra contendere fines;  
Ceu sine iudicio subscribens et ratione.  
Expers iudicii debet condegere multis,  
Degere cum nequeat cum paucis nobilitatus.  
Elige pastorem tibi, quem fortuna notabit,  
Congenei pecoris tutus vestigia lustra.  
Libera ne placeat vulpis tibi, amice, caverna,  
Cervorum abstrusos tu non imitere recessus,  
Non ausisque feri recubare leonis in antro,  
Infelix, quia non sato celebrer meliore es,  
Desipiens, tardus, vinctu, ungue imbellis, et ore;  
Cui neque sunt astus, neque pernix cursus, et ulla  
Vis animo non est, neque segni tradita busto.  
Non tibi strata via est, qua convertaris in orbem  
Lucis, quocirca sensu tenere probato  
Pluribus, et numero plaudentum, et confamulantum,  
Principis auctoris cuiusdam fama triumphet.  
Sisque ita contentus paucis, tanquam omnia sint haec;  
Nam satis es dives, quia sensus pauperiei  
Nullus adest; sanus, quia nullaque opinio morbi.

## CAPUT II.

Disciplinatis saltem iuxta vulgaris philosophiae principia facilis est aditus ad horum  
cognitionem, a quo omnino arcentur qui magis fide, quam aperta evidentia consentiunt.

Ast vulgata quibus constant reserata elementa,  
Quaeque iis principiis sunt proxima, quaeque remota,  
Ut proprii ingenii perpendant omnia lance;  
Quamvis illa diu convicit opinio mentem,

Et velut in portu velum meliore plicavit,  
Applicuit scopulo, et firmat iacta anchora cymbam,  
Pertaeusque alias curas nil respicit ultra,  
In tenebrisque manens, ceu lumine gestit adepto,  
Ac si hominum genus ingenio non advolet ultra:  
Attamen ut solers succurret nuncius, (1) aure  
Intendet facile melioris nomine (2) portus.  
Eia (ait is) tandem ad dicta haec convertito mentem,  
Nec te praecipitis iacta dictamine sensus;  
Nec te sistat Arabs fatuo quae protulit ore: (3)  
Ignorat quisquis non gnorat cum Stagyreo.  
Confer enim, (4) modo sis sensus utriusque (5) capace  
Munitus ratione, oculis neque lippus, in altam  
Iudicii cathedram conscendas.  
Est proprium plane divinae lucis et iguis,  
Ut si materies apta obiiiciatur ad escam,  
Crescat in immensum tenuis succensa favilla:  
Quodque erat obscurum chaos, indigestaque moles,  
Consurgat rutili mox clara in imagine Solis  
Umbras discutiens erroris, frigora solvens;  
Lampadis illustris fusoque potente calore,  
Noxius ac turpis facile tenuabitur humor;  
Nectare divini roris quo deinde rigatum, (6) est  
Aptius ad fruges meliores pectoris arvum.

(1) Questa virgola manca.

(2) Invece di *nomine* leggerei: *nomina*.

(3) Qui il testo ha malamente un punto: il verso seguente andrebbe anzi virgolato, contenendo appunto l'adagio di Averroè.

(4) Questa virgola manca.

(5) Il testo ha: *utriusque*.

(6) Questa virgola manca.

Ergo licet sint multa prius patefacta, quibusque  
Expleri possit ratio bene nata, suoque,  
Totius ad causam naturae, Marte valeret  
Pergere, et ex alto quasi culmine cernere verum  
(Nam proprio totus poterit succendier igni,  
Omnibus et membris diam lucem atque calorem  
Fundere, qui puncto fuerat calfactus ab uno);  
Attamen et cupio istius relevare laborem, et  
Pro magis ingenio nos urget cura remisso  
Diruere inuisi reliquas moliminis arteis.

### CAPUT III.

Prima et secunda Aristotelis ratio contra mundorum pluralitatem, ab eo quod materies,  
locus, tempusque non est illic.

Denuo propositum dictis Stagyreus ab hisce  
Aggreditur. Nullum extra hunc mundum intellego tempus,  
Nec locus est illic ullus; nam dicere primum  
Corpus, vel caelum nos, longo usu atque peramplo,  
Gnoramus regione e nostra valde remotum.  
Nam caelum est illic, ubi mundi summus horizon  
Terminat, atque ubi sunt nullo quaecunque cientur  
Motu, materies ubi nullaque fluctuat, expers  
Cœruleus (1) Proteus variis illudere formis  
Nesciat: at Fatum est illic, constantia cuncta,  
Pacatique animi, divum sedesque quietae.  
Atque ita, queis mundi gemina est substantia, et illic  
Consurgunt scintillantis tentoria caeli,

(1) Il testo ha: *Ceruleus*.

Quattuor heic vultu residentia corpora opaco :  
Istis comprehendì, comprehendere convenit illis.  
Tali consistunt dispostaque in ordine cuncta,  
Ut mage subtile incurrat sublimius actum, (1)  
Purius ac simplex mage sit quod longius abstat  
Sedibus a nostris, qui deteriore tenemur  
Sorte ; quod est autem convexum supra elementi,  
Et levitate sua reliqua haec subiecta coërcet,  
Concelebri titulo est essentia quinta vocatum ;  
Quod mire caelata facit substantia tanto  
Densius, atque magis vultu rutilante superbit.  
Atque ubi prospicitur species ea lactea, et illa  
Forma subalbentis nebulae, pars spissior orbis  
Est dubio omne procul ; reliquum est pars rarior omne.  
Si quis enim species peregrino corpore in illis  
Orbibus apprendat, quae non absurda sequentur ?  
Corpus discindi divinum, ignobileque istud  
Crassumque et refluum (2) sublimia templa tenere  
Ac medium, et toti sic mundo se insinuare ;  
Cum contra forma est, actus, perfectio, luxque,  
Finis conditione valens, et perficientis:  
Nempe figurari, comprehendì, finibus augi, est  
Materiae subiisse vices, patientis, inepti.

Secundum argumentum Aristotelis a distinctione substantiae mobilis duplicis.

Praeterea primum supra confinia caeli  
Si fuerit corpus, mixta aut substantia simplex

(1) Il testo ha: *actus*.

2) Qui c'è una virgola, che non ci va.



Credatur Physico; nos percontabimur inde:  
An naturali est velut in sede, an violenta ?  
At quam natura id minime patiat, (1) utroque  
Principio video, quo donat corpus utrumque.  
Non ibi constabit facile quod gyret in orbem,  
Nam tali proprium centrum (2) ratione fit extra,  
Et non natura consisteret, at violente.  
Non quicquam ex istis, quae sunt tendentia rectâ (3);  
Illinc sint quippe istorum sedes alienae.  
Caeli concavitas lunaris continet ignem,  
Terraе convexo moles finitur aquarum,  
Horum intermediam regionem vindicat aer.  
Idem ordo quinam (4) poterit servarier illic ?  
Ergo simplicium si non sunt corpora bino  
Ex genere, quoniam vel composta esse putabis ?  
Quare unum tantum est perfectumque undique caelum,  
Cui velut haud simile est quicquam, sic nec decet esse.

#### CAPUT IV.

Tertium argumentum Aristotelis, a ratione pleni et inanis.

Aio extra molem hanc nullus locus est, neque plenum,  
Nec vacuum, neque tempus adest; nam si locus illic  
Est, aut plenus, erit fictus, vel corpore inanis:  
At non est plenus quia simplice non, neque mixto est;  
Non vacuus, quia complecti res hasce valeret,

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *centro*.

(3) Il testo ha: *recta*.

(4) Il testo ha: *quinam*; e così pure due versi appresso.

Quod plane ostensum est omnino non pote factu.  
Vel nil complecti; quia si tale inquis inane,  
Tunc nomen sine re dabis, est etenim rationi  
Ipsius adscriptum, ut aliquid comprehendere possit;  
At vero quicquam comprehendi posse negatum est.  
Non ibi tempus erit, quia motus nullus, et ullum  
Non video corpus, namque heic est mobile totum,  
Heic locus omnis, et heic motus mensuraque motus.

Quartum argumentum, a ratione unius et primi motoris.

Unus deinde tibi motor demonstrat aperte, ut  
Uni motori tantum unum mobile subsit,  
Unde unus motus nempe exagitantis in orbem;  
Solut enim iste valet prorsus conformis obiri,  
Solut et est princeps, regularis, (1) continuusque,  
Undique principium qui constet et undique finis.  
Quare ubi stans unum est dumtaxat mobile primum.  
Rerum una est series, qua sub cuncta inferiora  
Conspirant, uno proque ordine iuncta videntur:  
Unus erit motor, moderatorque omnibus unus:  
Sic unum imperium, mundus, respública, seclum.

Quintum argumentum, a triplici sorte loci, quarum nulla congruit illic.

Indicat hoc triplicisque loci distinctio aperte,  
Nempe grave, atque leve, et substantia neutra superstans (2).  
Mobilia haec tria sunt, sedes sibi tresque requirunt,  
Divina pro lege, imam, mediam, atque supernam. (3)

(1) *Regularis* sta per *Regularis*.

(2) Il testo ha: *supstans*.

(3) Questo punto manca.

Infinus, aio, locus trahit ad se pondera cuncta, (1)  
E regione tenens centro magis ora remota  
Maiori captat spacio advolitantia (2) sursum: (3)  
Undelibet gemina ista petunt loca corpora cuncta  
Cursu quae nequeunt alio deflectere, namque  
Forti decreto natura necessitat omne.  
Ergo si certis certae sedes speciebus  
Stant (4), quibus hinc dōrsum definitum, indeque sursum, (5)  
Stelliferumque praeest, prono quod vertitur alveo,  
Contentum a nullo, quod continet omnia caelum,  
Unus erit mundus, sinus unicus omnia claudens.

#### CAPUT V.

Sextum argumentum Aristotelis, ab impossibilitate diversorum centrorum, quia scilicet centrum A plus distaret ab H quod est eiusdem speciei, quam a B puncto contactus (6) peripheriae duorum mundorum A et H.

Si minime centrum variorum intelligis unum  
Mundorum, atque omnes non ambiat unus horizon,  
Nimirum haud specie, ast numero hos differre necesse est;  
Quod si ita, tunc etiam solide concludere oportet.  
Longius a medio medium constare remotum,  
Quam siet a medio semotus magnus horizon.  
At medium a medio speciem concurrere in unam  
Quis negat? et summe cui non contraria distant?

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *ad volitantia*.

(3) Questi due punti mancano.


(4) Il testo ha: *speciebus, Stat quibus*.

(5) Qui il testo ha un puoto, che non ci va.

(6) Il testo ha: *contractus*.

Septimum argumentum a contactu confinium mundorum in puncto, quia eadem est potentia partium B C D E F G a circumferentia mundi A ad centrum A, atque a circumferentiae mundorum contiguum H I K L M N punctis et partibus eisdem ad centrum A.

Unius plures si mundi sunt speciei,  
Aequalis vel erunt molis, vel proximae (1) ad aequam.  
Contiguos porro sex uni comperiemus



Posse pares, (2) plene si circumornabitur orbis.  
Quod si ita (3) horizontes reliqui, qui tangere puncto  
Internum hunc unum possunt, nihilominus unum  
Concernent medium, constabit at actus iniquus,  
Heic ubi stat series eademque, eademque potestas.

- (1) Leggerai piuttosto: *proxime*, per la metrica.
- (2) Questa virgola manca.
- (3) Nel testo segue la maiuscola.

Octavum argumentum Aristotelis.

Praeterea attiguos puncto quoniam decet esse,  
Est operae precium, spacium remanere triquetrum,  
Quod finit terni convexum corporis, inque  
Terno ternum arcum puncto conterminat aequae.  
De triplicique intus triquetrum formatque recurva,  
In quo nimirum spacio, (1) est opus esse quod implet,  
Ni forte interiecta est natura invida inanis.  
Atqui, (2) ubi non locus est ulla ratione elemento,  
Aut caelo, quoniam est bene comperta ultima finis,  
Nimirum est vacuum forti ratione negatum,  
Ne videatur opus nos haec adnectere plura.

CAPUT VI.

Nonum argumentum Aristotelis.

Praeterea numero qui certo dixerit esse,  
Reddere cogetur rationem, qua sibi plures  
Non fiant? Numerum cur non capiantque minorem?  
Quid si unum demam? Quid si reliquum superaddam?  
Impar de numeris (3) mavult celebrari, an par?  
Ut libet esse putes, figiet te caussa. (4)

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *At qui*; e la virgola non c'è.

(3) Il testo ha: *denumeris*.

(4) Il testo ha qui un interrogativo che non occorre.

Decimum argumentum Aristotelis.

Subinde

Quaeritur: (1) in plures cur massa haec materiei  
Dispersa est mundos? Cur non glomeratur in unum?  
Cur de totque globis perfectus magnus et unus  
Non constat mundus, cuius perfectio tanta  
Consequitur saltem, nisi maiorque esse putanda est?  
Inclita nempe monas numerum supereminet omnem.  
Ergo licet paribus rationes passibus illinc,  
Atque istinc currant, hoc ampliu' consonat apte,  
Ut sit comprehendens hosce omnes maximus unus.

Undecimum argumentum Aristotelis.

Adde quod in cunctis compendia quaerere constat  
Naturam; veluti promit quodcunque necessum,  
Atque supervacuum pleno de corpore fundit.  
Cum queat ergo boni species componere in isto  
Mundo, foecundo qui cunctas continet orbe,  
Quare ita pro reliquis frustra torquebere mundis?

Duodecimum argumentum Theologorum.

Essent praeterea plures, quia maximus ille  
Efficiens potis est uni superaddere multos;  
Quod quamvis verum est, non est tamen esse necesse:  
Quaeritur activam praeter, passiva facultas.  
Non et tot natura potest portare, quot ille

(1) Questi due punti mancano.

Condere, suggerere, et vehementius insinuare :  
Non etenim activam exaequat passiva facultas,  
Talis enim nulla est primo conlata potenti,  
Quem tractu immenso prae cunctis ire fatendum est.

Tertiumdecimum argumentum Aristotelis.

Proinde abolet ratio mundos concernere plures,  
Civili quoniam nulla bonitate vigeant.  
Non bene fecissent, mundorum numina plastes, (1)  
Istos extorres cives a civibus illis.

Quartumdecimum argumentum Aristotelis.

Non est quem lateat, quemque ex iis indupedire  
Attiguis reliquis, quia dum vario ordine quique  
Actantur, venient a contingente repressi.

Quintumdecimum argumentum Aristotelis.

Insuper haud possunt plura esse patrata per unum,  
Ni substernatur divisio materiei,  
Quandoquidem cunctis patet, ut generatio, formae  
Complexu, (2) faciat tantum plura esse sub uno.  
Ii vero, quibus est non unus mundus eadem  
Materia constans, non promunt ut generentur,  
Quoque (3) modo in reliquos possit convertier unus.

(1) Questa virgola e la precedente maucano.

(2) Questa virgola e la precedente maucano.

(3) Il testo ha: *quoq.*

Sextumdecimum argumentum Aristotelis.

Perfecto indigne frustra que apponitur ultra.  
Quod magis esse putem, si perfectissima moles  
Haec cleat mundi, cui testis plurima causa est;  
Ut non sit quicquam tali perfectius uno.

## CAPUT VII.

Praenumerata solvuntur argumenta

Ut cui propositum est defendere ab hostibus arcem,  
Hanc decet esse prius lustratam partibu' cunctis,  
Esseque sub rigido varioque examine totam.  
Credere quamque sibi deceat, propriisque ministris, (1)  
Est opere ut videat dux, quot pateantque periclis  
Externis aditus, minimeque domestica tuta.  
Proinde (2) alia, quae sint hostis molimina, (3) parte  
Non omittendum perpendere, quique satelles,  
Consultor, fautor, vicinus, proximus, et quod  
Ingenium, et quae mens cunctis, qui denique nervi  
Summatim constant, et quantum crescere possint.  
Sic nobis patefacta prius ratio omnis habetur  
Divini sensus, quem contra armatur et urget  
Filius erroris, numerosi dux gregis, author  
Caecos multiplici, ac stupida levitate fatigans.

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *proind.*

(3) Questa virgola e la precedente mancano.



Ad primum argumentum et secundum.

Ut patuere (1) orbes distentique, (2) inque cavati,  
Corpora stellarum vectantes fixa perenni  
Circuitu, nulli, frustrata est machina prima.  
Ergo probanda prius veniant laquearia caeli,  
Finitum hoc medium, varioque quod inrotet axe  
Pondus segne, sientque orbes essentia quinta,  
Materiesque eadem, concreto corpore, (3) stellae.  
Tunc admittetur gratis ignobilis illa  
Phantasia triplicis motus, et mobile ternum,  
In dubium veniatque fides mihi corporis almi,  
Illa deum sedes, Fati arx illa imperiosa.  
Nam mihi naturam minime arctat ea ultima margo;  
Nec factura gravem minitantia fata ruinam  
Terrent, caelorum quando compagine rupta  
Ad nos astra cadent, haud nos recidemus ad astra;  
Nam tutus (4) spacium immensum cognoscimus unum  
Quare non mage sit mediam sortita cavernam  
Tellus, quam fuerint aliorum singula quaeque.

Ad tertium argumentum.

Non est quod quaeras, quid sit super atria mundi;  
Non me sollicitum facient, quod ibi esse putentur  
Tempus, inane, locus, spacium, composta, elementa,

(1) Il testo ha: *patuere*.

(2) Il testo ha: *distencti*.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

(4) Leggerei: *tuto*.

Nempe aliter non est illinc spectabile corpus  
Telluris, quam sint hinc suspicienda superne.  
Inde, inquam, Tellus radiosa luce superbit  
Disiecta a Lunae regione, integra aliunde,  
Inque vices ortus potis, occasusque perennes,  
Pandere, vel cycli formam perhibere polaris.  
Nempe quibus sol iste polus fit, si tamen illinc  
Illustrem potis est faciem monstrare, duabus  
Occultam causis quibus esse agnoscimus: una est,  
Nam tenuata nimis sua molis dimetrus inde;  
Altera, nam solis nulla est cum lumine posta.

Haec si felici poteris comprehendere sensu,  
O quantae ex oculis nebulae excutientur, et o quam  
Clara refulgebit maiestas cunctiparentis! (1)

Quaerit tempus extra hunc mundum Aristoteles, quod in hoc mundo non invenit: posuit enim ipsum subiective in primo illo mobili, octava nempe sphaera, quia ibi esset omnium motuum mensura, propter continuitatem et regularitatem eius, et simplicitatem motus, qui non ullo intenderetur remittereturque pacto. Sed non multo post, ascenderunt sursum Peripatetici, ut invenirent hoc subiectum temporis. Sed tempus eos adhuc fugit.

Quaerit locum extra hunc mundum Aristoteles, quem in hoc mundo non invenit. Quaerenti enim ab ipso in quo universum (2) sit loco, cogetur ex suis fundamentis respondere: in nullo. Et cum de particularium loco quaeritur; et respondet (3) superficiem corporis continentis; invenietur defecisse in definiendo, cum superficies illae tum continentis, tum contenti, ad motum corporis continentis, et con-

(1) L'ammirativo nel testo non c'è.

(2) Qui il testo ha un punto e virgola.

(3) Potrebbe per più chiarezza aggiungersi: *esse*.

tenti moveri, abire, et redire debeant; locus vero neque per se neque per accidens debet esse mobilis: et cum inter locum et locatum nihil debeat mediare, nesciet Aristoteles cum omnibus Peripateticis saltem non intelligere spacium inter duas illas superficies in actu: quemadmodum continens et contentum cum sua superficie contrariis et diversis motibus agantur: ideoque quod immediate continet et contenti superficiei haeret, debet aliud esse quam continentis superficies. Nos vero qui spacium dicimus esse locum, dicimus extra hunc mundum esse spacium simile spacio hunc mundum continenti, in quo nihilominus iste mundus et alius possit contineri. Ideoque ibi intelligimus et materiam et formam et digne omnia qualia videmus haec secundum idem genus atque species. Locus enim quaerit locata. Ubi locata sunt et rerum duratio est. Ipsa est tempus. Et sicut non est unus homo separatus ab omnibus hominibus, et omnium particularium regula, nisi logice, vel abstracte, metaphysice, mathematice, theurgice, deminurgice: ita neque est quod aliter unam omnium temporum normam investigemus, quia nulla est neque esse potest arithmetice, (1) neque geometricae, neque physicae; hoc in superioribus ostendimus, quia individuum temporis quo punctus in circulo polari minore et minimo mutat locum, magnam motus dimensionem includit in circulo tropico, maximam in circulo aequinoctiali: itaque numquam in hoc genere est accipere minimum, quo non sit (ex peripateticis praesertim principiis) minus, ergo veram temporis mensuram non est accipere. Proinde cum motus diurnus, sumpta regula ex motu solis, non sit circularis, itidem nulla potest esse regula, quandoquidem motus ille spiralem facit lineam non circum, proindeque haec spira interlurbatur a nutatione telluris vel trepidatione illius octavi orbis, proptereaque neque in spira illa, regula esse potest ulla plusquam in insomniis Peripateticorum. (2) Quid ergo quaeris illud tempus, quod est nusquam, et naturae prac-

(1) Il testo ha: *arithmetrice*. Talvolta s'incontra pure questa forma.

(2) Il testo ha: *Peripateticorum*.

sentis seque ultro offerentis speciem non amplecteris? Ubi fatum? ubi sedes quietae? ubi illa scala a crassissimo ad crassum, subtile, subtilius, et subtilissimum, et tandem quintam illam essentiam, id est, ad illud nihil? Cur id quod nullam praebet speciem, nisi vacui spaciique, dicis esse substantiam ex qua concreta sunt astra? unde hoc? expone, ostende. Ex his patet quid ad primum et secundum respondendum sit argumentum.

Tertio argumento Aristotelis non est locus, ubi ordo noster constiterit. Aimus enim extra universum esse nihil (quia infinitum est, neque vacuum neque tempus neque locus neque corpus extra se habet); extra mundum vero unumquemque est illud idem quod circa tellurem, quod idem est circa lunam, solem, et alia astra, quae mundos appellamus; extra haec ubique est motus, locus, tempus, mundus, vacuum, seu spacium (1) sine fine, et corpora sine numero.

## CAPUT VIII.

Ad Quartum suprapositum argumentum.

Non est praeterea sublimis scala moventum  
Certo consistens numero gradibusque celebris,  
Quos inter primum capias altum, atque supernum,  
De quo per medios tandem veniamus ad inum.  
Nam tales non sunt, neque possunt esse profecto.  
Atqui ordo ac series parteis sancita per omnes  
Undique conspicua est, constat respublica ubique.  
Nam velut hunc solem circa video esse planetas  
Unius in synodi speciem, sic innumerosque  
Sunt alios alii circum.

(1) Qui il testo ha una virgola.

Sic tot motores cognoscito, sidera quot sunt,  
Sunt animae totidem, totidem sunt numina clara;  
Ut motor, per quem nos circum cuncta videmus  
Concita, Telluris matris diae omniparentis  
Est anima: spacio quia se versando diurno  
Sensim tardeque, multis labentibus annis,  
Excipiens punctis ex omnibus exorientem  
Solem, tum tropicos variat, tum puncta polorum;  
Partibus ut cunctis numerosa sorte fruatur,  
Parte omni emoriens sit, et omni (1) parte renascens:  
Ut motum cyclo nequeas signare diurno,  
Spiralis nempe est fluxus vertigo diei.  
Ergo infinitis motoribus esse superstans  
Si quid censendum est, scandas super omnia, et infra  
Cunctorum centrum meliori mente profunda.  
Est infinitum simplex, immobile, et unum,  
Est quo sunt quae sunt, viventum vita, animorum  
Est animus, motor motorum, essentiaque entis;  
Absque solutum est ens, praesens super omnia, et intus:  
Forma movere habet hinc, hinc materiesque moveri.

Quomodo unus sit motor in nostra via citra ordinem, et seriem, et proportionem.

Motoresque creans aeternis unus ab aevis  
Non motor, quia motorem supereminet omnem,  
Quem vere ac proprie infinitum immobile spectat.  
Sique tibi ad libitum infinitum mobile fugas,  
Infinitorum motorum mobiliumque  
Motorem ad unum referetur, mobile ad unum,

(1) Il testo ha: *anni*.

Summa, vices, ordo, species, momenta, potestas.  
Motor non fiet tibi primus: porro erit unus  
Ad nullam spectans seriem, super ordine prorsus;  
Namque infinitum non esse sub ordine nosti;  
Innumero et numero quia nulla proportio quadrat.

Ergo tibi occurret, oculorum luce redempta,  
Immensus princeps unus, non mobilis, entis  
Fons, vis motorum, pulsus motoribus adstans,  
Cunctis intimior quam sit sibi quidque, nec absens  
Longius ex aliquo, quia cunctis proximus aequae est.

Orbita multiplicis patet istinc vanida caeli,  
Mobile disperiit primum, motorque superbus,  
Illius atque valent falsa sub imagine divi  
Motores, quos esse magis non posse putamus,  
Quam, vatam figmenta, Orcum, Rhadamantia regna,  
Gorgona, Centaurum, Scyllam, Geryona, (1) Chimaeram. (2)

Quarto argumento satisfactum est, ne currat, ne moveatur, quia illius primi motus phantastiei universalis, rapientis omnia (3), subiectum inventum est Tellus, et motor ille primus (4) est anima Telluris, et locus illius primi motoris, sedesque augusta, est centrum Telluris. Et similem motorem similia et omnia astra continent in seipsis, quia internum motorem pari ratione omnia propriam habent animam. Movet autem anima corpus, (5) intelligentia suam sphaeram, natura proprium subiectum non illa geometrica uniformitate, regularitate, circuitione, rectitudine, non peripatetico illo praescripto, sed proprio quodam ingenio, ad contrariorum tantorum tantum

(1) Il testo ha: *Geriona*.

(2) Il testo ha: *Chymaeram*.

(3) Il testo ha: *oia*.

(4) Il testo ha: *prim*.

(5) Questa virgola manca.

contemperamentum et symphoniam symmetriamque disponendam componendam servandam. Qui autem toti naturae primus et universalis praesit unus motor infinitus in infinito, totus in toto, melius indicat ratio dispositionis nostrae, quam scala illa somniata novem vel decem voluminum, in unius caepe constitutionem concurrentium, (1) ordinem comprehendens.

## CAPUT IX.

Ad quintum.

Tolle subinde unum punctum centrumque, quod omneis  
Aspiciant secli parteis, innixaque cui sint  
Omnia, quo medium cita pondera contineantur,  
Quod fugiant levitate sua quaecumque supernas  
Affectant sedes, veluti lympha, ignis, et aër;  
Nam medium est nullum circumque ferentia nulla:  
Non minus est etenim rerum circum undique summa,  
Undique consimilis tantusque patescit horizon. (2)  
Ergo simpliciter nullum est sursum atque deorsum.  
Namque aliud medium medio repetentia ab isto  
Cum scandunt nobis, illis descendere habentur,  
Si centrum cuique est medium, cuique infima sedes, (3)  
(Sphaerae inquam centrum propriae) cuncta extima sursum.  
Nec grave simpliciter quicquam est ulla ratione,  
Cui definite centrum, vel certa tributa est  
Sedes; nam nulla est Telluris portio, quae non  
Apta sit ad parteis totius corporis aequae.

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Il testo ha: *orizon*.

(3) Qui il testo ha un punto che non ci va.

Nam celsi montes ita sunt ingentia saxa,  
Conque metallorum prenduntur ubique minerae,  
Queis gravius nihilum prope centrum fingere nosti;  
Sunt ubi vasta cavis illa antra recessibus, unde  
Vis illa est terram quatiens, vertensque profundum;  
Bella inde inflantes miscent crudelia venti,  
Quod non constaret solide, si spissius esset  
Infernum, vastis nisi hians fueritque cavernis.

I nunc, distribuas loca naturalia rebus,  
Qualia non dederunt, nec dant, neque secla futura  
Contendunt dare, nec possunt aliquando dedisse.  
Sic igitur numero medium tibi multiplicetur,  
Ut multa astrorum sunt corpora, sit quoque frustra  
Fine tui studii ut illuc graviora ferantur,  
Nam tantum gravitas peregrini est impetus illuc,  
Quo naturai servator destinat ordo,  
Quem si nacta locum fuerit pars concita, nullam  
Vim facit adiecto, nihilumque adiecta repulsat.  
Sic ubi suspensa est modico super aëre lymphia  
Spissior, ad normam naturae tendit, et inde  
Proripitur proprio appulsu ductore deorsum.  
Nec non aëreos eadem penetrando recessus  
Ascendit sursum telluris ab inferiore  
Ordine, virtute parili, nihiloque minore, ut  
Arte laboratus manifestat ductus aquai.

Aspicias ut gerulus premitur gravitate lagenae,  
Enatat ad caelum velox maris eque profundo,  
Nam nec ab immensa mole heic premeretur aquai.  
Aspicias ut fluvii rapide non verritur immun,  
Ima pinguntur tenera lanugine fluctus,



Muscus ubi, herbarum vis, et placida antra marinis  
Sunt gregibus, nec non Tritones, Nereidesque,  
Et Glauci suerunt amosum vivere in aevum.

Ne te igitur trepidum meliorum copia tanta  
Efficiat, quia sunt ita tanta ut sidera mundi,  
Non est quod parteis aliud medium ad referantur,  
Quam proprium; quia sic lunaris portio totam  
Respectat Lunam, ceu totam terrea Terram. (1)  
Sic ibi ab extremis versum intima cuncta meabunt,  
Ut terrae partes terrae de margine rursum  
Per medias repetunt regiones, unde abiere;  
Nec, nisi vi pulsae, peregrinis insinuantur.  
Subiecto fluxum in proprio servantque refluxum  
Humores, qui sunt animantum vita, nec extra  
Admoti vegetem retinebunt conditionem.

Quinta machina diu iam et multoties frustrata est, cum physice definitum fuit quid et quomodo quidque sit grave, leve, et neutrum, utque, per istiusmodi differentiam, neque loca neque corpora naturae variantur; utque potentia prima et naturali (quidquid sit de proxima et accidentali) partibus est appulsus generalis ad omnia sphaerae loca: quinimmo omnia sunt in omnibus; atomis vero seu primis corporibus potentia est ad omnia loca per infinitum (2) spacium. Ostensumque est neque natura neque ratione, neque potentia neque actu quadrare ordinem illum locorum, motuum, et mobilium: totque esse mundi centra, quot astra, infinita nempe numero, quot corda, quot animalia.

(1) Questo punto manca.

(2) Il testo ha: *in finitum*.

CAPUT X.

Ad sextum argumentum.

Conveniens autem tibi quod minus esse videtur,  
Ut medium a medio, spacio maiore remotum  
Sit, quam de extremo medium procul, unde sequatur  
Ut spacio minime summo contraria distent;  
Nil profers quod sit sensu aut ratione probatum;  
Namque ita ab illius personae partibus istae  
Istius absistunt, agri huius ab illius agri,  
Nam non est rerum species quae alio ordine promat  
Cuncta per extremos, quam quod sint proxima, fines;  
Et medii a medio distantia sit mediocris  
Conlata extremis reliquis, quae longius absunt:  
Scilicet eiusdem quia fiunt terminus axis.  
Nec dictu est tutum ut multum contraria distent;  
Quod si aliquo plane effectu natura probaret,  
Empedoclis certe discordia consequeretur. (1)  
Nam si tam multo a caldis distantia fiant  
Frigida, et omnino absistant humentia siccis,  
Ne vulgata quidem poterunt constare elementa;  
Nam nusquam est ignis nisi ubi substernitur humor,  
Aerque intinior terrae est, terramque perambit,  
A terraque magis si sol distaret, et ignes  
Non iacularetur vi tantum sufficiente,  
Nec plusquam Arcturus, quam Pleias atque Bootes,  
Efficeret, quibus est in nobis actio nulla.

(1) Il testo ha: *consequeretur*.

Ordine nam solo, quo singula, et omnia currunt.  
Multa valent signare, nihil causare remota.  
Nusquam elementorum (1) titulo dignabimur illud  
Insignire, iacet sterili quod sorte seorsum;  
Quin potius quod res disponit et ordinat, atque  
Constituit, servat, componit, perficit, unit.  
Ex iis composita est Tellus reliquique planetae,  
Ex iis sunt soles, nec in iisce est portio parva  
Sensibilem perhibens speciem, contraria quam non  
Proxina constituent, quae si essent valde remota,  
Conflarent nihilum, neque non essent nihil ipsa.  
Haud physica haec igitur sunt (2) commenta, at logicorum,  
Queis licet abstrahere a veris, clausisque fenestris  
Praecipuis animae, res contemplarier intus,  
Phantasiae quae sunt monstrosae progenitura.  
Atqui esto: (3) ad logicam, tibi qualem fingis, amussim  
Ordine constanti rerum natura geratur,  
Dummodo subiecto mihi vel patefiat in uno.  
Undique nam (4) contra hanc elamat natura mathesim.  
Quin etiam si adeo oppositis distantia summa  
Convenit; atque illud forsitan fateamur oportet,  
Ut, medians inter frigus calidumque elementum, (5)  
Caelorum natura siet substantia neutra.

(1) Il testo ha: *elementorum*.

(2) Il testo ha: *sut*.

(3) Questi due punti mancano: ed altresì le due virgole.


(4) Il testo ha: *neam*.

(5) Questa virgola e la precedente mancano.

Aqua intense frigida et remisse humida maxime debet distare ab igne intense calido  
et remisse (1) sicco, si spectes peripatetica principia.

Proinde elementorum si spectes ad genus, (2) undae  
Conveniet centrum, si extremas concepit oras  
Ignis, nam binis contrastat viribus illi:  
Nimirum obsistunt gemina haec sibi lancibus aequis,  
Nam intensae intensa est opposta, remissa remissae.

Sic praebes surdas naturae vocibus aureis  
Monstranti puncto expresse contraria in uno,



Quod facit inclinans in planum linea utrinque,  
Cuius in extremo concurrunt maxime acutum  
Et summe obtusum pariter, namque ambo oriuntur  
Cum surgente, cadunt simul illa eumque cadente.  
Difficilis ne sit via, qua comprehendere possis  
Naturae lucem, qua constant omnia in omni,  
Atque absit multum ut tanto contraria distent.

(1) Il testo ha: *remise*.

(2) Questa virgola manca.

Quod ad sextum attinet, scire velim quid est quod contrariis maxime distantibus gignere velit Aristoteles? Ponimus in natura duo contraria, frigidum et calidum, subiecta quorum sunt Tellus et Sol, sic contraria ut mutuam hinc refrigerando, inde calefaciendo, foveant, servent, perficiant: quid si maxime distent, ne alterius virtus alterum attingat? Cur non aequaliter distant a Sole Tellus Luna et planetae omnes, quippe quibus aequè maxime a contrario distare conveniat? An non bene supra ostendimus, ut aequaliter possit a sole vivificum calorem concipere distantissimus planetarum atque proximus, tarditate maiore motus maiorem a calefaciente distantiam compensante? Age ergo, respice naturae vultum, vide ut ubique et undique contraria conspirent, concordent, uniantur; comprende ut nusquam contrariorum unum sine altero consistere possit. Qui enim est solis calor et lux sine igne? qui ignis sine humore, sine solido subiecto? quae soliditas sine partium concursu, unione, agglutinatione? qui concursus, quae agglutinatio, quae unio sine aqua, absque humida substantia? An non bene pro verificatione tuae propositionis, ut contraria magis distent, convenientius efficiemus ut inter calidum et frigidum mediet substantia neutra, caelum, quam quod unum illud utrumque contrariorum contineat? Sic enim non maxime distant neque ratione diametri, quandoquidem in utroque cuiusque diametri eardine est similis natura, materies, forma, qualitas, virtus, et actio. Neque ratione medii et extremi, nempe centri et circumferentiae, quia sic maxime distat caelum a Tellure. Sed fuge, et dicas, te intelligere contraria in eodem genere, et eiusdem generis orbe: maxime distant ignis et terra, ubi haec est elementorum infima et imo in loco, ille elementorum supremus. Bene habes. Sed quaesivimus: quare elementum appellas quod ad rerum compositionem non potest descendere? Quare elementum dicis esse, quod non potuisti ostendere esse? Leves forte tibi videri possunt rationes, quibus (etiam admissis orbibus illis circumvolitantibus, rapiantibus, attingentibus, confriantibus, atterentibus) nullum sequi

probavimus igni locum in concavitate orbis lunae, sed omnino aeris? Quodque, si ibi facias esse ignem, non sit possibile unius elementi unum proprium, secundum universum, esse locum, sed idem erit convenientius inter superficiem omnium duarum se contingentium sphaerarum. Ubi quare non sic cogis naturam, ut ex omni loco ad illum ignem tendat ignis, veluti urges ab omni loco Tellurem aliam debere ad Tellurem istam descendere? ac si aliquis quaerat quare omnis sanguis non concurrat cum meo sanguine, omne cerebrum cum meo cerebro? habeo quod respondeam, quia sanguis ille et cerebrum non sunt mea pars neque in me (1) toto. Tu vero quid dices?

Aio tellurem illam non cadere in istam magis quam ista in illam, quia non sunt vicissim partes, sed duo tota distincta loco, anima, vita, corpore. Quaeris speciem an numero differant? Dictum est saepe, ut genere convenient, utpote quae ex iisdem constant elementis, una eademque materia: specie differt fixum (ut dicere potes fixum) atque mobile, aplanas nempe soles, et planetae tellures: illi enim per se lucent humido in actu calidi et ferme ignis, istae vero per aliud, humido scilicet in actu illuminabilis et calfactibilis. Neque propterea in nostris principiis et actu naturae sequitur inconveniens, quo centrum a centro plus distet, quam extremum ab extremo, centrum globi lunaris plus distet a centro Telluris, quam superficies; et meum cor et cerebrum plus distet a tuo corde et cerebro, quam mea superficies a tua. Quod omnibus numero distinctis convenit. Quid ergo? absurdum est hoc iuxta tua principia, quae cum natura pugnant: non autem iuxta naturam et rationis ordinem. In dialogis de causa principio et uno ostendimus ut contraria coincidunt in individuo principio atque fine.

(1) Per più chiarezza leggerei: *meo*.

CAPUT XI.

Mundus ille elementaris (1) Aristotelicus non est usquam pro primo significato: mundus ille coelestium sphaerarum nullus est pro secundo: neque illud aggregatum universum ex huiusmodi compositum Chamaeris esse potest pro tertio et maximo: itaque Aristotelis caput extra mundum est et universum, quamvis infinitum, quando de mundo loquitur et universo.

Est terno mundus Stagiritae significato,  
Subque tribus signis nil est in imagine mundi,  
Quando elementa illo non constant ordine prorsus:  
Phantasiae partus series est illa meantum  
Caelorum in caelis. Extremum insomnia caelum  
Astriferum invexere illud quodque omnia finit,  
Motoresque horum sunt qui bene bella moverent  
Centimano Briareo, Encelado. (2) atque Tiphoeo,  
Nempe genus spectant semper contraria ad unum,  
Nempe elementa aliis contraria sunt elementis:  
Figmentis etiam figmenta opponere dignum est.  
Unde duces fiant populo atri carnificesque,  
Unde immortalis vivos mors urgeat ultro,  
Atque tenebrarum poenas sub luce receperent.  
Phantasia hoc totum pro quaestibus prompsit avaris,  
Illa opifex, illa est fabrefactrix, Mulciber, illa, (3)  
Loripes, insuavis, monstrosus, trux, veterator,  
Assiduo incumbens operi iacula illi trisulca  
Temperat, immitesque Ioves crudeliter armat,  
Tantum consortes inter gaudento Cyclopas,

(1) Il testo ha: *elementis*.

(2) Il testo ha: *Encleado*.

(3) Il testo ha: *Mulciber, illa Loripes*.

Stultitiam, Mortem, (1) malesanam Credulitatem: (2)  
Pectora cui hominum, Lypares sunt; corda, camini;  
Lurconum generis varii vox, malleus, aureis  
Insani populi, constans substernitur incus;  
Materia est orbis obiectum sensibu' quidquid.  
Fulmine sic medios munitanti torquet ab alto  
Horrendus iudex miseros sine fine modoque:  
De infernis thalami Eumenidum, tensaeque catenae, (3)  
Cocyti stagnum, Stygis irremeabilis unda  
Arcant, et portae solido ex adamante peremnes:  
Absona quae ingenio, et sensu constantia nullo,  
Humanam turbant pacem, seclique quietem,  
Extinguunt mentis lucem, neque moribu' prosunt.  
Nam quid concludunt sycophantum dogmata passim?  
Non male pro factis iustus, (4) Divum appetit (5) iram,  
Non bene pro factis capitur deus optimus unus,  
Sed si animo tantum dominetur opinio, qua se  
Subtrahat a populo populus, natusque parentes  
Deserat, atque aliter credentem nemo salutet,  
Defendatque deos, sint quavis cunctipotentis,  
Quivis mortalis, sine vi, phanaticus, excors.

Ergo age, solve metus, solve, inquam, e carcere caeco  
Egrediare, animum super effer (6) imagine tecti  
Arcentis totum, torque fis, conque prementis;  
Desine terreri, compacta que ordine nullo

(1) Il testo ha: *Morem*.

(2) Qui il testo ha, invece, un punto.

(3) Il testo ha: *cathenae*.

(4) Questa virgola e la seguente nel testo non ci sono.


(5) Il testo ha: *opperit*

(6) Qui il testo ha una virgola.



Aeque distantis convexi concavitate  
Credere desistas magnas, parvas, minimasque  
Stellas, cum sensus visum vult fallere pictor.  
Nempe aliter quia sunt immensi corpora mundi  
Distincta in spacio, medio velut aethere constat  
Machina Telluris, proprium circumflua centrum,  
Quo terit igniferi exspatiatrix (1) compita solis.  
Sic explosa ruit raptantis corpora tanta  
Phantasia, et motus mundorum quisque subibit,  
Ne se praepediant, sibi ne bona lucis avitae  
Corpore praeripiant medio calidunque vigorem,  
Quem rota luciferi suffundit solis, in orbem.

Quaeris septimo, de quantitate mundorum numero distinctorum,  
ubi scilicet se attingunt, num sint aequales vel inaequales? Mea nihil  
interest, quanta sit Tellus collata Lunae, Sol collatus Telluri et Lu-



(1) Il testo ha: *expatiatrix*.

nae, et aliorum astrorum singula; haec mihi innumeri sunt mundi, spacium unum aethereum interpositum immensum est mihi unum caelum. Quaere nunc quomodo se tangant. Respondebo: non se tangunt; sed, ea qua vides sorte, ab invicem loco atque regione sunt distincti. Quid si se tangerent? inquires. Non sequitur (inquam) quod pars, vel superficies, vel punctus mundi H, quae est B, aeque debeat vel possit appellere in alieni corporis centrum A, atque in proprii corporis centrum: et quod est circa punctum P aequalem habeat ap- pulsus in K atque in I, cum sit pars, vel superficies globi I.

Nisi forte, sicut sequitur ex coitu duorum hominum, qui similiter numero sunt distincti, ut in ius partes corporis plus in alienum quam in proprium suppositum appellant. Hinc etiam patet quid promoveat contra nos octavum argumentum, quam nihil nobis molestiae, sed summam efferat omnibus commoditatem, quod inter mundum mediat atque mundum, spacium.

## CAPVT XII.

Ad septimum Aristotelis argumentum et octavum.

Nec te sollicitum faciat contagio mundi  
Multiplicis, (1) spacium faciens mediare triquetrum;  
Namque unum nobis diffusum est undique caelum,  
Spiritus idem unus, qui dicitur aer et aether.  
Hoc simplex quiddam, purumque, et fluxile corpus  
Astris iniectum, et complectens omnia circum,  
Terminus est cuius circumdata corpora; talis,  
Qualem ex contentis admittunt singula formam  
Externam, ambobus communis nempe figura;  
Quando superficiem mediat nil inter utramque,

(1) Questa virgola manca.

Nam vacuum facies inter cogemur habere ;  
Ut medium quoddam est inter tangentia quaeque. (1)  
Non ergo absurda est vacui sententia, quod sit  
Inter corporibus iectum, quoque corpora claudens;  
Exigitur spacii ingentis dimensio triplex,  
Utque locata siet triplex ea corporis. Unde  
Nobis naturae sunt omnia lumine aperta,  
Cum nihil oppugnet molimina principiorum,  
Nec pro suppetiis opus est excudere caelos,  
Motorum seriem, neque sic consistere firmos,  
Quo sit suppetias operae addere suppetiarum,  
Quois nequeat ratio, neque sensus adstipulari.

### CAPVT XIII.

Ad nouum argumentum Aristotelis.

Multis proinde mihi rationibus est patefactum,  
Quois definitum numerum orbibus esse negamus.  
Esto autem: (2) numerus finitus comperiat;ur;  
An tibi sufficiens ratio producta videtur,  
Corpora multorum bene qua redigantur in unum,  
Inclita namque monas numerum supereminet omnem?  
At vero ut numero praestet monas, ut numerusque  
Efficiat monadem, promoveat, impleat, actu  
Mularum rerum natura ostendit aperte.  
An non heic monas est, numerum quae complicat omnem,  
Ut numerum in monade, in numero monademque colamus?

(1) In tutto il periodo, tranne i due ultimi versi, la punteggiatura manca.

(2) Questi due punti mancano.

Argue naturam, naturam corrige, stulte (1),  
Scilicet ut species monadum numerosa propago  
Distribuit multis in particularibus unas,  
Singula nam totam referunt velut omnia formam.  
Diversi cur non coierunt corpus in unum  
Mundi? Quare unum non sunt tot sidera sidus?  
Unus homoque homines, et de tot millibus arbor  
Materia ex tota, quaeque omnes explicet actus?  
Incluta namque monas numerum supereminet omnem.

Quod ad nonum argumentum attinet, numerum definire non cogimur qui dicimus infinitum mundorum numerum, ibi neque paris discrimen est neque imparis, quoniam numeri differentiae sunt istae, non autem innumeri. Neque existimare possum fuisse philosophos, qui, cum plures ponerent mundos, non etiam posuerint infinitos: ea quippe ratio, quae extra hoc sensibile exigit aliquid aliud, perpetuo extra et ultra quodcumque acceptum, rursus aliud atque aliud quare non accipiat?

#### CAPVT XIV.

Ad decimum et undecimum.

Non minus a vera rationis lege recedit  
Assumens, velut in cunctis compendia quaerat  
Natura atque Deus, quapropter plura putari  
Corpora mundorum, nulla ratione decebit.  
At mihi sunt tantum digne compendia rerum,  
Queis natura parens contenta est: caetera sunt

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

Indigna, (1) ut mole augetur, numerumque propagent; (2)  
Hoc si naturae correctori atque magistro,  
Immo etiam Plasti, (3) Stagyratae arrideat uni,  
Qui sibi res, non se rebus submittere novit.  
Interea leges atque actus perlego sanctos,  
Quos rerum promit facies, atque inde notabo  
Quid vere deceat; naturaque sit rationi  
Lex; non naturae, ratio.  
At tu cum videas rutilantia in aethere, mundos,  
Corpora stellarum; quaenam compendia captas?

Quod ad decimum undecimumque motivum, fateor non posse magis esse peripateticum quam sit.

## CAPVT XV.

Ad duodecimum argumentum

Stultitia (4) est miseranda quidem quae possibile inquit  
Finitum, quod promoveat sine fine potestas.  
Infinita opifex potis est producere primus;  
Atqui materies finita sternitur illi.  
Numquid et ista mihi non est credenda facultas?  
Qui valeam mundam producere, non tamen ille  
Produci possit, defectu (5) materiei.  
Et possum caeli culmen penetrare pedester,  
At pedibus caelum tantis penetrabile non est.

(1) Questa virgola manca.

(2) Qui il testo ha un punto.

(3) Seguendo la forma latina dovrebbe leggersi: *plásta*.

(4) Il testo ha: *Sullitia*.

(5) Il testo ha: *defectu*.

De nihilo possum quoque plura mira creare,  
De nihilo nequeunt ea plura mira creari.  
Hylem fors aliter mihi possum sternere, quam sit  
Sternilis illa? agitare queo (1) exagitabile nusquam?  
Astute rerum Dominum mihi denegat, aiens  
Ad non possibles effectus cunctipotentem.

Argumentum duodecimum est ex fonte peripateticorum quorundam Theologantium, qui bonum ex divinis relatis principium, quo Deum infinitae potentiae tum intensivae tum extensivae confitentur, convellunt perversae in quibus sunt educati suppositionibus philosophiae, quae finitum a finita causa cognoscit effectum; intereaque dei virtutem extensive infinitam constituit: ex hac principiorum contrariorum mistione ad eam absurditatem adacti sunt illi, qua (2) sub theologiae illustri titulo plerique multa minime theologica et naturalia defendant, cuius pro reformatione toto quasi intumente Oceano, et caeli veluti cataractis (3) apertis, tot grammaticorum nubilosa volumina currunt; ut propemodum seculi totius submersio consequuta sit, ex conflata illa vernaculorum, Latinorum, Graecorum, Chaldaeorum, Iudaeorum, Syrorum, Arabum, etiam Tartarorum sufficientia, ut omnia tamquam a fonte examinentur philosophica, medica, iuridica, humana, naturalia, divina, ethica, physica, metaphysica.

## CAPVT XVI.

Ad decimumtertium argumentum Aristotelis.

Avis a recto rationis tramite longe  
Turpius excurrit Stagyreus, dum politeiam (4)

(1) Qui il testo ha una virgola.

(2) Il testo ha: *quae* senza virgola precedente.

(3) Il testo ha: *catharactis*.

(4) Il testo ha: *polytheiam*.

Corpora mundorum cupiat concurrere in unam.  
Quae sors? quae ratio? qui naturae ordo probavit  
Antiqui inventum studii, quo thessala pinus  
Externo advexit turbas, patriaeque revexit,  
Dum bene dissepti turbavit foedera mundi?  
Invida non unum Typhin tibi fata dedere.  
Claustra etenim Oceani Ligur aut Etruscus (1) avarus  
Solvit ut Americam premeret violentus Iberus.  
Vos felix mundi genus, o vos clara propago  
Istius insignis astri sublime tenentes,  
Ardua quos lucis non tanguit tela diurnae,  
Non horror noctis perterritat ille profundae,  
Quorum pro merito calor et lux lance benigna  
Influit Arctoo sub cardine, ubi omne favoris  
Caelestis pignus conclusum est maenibus altis,  
Circum ubi contingunt turrato corpore montes,  
Sidera multiplici spacioaque ordine passim,  
Ingentis scopuli praeruptaque machina surgit  
Pro vallo pontus caeco glacialis amictu,  
Saxosas inter rupes sese explicat ample,  
Tempestasque manet cupito pro littore maior,  
Caucaseae ut prono subeunt molimine ripae,  
Procero Atlantesque (2) feri curvamine, quorum  
Pulvereus summo recidit de culmine nimbus  
Sparsaruna nivium, rapidi quae (3) vorticis aestu  
Montibus exaequant campos vallesque profundas,  
Et solidant caelum reflui spiramine venti.

(1) Il testo ha: *Lygur*, ed *Etruscus*.

(2) Il testo ha: *Atlantes*.

(3) Il testo ha: *qua*.

Sed quando haec superare datum est, stat cura Britanno,  
Sollicitus labor, et nimis imperterrita virtus,  
Quae mare ventosum temnens montesque superbos,  
Deridens tanti numerosa volumina valli,  
Plus quam Tiplisia (1) fabrefactis arte carinis,  
Oris edomitis mediis, quas Iuppiter asper  
Squalidus et furvo tristis pallore coercet,  
Celsas naturae turres transcendet avarus,  
Occurret vultu non barbarus hospes amico,  
Attamen aegroti veniens a limine mundi  
Perniciem feret invisi nova caussa timoris.  
Tunc et vos (si forte status violabilis iste est)  
Experiri hominum quantum commercia prosint,  
Promptius et quantum semet male iacta propagent  
Semina vos inter, quam virtus vestra in aliis  
Splendorem gentis vestro fundatur ab orbe; (2)  
Ut deinceps studeant (3) naturae claustra aperiri,  
Appetier simili patrias ubi Cynthia dorso  
Explicat, et mundo quasi pro meliore labores  
Intentare novos Telluris filius ausit.

Haec scio quam (4) facile ostendet non solum demonstrator Aristoteles, sed et persuasor Demosthenes, atque Tullius non praestare ad vitae commodum mundi regiones ita usu atque consuetudine esse distinctas, ut a natura montibus et marium tractibus habentur. A regione quippe in regionem vitia et perversarum legum et religionum venena in dissidii exterminiique materiam propagata sunt, et disse-

(1) Il testo ha: *typhisia*.

(2) Qui il testo ha un punto.

(3) Leggeresi: *studeat*, ritorendolo pure a *Filius telluris*.

(4) Il testo ha: *q*.



minata usque ad suffocationem omnis bonae frugis repullularunt: nulla vero sunt quae cum iisce possimus recensere commoda. Hoc principio atque via bene ad suum propositum constitutis, patebit aditus rationibus Peripateticis, quibus induci possimus ad incusandam naturam, quod infinitos mundos aethereo abiunxerit discrimine.

## CAPVT XVII.

Ad quartum decimum Aristotelis argumentum.

Saepius expressa est tantae ratio seriei.  
Et sensus, quo non unus sit in aethere mundus,  
Quoque infinitos per totum intelligo mundos,  
Quorum de genere est, insigni corpore, Tellus  
Fulgens de mundis astrum spectanda propinquis.  
Contiguus mundo nusquam mihi mundus habetur,  
Ut tibi, cui frictu ignescunt orbis miserando.  
Ergo meam mundus mundum (1) non turbat euntem,  
Cui neque contactum puncto natura probavit.  
Nempe duos minime patiens magis esse propinquos  
Telluri, consors quam (2) sit vicina parenti  
Delia, dum nunc hunc, nunc illum Cynthius orbem  
Aspectat propius, (3) quanto (4) turbatio nulli  
Immineat seculo, tempestasque exitialis.  
Quin potius totum in toto partesque geruntur,  
Qualiter aeterne inviolatus consulit ordo,  
Cuius ob officium mutatur portio quaeque,

(1) Il testo ha: *mundum*.

(2) Il testo ha: *quem*.

(3) Questa virgola manca.

(4) Leggerei piuttosto: *quando*.

Omneis ut simul aetates subeatque obeatque  
Ortu atque interitu revalente in corpore toto,  
Undique cum motu ac numero, stabilissimus unus  
Seclorum vultus tractu novus atque perennis  
Consistat.

Dubium, quod heic Aristoteles movet, est ad constitutionem universi et mundi iuxta sua principia: nobis enim ita sunt ordinati mundi, ne se tangant, ne se turbent, confricent, accendant, atterantque: sed hoc totum certe accidit suis orbibus et sphaeris illis caelestibus, ut proxime supra notavimus. Tenetur ergo ipse iuxta hoc argumentum, rationem reddere illius (1) contiguitatis, locationis, et immediationis quibus corpora naturalibus aliis haerent corporibus, cumque iisdem ita coordinantur, ne vacuum spaciumque ullum intermediet. Nos quippe ab hisce angustiis liberi sumus unum continuum ponentes spacium immensum, certis in locis corpora complectens; ubi repletum dicitur. Unum vero continuum corpus, vel universum corporeum tanquam contiguitate unum compositum non intelligimus, quia sensus aliter ostendit, et rerum naturae conditio non patitur: est quippe definita distantiae ratio, qua astrum ab astro secretum debet esse, corpus illuminabile et calfactibile (2) ab illuminante et calefaciente mundo. Est item certus viarum seu circulorum (ut naturae convenit circuire) ordo, quo astris astra non inferant perniciem, vicissim diuturnius (3) eclipsando, uniusque corpore in alterius corpus impetente, quodam quasi casu vel invidia praedominante, deturbando.

(1) Il testo ha: *illus*.

(2) Il testo ha: *calfactibile*.

(3) Il testo ha: *diuturnus*.

CAPVT XVIII.

Ad quintadecimum et sextadecimum Aristotelis argumentum.

Nam qui Thyresiam caecumque senemque gubernat  
Divinatorem, misere ut sic corruat, aptus  
Venturi vates, cuius praesentia lucem  
Ingratam fallunt? (1) Orbae aures commodo voci.  
Non nisi per fluxum genitalem et concipientis  
Semina matricis, (2) species numerosa venibit.  
Hunc ego divina pro maiestate verendum  
Accipio sensum, verbisque subesse figuram  
Malo, quam sensu in divos peccare prophano:  
(Quamvis haec alio vates putat esse tenore,  
Promere namque Deum voces, non pandere sensum,  
Vatibus est semper donatum munere caeli).  
Efficiens pater est; elementaque semina; caeli  
Subiectum spacium est, (3) matris sinus omniparentis.  
Innumero proles numero sunt undique prompta  
Corpora mundorum; (4) tellures, solis et orbes.  
Esse, ut ubique vides, (5) congressus materiei, (6)  
Mundorum in massas, avido quas confinet aether  
Complexu, (7) faciem praesentans undique eandem.

(1) Senza l'interrogativo, che nel testo manca, non si può intendere.

(2) La virgola manca.

(3) Questa virgola manca.

(4) Il punto e virgola manca.

(5) Questa virgola e la precedente mancano.

(6) Il testo ha, invece, la virgola prima di *materiei*.

(7) Questa virgola e la precedente mancano.

Ut quando aestivo recidunt ex aëre guttae  
Candentem in campum, qualem terit Appulus et Lybs,  
Pulvere ab excocto consurgit rana repente  
Guttarum exaequans numerum, quo credere possis,  
Quando solum spectes, caeli e regione cadentes;  
Sic vis immenso in spacio est, inque aethere, totum  
Quod capit, ut magnum mundi per (1) inane genantur,  
Undique nam vita est, animae actusque undique surgit,  
Factor ad archetypum obiectum, et formabile praesto est;  
Hinc surgit serpens, piscis, mus, rana coaxans,  
Hinc cervus, vulpes, ursus, leo, mulus, homoque est.

Adde etiam, quando e medio auferet haec cataclysmos, (2)  
Praebeat natura parens perfecta animantium  
Absque ministerio coitus. Quia multicolores  
Sunt hominum species, nec enim generatio nigra  
Aethiopum, et qualem producit America fulva,  
Udaque Neptuni vivens occulta sub antris,  
Pygmeique iugis ducentes saecula clausis,  
Cives venarum Telluris, quique minaerae  
Adstant custodes, atque Austri monstra Gigantes,  
Progeniem referunt similem, primique parentis  
Unius vires cunctorum progenitrices.  
Quaelibet ergo initum (3) rebus dabit insula passim,  
Formatum quamvis quidque haud servetur ubique;  
Namque alias alibi species victoria servat.  
Naturae similes simili sunt undique vires;  
Casus ab ingenio varius vario inde subibit.

(1) Il testo ha: *perinane*.

(2) Il testo ha: *cataclysmus*.

(3) Qui *initum* sta per *initium*.

Ut spacii est igitur distinctio, sic regionum  
Distribuit natura locos, sic materiei  
Commoditas prompta est, atque instans actus ubique,  
Sic nihil esse novum recipit gemino absque parente.  
Quodque vides nostro factum et servarier orbe,  
Insipienter idem in specie esse negabis eadem; (1)  
Mundorum nihilo constantum mole minore,  
Non alio vultu, motu, ortu, dispositura,  
Quos idem favor illustrat, naturaque servat,  
Incola ne solum mundo spectetur in uno hoc,  
Et reliqui frustra forma donentur eadem: (2)  
Scilicet immani tot constant corpore stellae  
Duntaxat, mundo ut pulcri numerentur ab isto.

Ad ultimum argumentum Aristotelis.

Perfecto nihil addendum, Stagyrita, (3) fatemur:  
Cur non credemus perfectum multiplicandum?  
Nempe hominem, quamvis perfectum fecerit unum,  
Sub specie plures natura adiungit eadem:  
Sub genere species, eadem (4) sic aggregat uno;  
Quamvis quaeque suis contenta (5) est finibus. Ergo  
Est quo suppressum valeas extollere sensum  
Ultra confictae tibi marginis illius oras.

(1) Il punto e virgola manca.

(2) Questi due punti mancano.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

(4) Il testo ha una virgola, che non va qui, ma innanzi, perchè *eadem* si riferisce a *natura*.

(5) Il testo ha: *contententa*.

Anima ubique est una, spiritus unus mundanus, totus in toto et qualibet sui parte, sicut in parvo quoque mundo expertum est, omnibusque concessum. Hic pro conditione praesentis materiae, adstantisque ideae, (nisi loci continentisque qualitas repugnet) ubique omnia producit; ita, ut etiam ad quorundam generationem tempore non sit opus. Propheticum est illud et populi cuiusdam celebritas, quod omnia hominum genera ad unum primum genitorem referantur, vel ad tres, ut ex Ebreorum monumentis accipimus et firmiter credimus, quorum quidam solum optimum genus, id est, Iudaeorum, ad unum protoplasten referunt; et reliquas gentes ad duos priores, qui biduo ante creati sunt. Echinensium religio recens compertorum tres aliis nominis protoplastes numerat ab annis viginti millibus. Aethiopum genus ad illam protoplasten nemo sani iudicii referet. Porro sicut omnis terra producit omnia animalium genera, ut in insulis patet inaccessis, neque enim fuit unus primus lupus et leo et bos, a quo sunt omnes leones, lupi, et boves geniti et ad insulas omnes transmissi, sed quaque ex parte tellus a principio dedit omnia. Factum porro est, ut quaedam aliis in locis manserint, quaedam vero assumpta sint, ut in Anglia lupi et vulpes et ursi propter loci culturam, in quibusdam aliis insulis homines propter vim potentiorum bestiarum, vel defectum nutrimentis.

Hinc ad stellas alias, alios inquam mundos, effer animum ut similes easdemque ubique species intelligas, ubi eadem constant principia materialia, idem efficiens, eadem producendi activa passivaque facultas, idem ordo, vultus, motus, et reliqua quae non debent esse frustra. Amentis omnino est, in infinito spacio, in tam vastis eadem mole assurgentibus clarissimisque mundis, quorum plurimos meliori sorte praeditos possumus argumentari, credere nihil esse praeter illam sensibilem lucem, et eam, qua nobis sensibiles fiunt, claritatem: eum nihilominus idem de mundo hoc, ab illis respicientes, affirmare, (1) eodem iudicio praediti, eogeremur.

(1) Questa virgola e le due precedenti mancano.

Est ultimum Aristotelis argumentum valde (pace tanta viri dixerim) puerile, quo pro eodem quasi habet: « Perfecto nihil addendum » atque « posito uno perfecto alterum non est ponendum: » (1) deducit tanque ex demonstrativis principiis mundos non debere esse plures.

(1) Nel testo le due proposizioni non sono virgolate, e perciò riesiva difficile ad intendere l'osservazione del Bruno.

# JORDANI BRUNI NOLANI

## DE UNIVERSO ET IMMENSO

---

### LIBER VIII.

---

#### CAPVT I.

Multos contendere ad philosophiam, paucos eam quaerere: omnes qui eam quaerunt,  
invenire etiam occurrentem:

Solvunt pro studiis patrio de littore puppim,  
Se credunt pelago, levibus dant carbasa ventis,  
Vastaque tam fragili sulcant miseri aequora ligno,  
Et suspensa ferunt pallenti corda timore,  
Ne Boreae fortasse iram patiantur et Euri,  
Aut Scythici veniat rabies Aquilonis, ut undas  
Misceat, ac pontum violento turbine quasset.  
Nec non terrarum graviora pericla subire  
Est animus; superant montes, fluviosque rapaces:  
Infigunt trepidas deserta per aequora plantas,  
Obiicit insidias timor, iusultusque latronum,  
Haerent ancipiti in bivio, moxque excipit illos  
Aut sine pane focus, vel non tempesta facit nox  
Hoc minus esse malum.



Nunc via praecipites per valles carpitur, atque  
Avia sylvarum, sors vilis inhospita gentis  
Quaerere tecta iubet, ursorumque antra subiri.  
Italiam repetunt, itiner meliusque retentant,  
Hinc Tyberim, Arnun, atque Padum post terga relinquunt.  
Transcendant Alpes, Rhodanum, surdumque Garunnam,  
Perque Navarros carpunt iter, atque Pyrenes,  
Atque superba Tagus quae proluit ora tumescens,  
Scandunt Oceanum: Herculeas post terga columnas  
Linquentes, pontumque secant, advertere ad oras  
Ut possint, quibus est polus inquirendus ad Austrum,  
Ac tandem gentem valeant mundumque videre  
Cui rota Luciferi de cardine surgit ibero,  
Occidit Eoo cui lux ex orbe diurna.  
Omnia. Dum cupiunt sophiae de fonte potare,  
Ut sibi doctores adsciscant atque magistros.  
Hinc et opes fundunt patrias, melioraque vitae  
Tempora, sollicitis noctes producere curis  
Insomnes, lustrando hominum monumenta priorum,  
Concipere ut vatun studiosa mente furorem,  
Certorum reddi celebres ex luce sophorum  
Ac fama possint: unde illis gloria volgi,  
Aura, favor, plausus succedat, et utilitatis  
Quaesitae species.

Ut pauci sapientiam et rerum cognitionem adsequuntur, quia pauci serio eam quaerunt. Non enim sophiam appetit qui, ut discat, ut quaestum per illam faciat, elaborat; ut vulgi honores aucupetur et auram. Hic etenim illud quod debet esse finis ignobiliora ad ea ordinat quae prae ipsius claritate nihili facienda sunt. Quid ergo? loco sapientiae illud stultitiae genus adsequuntur, quod ad eum, quem sibi proposuere finem, (1) digne valeat ordinari, Sophia quippe divinitas quaedam est, quae se non sinit contemni, et ab indigne quaerentibus inveniri.

Nequicquam. Namque favorem

Vulgi. auram, plausum quantumlibet adsequutatos  
Esse putent illos, ubi mundus caecus adoret,  
Stulta animum mulgent nimirum gaudia vilem.  
Aeger enim et stultus nihilominus esse putandus  
Ille erit, (2) aegrotus qui cum sit desipiensque,  
Credetur sapere, et, volgo adstipulante, valere.  
Gloria Cumaei quaenam credetur aselli  
Non modo si ad tempus breve, sed si illumque perenne  
Irrisi pascat recolatque insania secli?  
Non etenim dignum sententia sancta deorum  
Constituet mundo quo tanta irrisio fiat  
Indigno, indigne de maiestate merenti,  
Sed de faece hominum.  
Alme parens, nullo cui clausa potentia fine est,  
Qui speciem veri in rerum facie atque profundo  
Expressam atque impressam, conspicuam inspicuamque,  
Iussisti ut sensus pulset, mentemque penetret:  
Quantumvis tua lux sit cunctis insita rebus,  
Cunctis deque locis effert sapientia vocem,  
Invitansque omnes cuiusque per ostia pulsat,

(1) Questa virgola manca.

(2) Questa virgola manca.

Mirum quam paucis immittitur ingeriturque,  
Mirum quam rari non surdis auribus altam  
Excipiunt vocem, clarum vultumque tuentur.  
Nam veri lucem, summi aetheris arbiter, (1) illos  
Indicat indigne quaerentes, quando ministram  
Vilis eam cupiunt fortunae, resque parantem,  
Proque hominum sensu moderandam, hocque usque proban-  
Illius ergo loco, blando vesania vultu, (dam.  
Aurículas contacta venit fronde atque tiara (2)  
Et mitra (3), et gemmis asinum circumat unguem.  
Brutum veste tegit bustum talare, patrumque  
Circumstat laudata fides, bullae, atque sigilla.  
Parte omni nutans, quamvis se sustineat vix,  
Insignis graditur tamen haec, proprioque colore  
Et titulis celebris. Quare illam, poplite flexo,  
Exorant, (4) sensum ut propriis moderetur habenis.  
Ut vitae rimetur iter melioris, et altam  
Puppim animae teneat, mentis subeatque cathedram,  
Illius atque hostis pereat, longaeque recedat,  
Ut levis in tenues funi vapor effugit auras.  
At mihi non opus est terrarum excurrere fines,  
Sufficit ut mentem subeam, per seque peroptem  
Diam prae cunctis lucem, summoque reposcam  
Ingenio, propria pro maiestate petendam,  
Illius cupiens vultu speransque beari.  
Mirum quam praesto est, mirum quam promptius adstat.

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Il testo ha: *tiara*.

(3) Il testo ha: *mythra*.

(4) Questa virgola manca.

Externis apertissimisque signis stultitia atque pravae dispositionis ignorantia a Sophia distinguitur, ut nemo (praeterquam omnino caecus, quiue a tenebris lucem, ab albo nigrum discernere nequeat) non possit apertissime videre.

Nuda illa est, nullis circumque stipata manipulis,  
Nudaque de toto iaculatur corpore lucem;  
Magna est velari sanctum hoc iniuria corpus,  
Ipsa fidem (1) facit ipsa sibi, procul esse iubetur  
Nasus, frons rugosa, supercilium, propexaque barba,  
Et quaecunque suo ignorantia iure reposcit  
Indumenta, fides, titulos, insignia, partes.  
Adventantem avidè expectat, generosaque (amantem  
Tamquam deperiens) occurrit, et excipit ore,  
Confirmans trepidum, ac vultu blandita sereno  
Concipit intense quos lentius intulit ignes.  
Quas Orientis opes, ponti quas occulit unda,  
Quas Arabum deserta tenent, montesque profunda  
Conceptant alvo, et complexu terra tenaci,  
In venis refovens occultis, (2) denegat ullis  
Artibus, aut studiis humanis posse parari.  
Conlatas tanto facies, mortalis, (3) honori?  
Fortuna haud poterit meliorem reddere quemquam,  
Nam feret, atque suo pede conteret omnia lethum,  
Et sedes repetent antiquas orta, volanti  
Quae vehit excursu rota temporis: optimus ergo  
Mortali finis fato hoc consistit in uno,  
Divùm naturae consorti degere vita. (4)

(1) Il testo ha: *sidem*.

(2) Questa virgola manca.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

(4) Leggerei: *consortem degere vitam*.

Qualem, ubi te fuerit diva haec complexa, subibis,  
Despicere ut valeas miserandi somnia vulgi  
Immersi surdis lethaei fluminis undis.  
Qui vigilare putant, quando simulacra sequuntur,  
Et vanas stupidi species figmenta furoris  
Convolvunt animo, miseri, (1) divosque fatigant  
Faunos, et Satyros, Centauros semiferosque  
Semihominesque, nihil qui possunt, qui quoque nil sunt;  
Queis quondam vilis fuerat quoque mortua vita  
Impia spirituum suffectis vasa nocentum,  
Ut nova materies bellorum occurreret orbi  
Devoto atque hilari. Specie et spe maxima turba,  
Quam malus exagitat daemon, pro nectare caeli  
Ambrosiaque Iovis, vitae iastrumenta perennis  
Unica quae sensu et detonsis mente putantur,  
Contendit, studiis variis concertat, et urget  
Dignius ut properet; vatis mandataque servans  
Inviolata, Herebi sibi fercula captat ab hortis,  
Stultitiaque merum, quod vinea fundit averni  
Ad fuscas exulta atro a caecodaemone ripas.  
Dein plebs irrisa, Stygio male pastaque fungo,  
Ebria veneficae titubans post pocula Circes,  
Aeternum neglecta Deo sic conteret aevum. (2)

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Il testo ha: *aevum*.

## CAPUT II.

Quidam somniantes cum vulgo, somniare se intelligunt, conantur somnum excutere,  
sed mox se vigilare somniant, somni mutata specie, non abacta.

Spectandus multos inter venit unus et alter,  
Somnia quos quamvis teneant mendacia vinctos,  
Mentis vi quadam vegetis ceu cunque reflexa  
In sese, agnoscunt isthaec ut somnia carpant.  
Ergo se excutunt, contendunt pellere falsi  
Invisas species, expergiscique laborant ;  
Dumque reluctantur miseri surguntque caduntque,  
Interdum vigilare putant, quia vis aliorum  
Somni detorsit speciem phantastica duri.  
Sic tamen inde for' (1) ad rationis limina surgunt  
Praecipiti ut redeant iterum ad inferna ruina,  
Fundum Lethaeique (2) bibant, totam speciemque  
Concipiant: veluti pulsat penetratque profundum  
Machina, quae species intrudit sensibus imis,  
Suspensio postquam cessavit pondere sursum.

Palingenius quasi vigilat.

Talis eum reputa sapientem conditionis,  
Qui tantum potuit sensus penetrare vigore, ut  
Argueret qui extra caelum nihil esse putaret, (3)  
Aetheris et summo in dorso consistere finem

(1) Il testo non ha l'apostrofo, ma ci vuole, perchè sta per *foris*.

(2) Il testo ha: *lethaeique*.

(3) Questa virgola e la seguente mancano.

Rerum, quos ultra natura extendere vires  
Non queat, et veluti Fato reprimente quiescat.  
Falsa (inquit) ratione sibi suadente videtur.  
Nam si illic finis rerum est, ubi desinit aether,  
Cur nihil ulterius fecit deus? an quia scivit  
Nil facere ulterius, propria defectus ab arte?  
An quia non potuit? Refugit nos credere utrumque.

Supra diximus in prima causa et optimo simplicissimoque principio omnia esse unum: ideo si unum eius attributum est finitum, nullum erit infinitum: et si unum est infinitum, omnia quoque sic esse necesse est.

Nil posset certe rerum consistere, finem  
Sorte aliqua patiens si tanta essentia ferret:  
Namque modo finem sibi si praescriberet uno  
Efficiens tanti; tanta et sapientia adesset,  
Virtus, amor, splendor, dominatio, gloria, vita.  
Da mihi finite dominum, sapientem, amantem;  
Credere qui digne potero sine fine potentem?  
Quod si non talis quisquam est, nihil esse valebit  
Unquam; namque opus est ante omnia perpetuo esse  
Saltem unum, a cuius valeant virtute venire  
Quae vel sunt semper, vel sunt quandoque futura:  
Id vero aeternum est: complectens tempora cuncta.  
Ergo vices cunctas alte cognoscit, et omne  
Ipse est, omne facit super omnem temporis ortum,  
Atque loci et spacia fines, quem nulla coercet  
Lex numeri, lex mensurae, lex ordinis, et qui  
Lex ipsa est, ipse est numerus, mensura, modusque  
Absque modo, finis sine fine, actus sine forma.

CAPUT III.

Si deus finita fecisset, potens facere infinita, multi hominum illo essent laudabiliores.

Actibus ergo suis metam, (1) infinita potentem  
Cur posuisse decet, sese factumque minorem,  
Limite cinxisse virtutem? Numine tali  
Nonne tibi melior mortali conditione est  
Credendum ingenium (2) maiora capessere semper  
Adtentans, partis semperque apponere rebus,  
Ut licet ingentes expandere laevis alas,  
Utilitatem aliis superaddens et sibi honorem,  
Et nihilo invideat proprium cohibendo vigorem,  
Et sibi sponte sua angustum circumdare vallum  
Horreat.

Non maiori mensura honorandus esset, quam se praestiterit honorandum: quod si absolute tantus esset, non plus deberet haberi quam frustra tantus.

Et temere magno dignabor honore  
Plusquam se factis ostenderit esse capacem.  
Non vult laudari, non vult plus ille timeri,  
(Quidquid posse putes, quidvis pollere rearis)  
Actibu' quam propriis, et legibus indicat ipse.  
Si tibi nempe Deus certae virtutis adesset,  
Qualis adest multis, et tu infinita potenti  
Sacra lites, et vota feras, arasque perornes,  
Efficies sumptus non ullo munimine dignos,  
Non ulli gratos, quia non referuntur ad illud.

(1) Questa virgola manca

(2) Il testo ha: *ingenium*.



Nam quis aget grates cuiquam, qui ad nomina regis  
Expendit falsos alienae mentis honores?  
Haec quae despiciet sapiens homo, numina curant?

Deus infinita potens et finita faciens, infinita esset invidus, finite bonus.  
Invidus autem infinite tum sibi tum aliis.

Invidiosa sibi atque aliis tanto minus esse,  
Quo minus est frustra (1) polens natura deorum,  
Credendum: velut artificis neque nomen habere  
Digne quis poterit, si quam cognoverit artem  
Exercere neget, neque quicquam promere facti:  
Nimirum genus hoc artis credetur inertis.  
Ergo qui potuit facere infinita, putandum est  
Fecisse, ac totum sancte explevisse vigorem,  
Nec servasse in se vanum, vel inutile quicquam.

#### CAPUT IV.

Palingenius profundius somniat cum Platone, ponit lucem infinitam, extra mundum  
hunc finitum et quas videntur stellas. (2) sine corpore

Proin qui infinitum statuit, mox dogma Platonis  
Concipit, insonnii speciem variando, putatque  
Evigilare satis, sed nox obnubilat atra,  
Qua corpus sine fine neget mox esse fatendum,  
Aetheris atque extra emensi convexa suprema  
Esse putat puram, immensam, et sine corpore lucem,  
Et boat in physicum admittens mysteria sensum.

(1) Il testo ha: *su astra*.

(2) Questa virgola e la precedente mancano.

Qua nostri solis lux est longe minor, inquit, (1)  
Quae fugit sensus vaga lumina, quam deus e se  
Fundit, quamque habitant cum principe millia divùm, (2)  
Caetera turba minor tenet aethera. Sic ait ille  
Attonitus lucem, quam fundit maximus actus,  
Collatam solis luci, velut ad genus unum  
Pertineant, quae abstant rerum discrimine toto.  
Lucis (ait) species haec circa est corpora nostris  
Sensibus exposita, atqui est altera finibus hisce  
Seclusa, et mundani regni portio terna, (3)  
Quae supra caelum splendescit lumine miro.

Fortasse bene legerat Areopagitae libros de caelesti Hierarchia, sed male concludit so-  
lem nitidissimum stellarum, nisi respectu eorum quibus est vicinus.

Porro nec reputes rationem lucis eandem  
Non capere in triplici naturae hoc ordine, dicit  
More poetarum, maiori lumine claros  
Esse inter divos, ut cuique potentia maior  
Est propria; ut stellas inter nitidissimus est sol,  
Sic inter divos praelustris rexque deorum.

Lumen non esse accidens ostendit Palingenius ex motu aeris per fixam lucem.

Mox pugilem intrepidum dialectica spectat arena,  
Ex quo lux omnis pateat sine corpore perstans. (4)  
Forte (ait) obiectum, subiectum esse, aëra, (5) lucis,  
Et, si (6) extra caelum species non corporis ulla est,

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Questa virgola manca.

(3) Qui il testo ha un punto.

(4) Qui il testo ha una semplice virgola.

(5) Questa virgola e la precedente mancano.

(6) Il testo ha: *Et si*.

Quae poterit proprio sine fulero forma subesse ?  
At vero non est subiectum luminis aër;  
Nam sapiens seorsim cognoscet ab aëre lumen.  
Clausis quandoquidem foribus, succensa lucerna  
Immittit quoties per rimam lumen in aedeis  
Obscuras, quatiatque aliquis tunc aera, iuxta  
Luminis inmissi radium, transire per ipsum  
Aër cogetur radium, nil lumine moto.  
Quod si dicendum subiectum luminis aër,  
Certe uno lumen motu quateretur et aër,  
Cumque sibi proprio subiecto lumen abiret.

Secundo, (1) ex motu lucis per constantem aërem.

Praeterea si quis nocturno tempore taedam  
Accensam, properans, gestet, lux illa movetur  
Assidue, mutatque locum, inlustratque tenebras (2)  
Nunc has nunc illas, constans nihilominus aër  
Immotusque manet, taeda currente per ipsum  
Lucifera. Hac victus forma concluditur illi,  
Quam nulla indigeat lux aere sorte subacto.  
Praesertim vero illa dei sanctissima, cuius  
Particula impressa est in nostri corpore solis,  
Inque ipso, tanquam speculo, comprehensa tenetur;  
Nam sphaera velut in propria non cernitur ignis  
Sub luna positus, sed si accendatur in illo  
Materia, apparent tunc astra cadentia caelo,  
Ignitaeque trabes, aestiva nocte micantes;

(1) Questa virgola manca.

(2) Qui il testo ha un punto che non ci va

Sic refugit sensus per se lux illa, (1) tonantis  
Quae tam clara nitet compicta in corpore solis.

Paradisus Palingeni, Empireus Areopagitae, Mundus intelligibilis  
quorundam Platoniorum.

Mox si scire animo sedeat, num simplice luce  
Hac, sine fine aliquo, contenta est tertia rerum  
Sors, an quicquam aliud credendum inoenia mundi  
Extra compertum? Nunc ille arcana, priorum  
Non ullis patefacta, (2) Dei conatur, et altos  
Thesauros, ubi nullorum vestigia vatum  
Hactenus apparent, obscuris pandere terris,  
Si Deus adstiterit, solito annueritque favore.  
Est ubicunque Deus, rerum pater, author, ibidem  
Omne bonum et pulcrum reperitur, gloria secum  
Omnis adest, quidquid tellus et pontus et aer  
Pulcri habet atque boni, totum illud cernitur extra,  
Et quamquam rebus non ulla in talibus insit  
Materia, haud ideo tamen entia falsa putato;  
Nam sunt vera magis, perfectaque, pulcraque longe.  
Forma etenim quaecunque ipsam se sustinet ipsa  
Perfecta ac pura est, quam nec longaeva vetustas  
Laedit, nec vis dura potest dissolvere Fati.  
Innumeras addas species, vestigia quarum  
Corporeo in mundo non sunt impressa; deorum  
Ex quibus emanant felicia gaudia, linguaque  
Humana promi nequeunt sensuque notari;  
Nempe incorporeas formas, divina Platonis

(1) Questa virgola mauca.

(2) Questa virgola mauca.

Quae mens sacrato potuit describere sensu;  
Sed cunctis non sunt mysteria tanta reperta.  
Divùm sunt illic nimirum millia, quorum  
Credendus numerus numero non clauditur ullo.  
Nam cur finitos fecit Deus; quos sine fine  
Multiplicasse valet, sua quo sit gloria tanta.  
Extensus quantam recipit sine limite mundus?

### CAPUT V.

Examèn praepositae opinionis. Non est continuum, nisi sit eiusdem generis, saltem materiae consequentia, perseveratio, defluxio, expansio. Mundus, inquam, immaterialis non facit unum continuum cum materiali.

Talis Apollineum furiosa Sibylla per antrum  
Bacchatur (referunt); non sensus, non color unus.  
Qui potis est igitur sacri commenta furoris  
Tantis eruere e tenebris, ambagibus tantis,  
Turbine phantasiae e tanto, qui fluctuat intus?  
Unum continuum sine margine, dixit Apollo,  
Et numerum innumerum in immenso adstare deorum.  
At vero spacium immensum quid repleat, et quae  
Sit natura Deum, (1) modo non claravit Apollo.  
Hinc male definit ratio avia, sensus inopsque,  
Principiis non firma suis, neque consona vero,  
Dogmata submittens oleo condita Platonis,  
Saleque Aristotelis. Fatuus convincitur error,  
Quando continuum immensum concesserit unum,  
Materiam aut dicat nusquam, vel dicat ubique.  
Nam si continui ratio bene convenit illi

(1) Questa virgola manca.



Atqui ita sint prolis ceu sunt Iovis omnia plena,  
Nam quid ego reputem spacium sine corpore, (1) quodque  
Divinum teneat spacio quod non eget illo;  
Quam spacium frustra, sine forma materiamque?

## CAPUT VI.

Nos ostendimus pluribus, et sensu et ratione adstipulante, eandem rerum naturam et faciem  
semper continuari: qui vero stellarum vel ultra stellas visas aliam ponunt naturam, ne-  
que ostenderunt neque ostendere possunt nisi fortasse vaticiniis, et somniis.

Ergo qui spacium non tollit, materiei  
Vim tantam affirmat, cui si praesentia lucis  
Illa eadem adsistat, prolem genitabit eandem,  
Qualem pando tibi, atque aliam non pandere posses.  
Nam spacium quodcumque putas, pro corpore substat, (2)  
Continuum quodcumque putas, unum genus explet.

Ut quoque cunq̄ue voles mundum complectier istum  
Et spacium a natura quae infinita perambit,  
Quare etiam mundum similem spaciumque negabis  
Formis ornatum paribus, quois non meliores  
Suadebis rhetor, non convincesque sophista?  
Quare, inquam, similem mundum spaciumque negabis  
Millibus apponi vicibus, par est tibi inane,  
Vis conceptatrix similis, pater unus, et idem  
Spiritus in toto: ut multos unum mare pisces,  
Aër et unus aves, plantarum corpora campus?  
Posse putas? Cur esse negas? Tibi nempe videtur  
Corpoream prolem bene non iteratier, inque

(1) Questa virgola manca, e le parole seguenti vanno ordinate così: *et quod teneat divinum, quod etc.*

(2) La virgola precedente e la seguente mancano.

Consimili spacio, simili spectanda tenore,  
Principiis iisdem consistens atque elementis,  
Non deceat; similisque eadem manus efficientis  
Abnuat in simili, spacioso campo in eodem,  
Naturaeque sinu, de massa ac semine eodem,  
Cuius non unquam desit vis, materiesque,  
Consortem postuisse? Malus tibi forte videtur?  
Gnostica nempe tuam cepit (1) sententia mentem?  
Adde igitur quam potuit virtute creari (2)  
Comprehensusque dari, medium sortitus inique,  
Unicus iste globus? species mala nempe coëgit  
Sponte sua, vel forte putas male parta dedisse?

Si hic mundus esset malus, a malo esset principio; et sive finitum sive infinitum ex alia parte esset bonum, nihilominus duo essent principia contraria, aequalis virtutis, et principium malum sicut heic posuit hunc mundum, et infinitos alibi alios posuisse potest.

At vero o miserum ingenium, quaenam tibi causa  
Aequi est atque boni, praeterquam dia voluntas?  
Iustitiae atque boni ratio est divina voluntas.  
Dicere sique malum importuno pectore mundum  
Te iuvat, ergo duplex noscas quoque principiorum  
Esse genus, quia sic tibi Gnostica secta favebit.  
Dogmata namque suo fundamine sunt stabilita,  
Ergo mali natura valens adeo usque putari,  
Ut foetum proprium queat ista in sede locasse,  
Conservare suo nihilominus atque vigore;  
Cur simile in simili, parili virtute locatum, (3)

(1) Il testo ha: *coepit*.

(2) Il testo ha: *creari*.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.



Non statuet spacio? Nam si infinita potestas  
Uni est principio, alterius quoque concedet esse.  
Nemo etenim statuet, finita vi potuisse  
Hunc unum statuisse sibi solum exiguumque,  
Quem par est contra infinitum obsistere semper.

Si mundus esset a malo principio finitus contra infinitum, principium malum praestaret bono, quia unum, unitum, contractum, simplex praestat multo, disperso, expanso, composito, et si non per actum, tamen per virtutem.

Inmo etiam facile hunc possem praesumere mundum  
Maiori positum momento esse atque vigore,  
Ni melior me cura alio tractaret habendo,  
Nempe quid hunc tantum statuis? cur materiei  
Totam heic assumis massam, spaciique vigentis  
Tanto corpoream amplexu comprehendere molem,  
Cum tamen heic spaciū est eadem vis atque seorsim.  
Te decet hoc monstrasse prius quam velle putari  
Esse novas species, quaeque argumenta reportent  
Quorum principium puras norim esse Chimaeras.

Improbantur actus illi et formae sine materia, neque Inces sine corpore, quales Palingenius et illi similes appingunt; non aliter.

Mitte infinitam spacio sine dicere lucem,  
Illamque esse Deum, lumen qui accendat in isto  
Sole, iubar tantum varie qui periaculando, (1)  
Perficiat varias species, sint unde beati  
Hi magis, illic minus: mitte hortos Elysiorum,  
Iugera centenis constantia millibus absque

(1) Il testo ha: *peraculando*.

Materia, et spacio sine corpore, pondere, mole,  
Mensura, et numero in species queis distribuuntur.  
Puros mitte actus, contemnito seque gregata  
Entia prima tua haec non ullis sensibus apta,  
Quae tanto uberius fontem pulchrique bonique  
Participent, quanto purae magis et tenues sunt.  
Naturae abstracte (1) mitte exemplaria, grandes  
Archetypos subsistentes, quae tempore nullo  
Consistent, nulloque loci discrimine septas  
Ideas: mitte, infelix, monstrosa reperta,  
Phantasiae partus, (2) tantos sine re Megacosmos;  
Intentamque meis mentem convertito dictis.  
Quid tibi cum luce est rerum, miserande, (3) superna  
Quam tibi deliri prompserunt serinia sensus,  
Cum lucem ignores, quae inportunissima pulsat  
Pectora, quaeque intus nobis splendescit et extra,  
Effoditque oculos, quos frustra es nactus, (4) apertos.  
Nunc natura parens duplici frustrata favoris  
Ollicio, miserata tamen sic te increpat ultro.

Lucis alloquium quo ad fontes sapientiae et sensum revocat sophistas.

Ut sperem in tenebris actus rationis obire,  
O miserum, te posse? oculos ubi luce premente,  
Usque adeo a sensu veraci lucis aberras?  
Lux (ait) ipsa ego sum, per quam quoque caetera possis  
Vestigare, suis et nosse coloribus, atque

(1) Leggerci piuttosto: *abstracte*.

(2) Questa virgola manca.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

(4) Questa virgola e la precedente mancano.

Quis haec ex illis perstant distincta figuris.  
Ipsa ego principium sum primum cognitionis,  
Primasque obiecto species, exemplaue multa  
Promoveo statim ad generalia, de quibus arteis,  
Foeturae ingenii plures, quibus optima meta  
Pervia mortali defunctis corpore praesto est.  
Ipsa magistra prior monstratrix sum specierum,  
Per quam cuncta patent, nihilo indiga quo patefiam,  
Nam per me videor, reliqua ut per me videantur.  
Ergo seu talpa es, seu frustra luce oculorum  
Donatus, dic: quo ingenio de luce loqueris,  
Et lucem finges aliam? buccaque tumentis  
Divinum iactes fulgorem; quando patente  
Proficis haudquicquam intendens, miserande, pupilla,  
Quam lepus in medio possit spectare sopore,  
Dum sic ille sibi se, ut tu tibi cernere credat.  
Credis homo lucem, quae caelum est fusa per amplum,  
Esse quid existens sine corpore, nec genus esse  
Corporis, est etenim peregrina essentia quinta,  
Quae cum non egeat fundamine corporis ullo,  
Per semet penetrat magnum per inane meatque.  
Corpore de illustri fluitans substantia quaedam est,  
Proin solem aut ignem informans sic perficiensque,  
Spargitur et, motis illis, percurrit olympum.  
Stantibus iis autem, frustra compellitur aër.  
Hisce ego te exsolvam (1) vinclis, si haec verba capesses.

(1) Il testo ha: *exolvam*.

Distinguitur lux in physicam seu veram, et metaphoricam. Unde scias scintillam  
lucis divinae non accendere solem.

Primum adverte, minus lucem nos dicere posse, (1)  
Praeterquam venientem obiectum sensibus actu.  
Quid lux, quam ponit sermonis certa figura,  
Et similis quaedam ratio, atque proportio tali  
Nomine concelebrat, cum lucem dicere legem,  
Iustitiam, soj hiam, virtutem, numina suemus?  
Divinam hinc lucem, solis lucem exuperantem,  
Cuius clarescant vestigia corpore solis  
Igniferi, haud poteris physice signare loquendo:  
Atqui (2) rhetoris, polyhistoris, atque prophetae  
In morem, sancto donandus bardocucullo.

## CAPUT VII.

Mox lux physica in plura distinguitur significata. (3)

Nec lucis nomen physicae esse synonymon ultro  
Credideris, quando aeterna illa affectio solis  
Subiecto in proprio, non seque gregabilis, haerens,  
Est aliud longe, quam quae explicitata per aethra, et  
Corporis oppositi in vultu spectabilis, atque  
Multimodo illa gradu concepta, reflexa, refracta:  
Non eadem est propriis species impressa figurae  
Corporibus, et quam speculi simulacra reportant.  
Sic lucis simulacra putes emittier, inque

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Il testo ha: *at qui*.

(3) Il testo ha: *significata*

Aërei campum spacii exire, et specierum  
Reddere perspicuos vultus, propriumque in eisdem.  
Umbrae quapropter, lucisque, et imaginis una est  
Conditio; fulgorem aio, qui de rutilo igne est,  
Quando calens sine luce minus nomen capit ignis,  
Luxque calore carens non suevit dicier ignis,  
Et, quam flamma, (1) minus vis vicina illa vaporis.  
Nec potis est ignis consistere, nullus ubi humor,  
Cuius hic accensus substantia vera videtur,  
Extra quam non ulla ignis vestigia cernes.  
Unica nempe humor sedes est lucis amoeræ,  
Ut tenuis, lenis, viscosa, et spiritualis,  
Igniti citra sensum, splendere cadaver  
Ellicit interdum, vermes, muscasque volantes,  
Quae in tenebris fulgent, squamas, conchasque marinas;  
Citra haec quae fuerint aliunde nitentia cuncta  
Lucis habent speciem, vestigia, vel simulacra.

Ostenditur lucem non moveri per aerem, neque aerem per illam, ad tollendam l'alingenii  
et aliorum phantasiam. Imago non est eadem alibi atque alibi, sed eiusdem.

Ergo ut, quae in variis speculis apparet, imago,  
Unius esse potest nimirum, non tamen una;  
Dumque locum mutans, (2) spectabile fit variisque  
Obiectum speculis, formam praesentat eandem,  
Non tamen est eadem quae praesentatur ab illis:  
Quae fuit in speculo B, non saltavit imago,  
Et mox in speculum C se spectanda recepit.  
Quin potius variam ac variam, pro conditione

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Questa virgola manca.

Subiecti, ex aliis speculis exsuscitat. Inde  
Ne credas speciem in speculis, pariterque moveri,  
Ceu res continue speculis obiecta movetur,  
Verum alias aliasque alibi facit esse alibique,  
Ut loca subiectum varians fit mobile corpus.

Umbram non moveri cum corpore moto, sed continue aliam esse atque aliam, seu  
subiectum, seu intermedium, seu lampas movetur.

Umbraque, quandoquidem vere est privatio quaedam  
Lucis, non debet cum corpore mota videri,  
Sed veluti corpus, nunc heic, nunc subtrahit illie  
Lucem, (1) interpositum, nunc furvum hoc, nunc facit illud  
Subiectum spacium, nunc rectam, nuncque curvam,  
Nunc facit oblongam heic, aliamque (2) alibi brevioram,  
Amplior haec istie, illic angustior illa.  
Non est autem eadem quae currit, mota, quiescit.  
Flectitur, erigitur, curvatur, obambulat, intrat,  
Exit, contrahitur, producit, amplificatur,  
Stringitur, et tenuis modo fit, modo crassior ipsa est;  
Porro ad momentum nova surgit quodlibet umbra, (3)  
Seu sub, seu interiectum, seu lumina transfers.

### CAPUT IIX.

Venit ad propositum lucis, quod non movetur; utque omnis imago in toto spazio sit  
praesens sine motu, cuius actus, remotis impedimentis, est sensibilis.

Sic igitur lux, quam lucis bene dixeris umbram,  
Non eadem de subiecto in subiecta movetur;

(1) Questa virgola manca, e l'ho messa, perchè si veda che *interpositum* va con *corpus*.

(2) Il testo ha *aliosque*.

(3) Questa virgola manca, e l'ho messa, perchè il verso seguente è da intendere così: *seu  
transfers subiectum, seu etc*

Sed nova continue, praesens (1) aliis, aliisque est.  
Nec displosa venit claro ex oriente repente,  
Quando illam totus simul excipit amplus horizon,  
Ac si fingatur centri exglomeratio (2) quaedam,  
Quae mox in centrum retrahat, glomeretque repente  
Aurati iubaris diffusos undique crines.  
Non vere facit hanc intrantem adaperata fenestra,  
Clausam nec exclusam, varie quasi mota feratur:  
Undique nam, medio sine tempore, (3) respicit astrum,  
Nec fluit aut refluit, sed adesse (4) et abesse repente  
Cernitur ex toto, sine fluxu, atque absque refluxu,  
Luce caret, (5) simul ac soli non adstat aperto.  
Ergo ubicumque loci nova lux accenditur, illa  
Tempore non prius est in lampade, quam in regione  
Aeris adstantis; simul est et corpus et umbra,  
Et simul hanc patulus totam suus haurit horizon.  
Talis adest et abest igitur, neque mota recedit,  
Ut non accessit tamquam displosa vel icta.  
Aere cum patulo ad solem est simul ipsaque praesens;  
Forteque per spacium simili, lux, umbra, figura  
Consistunt, neque per se sunt, per seve moventur;  
Tam multum distat quo sint substantia quaedam.  
Nec si comperias persistentem ignem sine luce,  
Continuo adsequeris stantem sine corpore lucem,  
Fingit enim stulte dementum turba sophorum  
Abstractas species, plusquam logica atque mathesis,

(1) Il testo ha: *praesens*.

(2) Il testo ha: *ex glomeratio*.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

(4) Il testo ha: *ad esse*.

(5) Questa virgola manca.

Nempe superphysicas, trans tempora, trans loca, transque  
Sensum, phantasiam, rationem, denique nullas.

### CAPUT IX.

Ad ideas, substantias separatas et essentias absque esse, et quidditates (1)  
extra ea quæ sunt, metaphysice constantes.

Desine quapropter tibi persuadere chimaeram  
Infinitalucis illam sine corpore stantem,  
Nempe tui fictam sensu, sanctamque tenebris.  
Adde, quod est nusquam distincta essentia ab esse;  
Tantum infinito est unum quia prorsus utrumque,  
Natura estque nihil, nisi virtus insita rebus,  
Et lex, qua peragunt proprium cuncta entia cursum.  
Quin etiam abstractum quiddam logica ratione,  
Non autem vere subsistens, iustitia est qua  
Iusta, bonum bona quo, sapientia qua sapiuntque,  
Quaque Dei atque ferae, non est deitas feritasque;  
Non lux qua lucent quæ sunt lucentia, et umbra  
Qua sunt stultitiæ, tenebrae, phantasmata, gerræ.  
Archetypus mundus complectens ista sigilla  
Extra materiae campum, quia deficiente  
Quoque ex iis quæ sunt composita, est certa perennans  
Naturæ species, unde isthaec continuantur,  
Singula dum pereunt numero distincta per orbem.

(1) Qui il testo ha una virgola.



Non possunt plus naturae compositorum extra compositionem esse.  
quam extra subiectum accidentia.

At veluti non est per se natura coloris,  
Durities, levitas, et qualia rebus inhaerent  
Compositis, ita nec essentia dicier ulla  
Extra ens subiectum poterit, parteisque repertas,  
Plusquam de proprio sua somnia posse cerebro  
Hosce excussa foris dare contemplanda videmus.  
At stupidum levia haec pecus ad figmenta recursat;  
Et gaudent reboare, prius fatuo ore boata:  
Rudenti adrudunt, stupide aduculant cuculanti.  
Cedimus (1) haec logicae, concedimus (2) ista mathesi,  
Ut doctae canones rationis distribuuntur;  
Quin etiam physico liceat distinguere forma  
Materiam, quoties per se definit utrumque,  
Nec putet interea, ut sunt haec concepta, (3) seorsim,  
Atque licet per se lucem, ac finire colores.  
Motum, infinitum, (4) per se constare reperta; (5)  
Ne putet esse absque hoc quidquid speculabitur absque hoc.

(1) Il testo ha: *cedimus*.

(2) Il testo ha: *concedimus*.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

(4) Questa virgola manca.

(5) Qui il testo ha un punto.

CAPUT X.

Deum esse infinitum in infinito, ubique in omnibus, non supra, non extra, sed praesentissimum, sicut entitas non est extra et supra entia, non est natura extra naturalia, bonitas extra bonum nulla est. Distinguitur autem essentia ab esse tantum logice, et sicut ratio, ab eo cuius est ratio.

Ergo age, comprehendas ubi sit Natura Deusque;  
Namque ibi sunt rerum causae, vis principiorum,  
Sors elementorum, edendarum semina rerum,  
Formae exemplares, activa potentia promens  
Omnia, substantis celebrataque nomine primi:  
Est quoque materies, (1) passiva potentia substans,  
Consistens, adstans, veniens quasi semper in unum;  
Nam minime tamquam adveniens formator ab alto  
Adstat, ab externis qui digerat atque figuret.

Ars operando discurrit, cogitat. Natura sine discursu promptissime operatur. Ars tractat materiam alienam, natura materiam propriam: ars circa materiam est, natura interior materiae, quinimo et ipsa est materia.

Atqui materies proprio e gremio omnia fundit:  
Interior siquidem natura ipsa est fabrefactor,  
Ars vivens, virtus mira quae praelita mente est,  
Materiaeque suae dans actum non alienae,  
Non haerens, non discurrens meditatur, at ex se  
Cuncta facit facile, velut ignis splendet et urit.  
Ut lux per totum diffunditur absque labore,  
Nec distracta meat, sed constans, una, quieta,  
Temperat, apponit, componit, distribuitque.

(1) Questa virgola manca.

Rudis enim est scriptor qui cogitat, et citharoedus, (1)  
Nempe recens discit. Porro natura perenne  
Tractat opus, sensum non auget non minuitque.  
Proxima formatrix anima est, vis intima cuique,  
Atque ut materies ipsam sese ipsa gubernat,  
Interno, ut limax, pulsu se extendit, in aretam  
Semet conglomerat molem, nullamque figuram  
Interdum facit esse sui, mox fronte redire  
Cornua parva iubet, caput exerit, oraque mittit,  
In speciemque, agili exporrecto corpore, vermis  
Procedit, veluti facta exglomeratio centri.  
Seminis e centro fabrefactor spiritus imo,  
Natura efficiens, formator materiei  
Instantis, raptor, fictor, digestor erit sic.  
Motor ab internis.

Quid praestant ergo Platonis  
Arches illae, (2) technae, archetypi, ideae, ora, colossi,  
Phantasiarum currus, naves quisquiliarum,  
Extra corporeum sic consistentia mundum?  
Immo et si certo conclusum limite seclum  
Finxeris, ad quid opus deiunctarum specierum?  
Non sane ut rebus sua sit constantia, namque  
Principia, atque elementa manent haec ipsa, perenni  
Ordine, seque gerunt proprios peragentia cursus,  
E quibus exerrent numquam; quia non mage lymphæ,  
Aeris in campum, adsurgit, specie acta vaporis,  
Quam concreta suos repetet mox concita lines. (3)

(1) Il testo ha: *citharoedus*.

(2) Il testo ha: *Archi ille technae*.

(3) Qui il testo ha un interrogativo.

Non etiam efficiens eget, ut vertatur ad astra,  
Hinc simulacra sui prospectans alta laboris,  
Ne usque adeo miseram naturae conditionem  
Fingamus, nostra quoniam excelletur ab arte.  
Per sensus speciem interni quae sufficienter  
Dirigitur, plures nec non species animantium  
Interno actorum ingenio, prudentia mira  
Est quibus ingenta specie: (1) formiculae, apesque  
Sollicitae, exemplar quibus nullum panditur extra.  
Nam plusquam praesens, natura est insita rebus;  
A nihilo distans, quoniam nil distat ab esse,  
Praeterquam falsum, nunquam, nusquam, nihilumque;  
Et, (2) rerum facies dum tantum fluctat extra,  
Intimius cunctis, quam sint sibi quaeque, (3) vixens est,  
Entis principium, cunctarum fons specierum.  
Mens, Deus, Ens, Unum, Verum, Fatum, Ratio, Ordo.

Perit ergo peripateticum illud caelum primum, rerum omnium, quae natura constant, principium et finis: quinta illa substantia, suapte in orbem mobilis natura, quae fons et origo caeterarum omnium motionum, et perfectissimum illud corpus virtute caetera omnia complectens; et illius elaustra imaginaria effringit inane illud spacium ac acceptaculum; et ad innumerabilium mundorum complexum immenso se circumquaerit examplificat campo: caelici illi motores, ut de nihilo ex utero perturbatae phantasiae, pravae dispositionis ignorantia obstretrice editi, et sub tempestate tenebrosae noctis educati, et adulti: ita in suum nihilum, intelligentiae

(1) Questo punto e virgola manca.

(2) Questa virgola manca.

(3) Questa virgola, e la precedente, e la seguente mancano. Le ho messe, perchè si veda che *vixens* va con *natura*.

sole exoriente, vaneseant. Disperit infinita illa insensibilis lux, intelligibilis, immaterialis, infinita, supraetherea, accendens stellas; favilla cuius solem facit: quasi quidquid dicitur, credibile esse possit, et quidquid vates ebrii effatiunt, a superioris intelligentiae dictamine promanet. Sed (1) eadem lux, virtus, natura, dominium, potestas, et actus, quo hoc spacium non est informe, sed tanta exornatum varietate, et infinitum quod extra ipsum est, cognoscere oportet: quandoquidem spacii potentiae consimilis mundi susceptrici non satisfacit natura intelligibilis, lux sine corpore, umbra sine fundamento, verba sine significato, vox sine sensu; ad appetitum quippe spacii expleri perficique potentis corpore, mundo, nihil facit substantia separata, individua, indimensionata, neque huic spacium quicquam conferre potest, nisi ut cum simili rerum ordine consistat. Non minus quippe Deus ille, lux illa (eo, quo lux dicenda est, modo) est in hoc mundo praesens ubique tota, quam est spacium universi sensibilis istius: quia corporum et specierum harum praesentia non excluditur, sed nobiliori sorte cognoscitur atque constat. Quinimmo secundum eam, qua extra hoc finitum in spacio infinito degit, sortem, nihil huiusmodi, quod ad spacii actum proprium spectat, producens, indigne et invidiose se gereret et haberet: quandoquidem sicut nil vetat, quominus eadem ratione totus ille mundus intelligibilis sit hic (nempe nusquam exclusus) qua est extra, quia praesentia istius mundi illius a mundi praesentia non abhorret; ita etiam quid est quod prohibet, quominus in spacio illo, quod oporteret intelligere infinitum cum tali tantaque luce, praesentia similium huic mundorum comprehendatur? Immo illius mundi praesentia longe minus a praesentia istiusmodi mundorum abhorrebit; alioqui neque in isto spacio productus haberetur hic mundus, qui non magis ab illa abesse potest divina luce, quam a se ipso. Sicut ergo hoc spacium, nihil absque illius lucis praesentia

(1) Leggeresi: *eandem lucem, virtutem, naturam* etc., perché non c'è da intenderli, se non come dipendenti da *cognoscere*.

contineret, et illa nihil absque hoc produceret: ita et illi luci frustra adesset illud spacium, quod ad lucis illius consistentiam (cum incorporea sit) nihil facit. Incorporea quippe atque indimensionata lux non actuat spacium. An non expedit ergo, ut ita cognoscamus et fateamur spacium illie perfectum sicut heic, et lucem divinam pariter ibi perficientem atque heic, ut eo quo bene heic se communicat glorificanda modo, et illie se glorificanda communicet? Forte indignum tibi videtur ut in alio spacio talis sit mundus: sed id sine causa; omne quippe spacium absolute non differt ab isto, nisi quia illud tibi est inane, hoc vero aequali sibi mundo expletur: cur ergo illud indignum potest esse spacium eo, quo istud esse potest dignum? Voluntas (inquies) efficientis liberi et optimi dignitatem facit et indignitatem. Sed, o bone, quid est quod tibi de illius voluntate constat? an hoc te aliquis docuit energumenus; aliquis qui cacodaemonem pro anima habuit, hoc edocuit?

Atqui nos de illius voluntate haudquaquam ignobilium et stultorum more definimus, cui quod optimum et gloriosissimum est, et naturae suae optinae convenientissimum tribuendum ducimus, quem nefas est quaerere in sanguine cimicis, recutito cadavere, epileptici spuma, et sub conculcantibus carnificum pedibus, et melancholicis necromanticorum (1) vilium mysteriis; sed in inviolabili, intemerabilique naturae lege, in bene ad eandem legem instituti animi religione, in splendore solis, in specie rerum, quae de huius nostrae parentis visceribus educuntur, in imagine illius vera corporeo modo explicata de vultu innumerabilium animantium, quae in immensa unius caeli flubria lucent, vivunt, sentiunt, intelligunt, optimeque uni applaudunt (2) maximo.

(1) Il testo ha: *nec romanticorum.*

(2) Il testo ha: *applaudut.*

Sic non succifluis occurro poeta labellis,  
Non Ganymedeo cultus blandusque lepore,  
Mellitus, scitus, tersus, graphiceque venustus;  
At vero durus, villosus, rusticus, asper,  
Callosus, rigidus. Porro fortassis ero, cui  
Castaneae haud desunt, et pressi copia lactis.  
Fistula grande sonat mea, quamvis dulce novellis  
Non ita, nam pulsat valido longinqua tenore,  
Repletque obiectum spaciioso margine campum:  
Doctaque ad accentus iteratis vocibus Echo  
Consonat, et totum sibi contestatur abunde  
Impressum arcano in sensu, adstantesque lacessit,  
Inflammatque deas; ut larga carmina vena  
Fundenti occurrant, adplaudant (1), ad numerosque  
Saltillent, satagantque levi membra arte movere.  
Tuuc ego, capripedis servans vestigia Panos,  
Non reboo impulsus, (2) memorem Iunonis (3) ob iram.  
Nam Caesar nullus nobis haec ocia fecit:  
Non quod Penelope lento blanditur Ulyssi,  
Nam sic barbatum Satyrum tam femina vox non  
Addecet, hanc quamvis admiror, amoque, coloque;  
Pro Cyprio quamvis vultu (ceu numine viso)  
Desipio, morior, devisceror, exeoque ex me.  
Masculeo saltat Faunus fortique tenore,  
Occurrens Nymphis, discurrens post Cyparissos,  
Inque aliis quod amat, non volt imitarier omne.  
Ergo ego setosum quia me natura creavit,

(1) Il testo ha: *ad plaudant*.

(2) Questa virgola manca.

(3) Il testo ha: *Iunonis*.

Non discam rudibus digitis aptare smaragdos,  
Cincinnare comam, roseumque per ora ruborem  
Fundere, odoratis caput instrophiare hyacinthis,  
Promere flexibiles gestus, mollemque choream,  
Gutturis et de me vocem exentrare (1) tenelli;  
Ne vir agam puerum, ne de mare foemina fiam.  
Quod si ut sum factus, diviùm pro munere, memet  
Ingerero rigidum, membrisque viriliter acrem,  
Infrenem, invictum, sementoseque sonantem;  
Narcissis referam: peramarunt me quoque Nymphae.

(1) *Exentrare* sta per *excenterare* in senso metaforico.



**DE MONADE NUMERO ET FIGURA**



*Daedalias vacuis plumas nectere humeris  
Concupiant alii, aut vi suspendi nubium;  
Alis ventorumve appetant remigium,  
Aut orbitae flammantis raptari alveo,  
Bellerophontisve alitem;*

*Aut (1) Pyndum subdere Olympo atque Ossae stu-  
Vel (melius) peregrino advectos spiritu (deant,  
Fieri irrisoris instrumentum daemoris,  
Ut perduto de corpore mirabilis  
Dent specimen suppositi.*

*Nos vero illo donati sumus Genio,  
(Ut fatum intrepidi, obiectasque umbras cernimus).  
Ne coeci ad lumen solis, ad perspicuas  
Naturae voces surdi, ad Divum munera  
Ingrato adsimus pectore.*

*Non curamus stultorum quid opinio  
De nobis ferat, aut queis dignetur sedibus:  
Alis ascendimus sursum melioribus,  
Quid nubes ultra, ventorum ultra est semitas,  
Vidimus quantum satis est.*

*Illuc conscendent plurimi, nobis ducibus,  
Per scalam proprio erectam et firmam in pectore,  
Quam Deus, et vegeti sors dabit ingenii,  
Non mens, pluma, ignis, ventus, nubes, spiritus,  
Dicimantum phantasmata.*

(1) Il testo ha: *At.*

*Non sensus vegetans, non me ratio arguet,  
Non indoles exculti clara ingenii:  
Sed perfidi sycophantae supercilium  
Absque lance, statera, trutina, oculo.*

*Miraclim armati segete.*

*Versificantis grammatae encomium,  
Buglossae graecissantum et epistolia  
Lectorem libri solutantum a limine,  
Latrantum adversum Zoilos, Momos, Mastiges,  
Hinc absint testimonia.*

*Procedat nudus, quem non ornant nebulae,  
Sol: non conveniunt quadrupedum phalerae  
Humano dorso. Porro veri species  
Quaesita, inventa, et patefacta me efferat;*

*Et si nullus intellegat,*

*Si cum natura sapio et sub numine,*

*Id vere plusquam satis est.*

# JORDANUS BRUNUS NOLANUS

## DE MONADE NUMERO ET FIGURA, SECRETIORIS NEMPE PHYSICÆ, MATHEMATICÆ ET METAPHYSICÆ ELEMENTA.

AD ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. HEROEM HENRICUM IULIUM  
BRUNSVICENSIS ET LUNÆBURGENSIS DUCEM,  
ALBERSTADENSIS (1) EPISCOPUM, ETC.

---

### CAPUT I.

Quos gremio tellus hominum fovet alma benigno,  
Maxima pars hoc acta (Ducum celeberrime) fato est,  
Ut vegeta, tempus studii, sub syndone solis  
Destinet iis rebus, quibus adservatur inanis  
Spiritus in vinclis, vivaeque caligine tumbae,  
Cui vitae finis vita est, via meta viai.  
Indeploratum primo genus exit eorum,  
Qui neque fortuna gaudent, neque robore sensus,  
Divini vultus nusquam simulacra ferentes;  
Quos tantum consors homini commendat imago;  
Dum interea ingenium pecoris compendia vitae

(1) Qui il testo ha una virgola.

Aptius adsciscet, digiti pro munere quini.  
Hoc debet miserum sic adservarier, ut sit  
Turba ministerii ingenio meliore subacta.  
Non minus infelix numerus succurrit eorum,  
Queis ut non desunt alieno parta labore  
Commoda, dormitant requieta mente supini;  
Sicque diem nocti iungunt, noctemque diei,  
Ut mors viva premat miseros, et mortua vita.  
Nam bona non bona sunt propriis in sensibus orbo,  
Quem fugit ingenium, ratio, experientia, et usus:  
Nil audit quod non credat; seque arguit ipsum  
Cernentem interdum, et vigilando somniat excors,  
Ac medio in luxu laxatur vivere, visque  
Bruta voluptatis, mortis turbata timore est:  
Sic stultum excruciat, (1) propria ignorantia, tortor,  
Donec summa dies decreto edixerit arcto,  
Ut fungus terrae specie reddatur eadem,  
Qua primum exortus superas concessit ad auras.  
Sunt quos sustollit duris in rebus egestas,  
Exacuitque ardens amor, aut timor, aut recoquenti  
Ambitio stimulo. Quapropter candida veri  
Non movet hos species, virtutisque intemeratae,  
Sed quae frugifero hoc titulo vaga opinio donat.  
Futile propterea studium reputabitur illis,  
Quod non parturiat ventri rata commoda surdo.  
Et quos insanum vulgus sustollit honores.  
At nos quantumvis fati versemur iniquis,  
Fortunae longum a pueris luctamen adorsi,  
Propositum tamen invicti servamus et ausus,

(1) Questa virgola e la seguente mancano.

Queis vel forte, Deo tantummodo teste, valemus,  
Vel non usque adeo aegroti sumus, atque sopiti,  
Vel certe sensum morbi retinemus et ultro  
Temnimus, ut mortem minime exhorrescimus ipsam.  
Viribus ergo animi haud mortali subdimur ulli.  
Te melior fortuna, (1) Deus, (celsissime princeps)  
Si modo pro ingenii rebus superaddis honore, (2)  
Edidit exemptum a cura, miserator, utraque :  
Quando opibus liber et maiestate renides.  
Non sic ut spernas populos, queis suspiciendum  
Te dedit: et non ut temnas, quibus esse verendum  
Iussit, ceu suevit numerus, plane haud mediocris,  
Ipsorum qui sceptrata tenent duntaxat, ut exsint  
Organa, queis seclum neglectum suppeditetur,  
Et pecus indignum sua sub duce pabula carpat,  
Pro quibus exsolvat vellus, gravioraque pensa.  
Nam gravius nihil est, quam libertate superba,  
Iuraque pro arbitrio pollens sibi fingere, (3) avara,  
Rustica progenies: quae tunc se attingere caelum  
Credit, cum potis est impunis temnere iura,  
Et quidquid splendet virtute ac nobilitate,  
De genere unde videt merito contemnere ipsam.  
Sed dio sic igne nites, sublimior orbi  
Irradians, gemina ut vi luminis atque rigoris, (4)  
Discutias tenebras, et turbida barbariei  
Semina disperdas; ubi Musae et Martis honores

(1) Questa virgola manca.

(2) Qui il testo ha un punto ed una chiusura di parentesi che non ci va. Leggerci poi tutto il verso così: « *Si modo pro ingenii, rebus superaddis honorem* ».

(3) Questa virgola e la seguente mancano.

(4) Questa virgola manca.

Explicat ex uno, Iovialis, corpore, (1) Pallas.  
Hinc populos generosa regens industria tantos  
Non eget austero (ut video) medicamine, quo sit  
Praxis de studio hoc potius spectanda potestas,  
Quam simplex ratio, rerum fons, luxque perennis.  
Ergo quod in praxi pars istaec tota reposta est,  
Fertque suo innumeras paucarum pondere praxes,  
Charior est vulgo, atque loco celebranda priore,  
Ipsis de titulis. Sed non haec fercula vulgo  
Porriginus. Porro hinc ad malas commoda, (2) genti  
Iustituenda damus, quae non intelligat ipsa  
Omnia, sed tantum quae sunt nutrimina sensus;  
Quo fors adtollat semet, numeroque recedat  
Ex illo quisquam, qui intenta mente relustrans  
Propositum, atque urgens iterumque, iterumque volutans,  
Comperiat signis quae non monstramus avaris:  
Nam nihil adstruimus, quod non comprehendere possit  
Qui non grammatica tantummodo lege sophiatur,  
Et novit lapidum, herbarum, generisque animantium  
Qui status et quae sit complexio, quaeque potestas,  
Et vita et mores de toto et partibus ipsis;  
Naturae ut calamo veniunt descripta fidei.  
Sunt generis primum signis distincta, subinde  
Sub genere archetypus speciem hanc seiungit ab illa, et  
Sub specie propriis noseuntur singula notis.  
Namque quid esse putem similes variasque lituras,  
Quam proprium, atque aliis commune, notantia signa?

(1) Questa virgola e la precedente mancano: le ho messe perché si veda che *Iovialis* va con *Pallas*.

(2) Questa virgola, mancante nel testo, l'ho messa per indicare che *commoda* va con *nutrimina*.



Tanto nimirum meliori lumine adacta  
Promptaque praecipue, quanto scriba optimus ille est  
Qui signando facit totum, faciendoque signat;  
Nec patitur simili diversum currere vultu,  
Lumine depingit totum sapienter et umbra,  
Omnibus unde omnes rebus subiere colores,  
Foecundas rerum voces et scripta ubicumque  
Invenies, quocumque oculi advertentur et aures:  
Quae scriptura licet satis est expressa, diei  
Concurrens cum luce; tamen quia vel sumus orbi,  
Vel minus intenti potius, latet irrita nobis.  
At non per se, ac simpliciter venit irrita, certe,  
Nam neque momentum naturae nos sumus omne:  
Et si momentum naturae nos sumus omne,  
Haud sumus hac specie aut alia sic praetereunte,  
Atqui (1) simpliciter pro cunctis materiei,  
Atque actus numeris. Nihilum vetat attamen esse,  
Ut quandoque fuere viri, qui ascendere sensu  
Hac potuere tenus, qua certis multa sigillis  
Atque characterum tractu docuere parari,  
Temporibus certis, vestigia, (2) cunctiparentis  
Naturae intento lustrantes lumine vultus:  
Nempe ita colloquio fungi potuere deorum,  
Istius et generis bene compellare tabellis  
Numina naturae, vel sic pro more patrare.  
Quaelibet et species per singula membraque eorum  
Cunctas expromit species, (3) velut est hominum qui

(1) Il testo ha: *at qui*.

(2) Questa virgola e la precedente mancano.

(3) Questa virgola manca.

Et vultu atque anima est tarde gradientis aselli.  
Ergo discrevit propriis natura figuris  
Cuncta sigillatim, constanti cunctaque lege  
Fontibus e paucis deduxit principiorum,  
Ut species, monadis lucisque imitamina primae, (1)  
In rerum vultu clueant, vigeantque profundo.  
In monade atque atomo est recti curvique potestas  
Ac simplex actus, quo sunt haec unum idemque.  
Dein monadi ut monas accessit, progressio recti  
Prima data est, primum discrimen, differitasque.  
Mox triadis vigor adveniens contraria prima  
In recto ac curvo adducit, dextro atque sinistro;  
In medio, et sursum posito, positoque deorsum,  
Extremis, primus sequitur par, primus et impar.  
Quin etiam species, monas addita, multiplicando  
Per diadis primae ac triadis discrimina, nullos  
Ad numeros revocata, (2) facit, dum singula certis  
Constituit numeris, sed vix remanentibus unum  
Iisdem ad momentum. Quapropter provida (3) iisce  
Praecipit obtutum rationis tollere diae, (4)  
Lux mentis, sophiaequae vias pertexere, certas  
Quae adsciscunt species, numerum fusasque per amplum.  
Nam varie in variis eadem est impressa figura,  
Ut speculi varia est sors, vis, positura tomorum,  
Materies, magis atque minus per imaginis actum  
Unius, (5) illustris. Placuit quapropter, haberi

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Questa virgola non c'è.

(3) Il testo ha: *providam*, e non vedo che possa riferirsi ad altro, se non a *lux mentis*.

(4) Questa virgola manca.

(5) Questa virgola e la precedente mancano.

Cuncta hominem unum, (1) Sapientum ex ordine queisdam.  
At species eadem, pro appulsu materiei,  
Hanc unam oblongat formam, sinuatque recurvo  
A speculo, heic vultum canis et bovis atque elephantis  
Efficit, in longos artus trahit inde lacertas,  
Spargitur in ramos eadem hic substantia plantae,  
Omneis telluris spectas in corpore partes.  
Nilque adeo exiguum est, quod sensibus obiiciatur,  
Quod non et speciem hanc referat pro viribus unam.  
Atqui (2) heic materies minus est digesta, ibi manca est,  
Crassior est illic: actus latet unus et alter;  
Non minus iccirco est species immissa per omne  
Unica, Timaeo ut placuit, visumque Platoni est:  
Qui melius diadem tribuerunt materiei,  
Sed formae monadem; quos contra stat Stagyrites;  
Quamvis et modus hic sophiae non semper ineptit.  
Quidquid id est, serpens serpentem dixerit unum  
Omnia, corvum unum corvus, propriam speciemque  
Mensuram rerum faciant, medianque reponant,  
Ut facimus nostram, velutique reponimus ipsi,  
(Confusum mixtumque genus voce ingenioque  
Quo manus extollit), quia constant consimilari  
Omnia compage, atque in cunctis spiritus unus  
Insitus omne agitat, prout est agitabile, et urget  
Praesentem ut speciem cunctis praeponat; ut ipsa,  
Appulsu toto, cupiat servarier usque.  
Ergo iudicium si cui se adtollere *ad* (3) altum

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Il testo ha: *atq.*

(3) L'*ad* manca. L'ho aggiunto io per la metrica.

Est animus, quo de lethaeo denatet orco,  
Nunc specie e propria in genus adsurgendo, sequatur  
Naturae speciem: mentis acie ut videat, quam  
Fontibus e propriis, aliis aliud speciebus  
Est verum et falsum, rectum obliquumque, decorum  
Probrosumque, bonum atque malum, iucundum et iniquum,  
Et turpe et pulchrum: propriae namque ordo figurae, et  
Concentus proprii numeri citat omnia: quo se  
Comparibus iungant, et proxima saecula propagent.  
Nam quis belluinam speciem, nisi bellua cupiret  
(Scilicet ante actae cui sunt quoque semina vitae)  
Ad Venerem? Venus est, speciei cuique, sibi ipsi  
Consimile, est alius bruta sub gente Cupido  
Et Deus: ingenium ut varium, atque adcommoda (1) fata,  
Sic varium genus est: ut portio materiei  
Non eadem geminis animabus subiicietur.  
Nempe hominum e specie esse vides varium genus, ursos  
Moribus hi promunt, porcos isti, iique leones.  
Sunt quos ad pisces referas, volucres, colubreisque.  
Qualibet in specie ac numero mox comperientur  
Omnia, pro varia variorum conditione.  
In cunctis siquidem porcum video atque leonem;  
Atque sigillatim subiecto haec plurima cuique,  
Omnia sunt cunctis ita convenientia. Rursum  
Ne (2) duo comperias paria, atque per omne (3) eadem, quin  
Per quae conveniunt, et iam contraria saepe  
Comperias; veluti fabro faber invidet: hic nam

(1) Il testo ha: *ad commoda*.

(2) *Leggeret: nec*.

(3) Il testo ha: *per omne*.

Perpetuo alterutrum contraria bina repellunt,  
Obiecti eiusdem affectu, quod non duo possunt  
Obtinuisse simul. Sic concordare necesse est  
Haec certum in finem et certo fundamine primo.  
Hinc homini infensum, nihilum magis est homine ipso.  
Proinde in principiis latet haec discordia: quam sors  
Diversi ingignit de campo materiei  
Dividuo, ad numerum, (1) monadis quod ab orbe recessit:  
Dum tamen et monadem (2) pro viribus adsequitentur (3)  
Per numerum innumerum: quia (4) non tibi quod (5) mihi  
dulce est;  
Nec quod dulce fuit paulo ante, et nunc mihi dulce est,  
Materiae siquidem accessit pars, parsque recessit.  
Non iisdem est numeris volucer, serpens, fera, piscis,  
Quae si res numerant, non uno atque ordine eodem  
Commerare valent, neque praenumerata videre.  
Namque alius decet haec finis, primordia, opusque:  
Nec totidem repetunt digitos, totidem articulosque.  
Propterea haud homini est reliquis prudentia maior,  
Qui numeris multis a multis linquitur, atque iis  
Quae minima pro mole nihil curanda videntur:  
Cui melior fortuna, manus pro munere, (6) cessit.  
Non ergo ratio est naturae simpliciterque,  
Dum numerum innumerum praetermittendo, capessit  
Praedefinitas, quibus omnia constituentur

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *monaden*.

(3) Il testo ha: *ad sequitentur*.

(4) Il testo ha: *qa*.

(5) Il testo ha: *q*.

(6) Questa virgola e la precedente mancano.

Conque figurentur, naturas, atque figuras,  
Concelebrans decadem, cuius variantia membris  
Ordia prima sient, quibus accipit omne figuras.  
Namque ubi nunc denae statuuntur in arte figurae,  
Ingenio efficitur naturae consilioque,  
Quod nostrae appositum est speciei, omnesque perambit  
Humani finis causas, elementa, modosque.

1. Rem sane. superficie tenus aspicienti, absurdam ex methodorum apparente confusione facere videmur, primorum elementariorumque numerorum meditationem cum elementariarum primarumque figurarum meditatione perinde complectentes, atque qui geometricum opus cum opere confunderet arithmetico. Sed penitus intuenti, et rerum cum rebus ordinem et socialem illam analogiam non ignorant, utque natura ipsa superiora cum genere quoque diversis inferioribus consociando, materiam finit, figurat, vivificat, servat, et ad propagationem specierum promovet admirabilium, maximo opere precium facere comperiemur; qui dum nihil vulgare molimur, nihil factum facimus, quando (ad ingeniorum fortunatorum gratiam) numerorum sensibilia, in melioribus quam vulgus norit figuris, reddimus elementa; (1) nec non huiusce generis figurarum sensibilibus elementa in eiusce generis numeris speculanda proponimus.

2. Heicne, (2) vel in ipsa quidem dictionum quarundam usurpatione cum arithmetico vel geometrico grege existimes esse commune, cuiusque videre licet, quemadmodum naturae numeros persequentes ad naturales figuras quibus optima mater, universa configurando, distinguit, virtutes, proprietates, ipsaque omnium in eorum superficie nomina depingit, insculpit, et intexit, animum advertimus. Cunctorum in ipsis membrorum et fibrarum numeris, momenta designat

(1) Nel testo la parentesi antecedente vien chiusa qui.

(2) Il testo ha: *Helene*.

illa. In ipsis imaginibus gratias, praerogativas, naturae privilegia, vel horum contraria illa aperit. In characteribus leges, modos, et in agendo atque patiendo vicissitudines insinuat haec eadem. In ea tandem sigillorum impressione, praesidentis supra subiectam speciem numinis auctoritatem atque fidem perspectam reddit optima illa parens, atque magistra; in cuius vere divino lumine ambulanti- bus via non a plebeo strata Genio, et ianua minime multis (iisque a seculo omnium infelicissimo (1) nostro remotissimis) pervia iudiciis minime avaris demonstratur et aperitur.

3. Clarissima solis lux neque omnibus lucet, neque eorum, quibus lucet, omnibus lucet aequaliter, siquidem nec ad illam, neque pro illa omnes animum inducunt aequaliter: quinimmo amplius utroque contententes absque fatali dispositione non amplius illustrantur. Nullus plane divitiarum fructus esset et honorum, si inter alios non plures essent ignobiles et egeni. Qui enim divitibus et primatibus servi- rent nisi pauperes atque secundani? Qui magnificorum gloriam at- que claritatem admirarentur et colerent, si ordo inglorius et obsen- rus non subesset? Absque contrariis nullus esset nobilitatis, virtutis, atque fortunae actus, nulla consequenter fortuna, nulla virtus, nulla nobilitas, quia lux in tenebris fulget. Nullus, inquam, locus, conditio, maiestasque lucis non ullis existentibus tenebris esse potest. Subice- tiores interea libenter, interdumque (si diis placet) etiam pruden- ter, quaecumque adsequi non possumus, contemnimus, carpinus, et insectamur (2), nec praesidenti iustitiae, occultae certaeque subsisten- tis vicissitudinis rationem propter veri luminis carentiam retinemus.

4. Difficilis est liber, fateor, immo et ipsam scripturam nescienti- bus legere, lectu quoque impossibilem esse cognoscimus. Homini indi- sciplinato, et amplius grammaticae sapienti, nihil potest esse facile,

(1) Il testo ha: *in faelicissimo.*

(2) Il testo ha: *in sectamur.*

nihil potest esse commendabile, nisi crepidam illam oleat ludiliterariam. Sed nos propositum resumentes dicimus huiusce generis numeros Pythagorae, Aglaophemo, Zoroastro, Hermetique Babylonio fuisse principia, quibus operanti naturae homines cooperatores esse possint. Huiusce generis figuras Platonem supra sensibilibus specierum orbem extulisse constat; Apollonius propter numerorum virtutem, audito illius nomine, puellam suscitavit. Romanae urbis proprium nomen prodere Romani non sunt ausi; ne ea, qua alias subiecisse dicuntur urbes, et ipsi subicerentur arte aliquando.

5. Ad hosce demum (qui principiorum combinationem et varietatem constituunt) numeros, et ad hasce (1), quae primarum proximarumque partium ordinem posituramque definiunt, figuras, (2) respicientes philosophi sapientissimum animalium hominem, propterea quia numeros atque mensuras calleat, definierunt. Species quippe a speciebus, sicut numeri a numeris distinguuntur, quia secundum numeros diversificantur formae, secundum momenta virtutes compositorum, secundum mensuras corpora, secundum sensibiles occultasve figuras omnia.

6. Et peritissimum novimus magorum genus atque divinorum: qui infaustae fortunae amolitionem intentantes, vel novum molientes institutum; vel ad meliorem promovendi (3) statum, ipso etiam praecipiente (4) numine, numerorum mutationem cum nominis mutatione concepere. Et pro figurae mutatione interioris et insensibilis, (5) ritibus et praecisionibus quibusdam sunt initiati: figura quippe numerus sensibilis est.

(1) Il testo ha: *haec*.

(2) Il testo ha una parentesi che chiude l'inciso da *quae* sino a *qui*.

(3) Il testo ha: *promoendi*.

(4) Il testo ha: *percipiente*.

(5) Questa virgola manca.



CAPUT II.

De prima (quae monadis est) figura Agono seu Circulo.

Cyclus ad has prima est radix, formator, et index  
Qui cunctas unus superat, complectitur, ambit,  
Intusque attingit, replet, metitur, adaequat.  
Hoc de fonte fluunt primoque parente, (1) figurae  
Clarandaequae forum ipsius iustumque tribunal  
Conquirunt, facie inque sua spectantur adanctae,  
In faciemque suam degliscunt omnia tandem:  
Illius ut crescit surgens in imagine horizon  
Amplius a nostris se quando sensibus effert,  
Illius ut formam capiunt attrita recessu  
Corpora ad obtutum, quando momenta perire  
Cuspidis expertum est, laterum discrimina vultus  
Amittunt rerum, (2) in speciem cita principiorum,  
Quo amplius in nihilum ad oculos solvenda fatiscunt.

Proinde haec cum monadis specie celebranda videtur.  
Quando parit reliquas, partas fundatque figuras,  
Undique et insinuata cluit substantia earum.  
Perperam haud igitur factum est, sed lege probandum,  
Indice naturae luce, ut caperetur, habenda (3) e  
Principio, minimi Sophiam statuentibus huius,  
Unde omnis moles, omnis mensura profecta est  
Pervia, sed quoque nunc ut prima est dicta figura.

(1) Questa virgola manca.

(2) Questa virgola manca.

(3) Il testo ha: *ut caperetur habendae Principio minimi etc.*: e senza questa correzione non mi è riuscito d' intendere.

Externae siquidem formae genus omne volenti  
Claudere, ne ad numerum innumerum labatur inanis,  
Hoc unum in genere hoc debet praecedere multa,  
Hoc ipsum ad medium spectent cuncta ordine in uno,  
Inque hoc tum demum sistant requieta reperto  
Non minus in finis specie, quam principiorum.

Dein velut e solidis globus est insectile quiddam,  
Utpote conspicuus facie dumtaxat in una,  
Sic tantum filo consistit circulus uno.

Hinc quibus e planis substantia quanta genuntur,  
Nec variam in speciem quantum resecando resolvunt,  
Dividuum ii minime cyclum sphaeramque capessunt.

Ipsae velut totum, pars, punctus, terminus omnis  
Principium, medium, ac finem complectitur, atque  
Indicat, atque ullus non claudit terminus ipsum;  
Principium ac finis quia connectantur ubique.  
Recta infinitum ratione est ergo putandum,  
Principium, medium, ac finem, nisi dicere centrum  
Constituas vere simplex, sine partibus, unum,  
Ut minimum est unum, recta una, et circulus unus.  
Chorda, arcus, spicula, punctum, finis, nihil, omne.  
Haec ubi conspirant plane contraria in unum  
Ortus et occasus, dextrum laevumque, recessus  
Accessusque, status motusque per omnia puncta,  
Et tanquam nusquam patiens sibi ut adiciatur,  
Complectum, integrum, et perfectum dicere suemus.

Circulus utque unus, (1) valet angulus undique rectus  
Ad centrum: huic triquetrum sequitur veluti duo recti

(1) Questa virgola manca.

Deinceps succedunt (1) reliquae proprio ordine formae,  
Et monadi et numero numerum et monadem adiiicientes.

Nil etiam patitur vario intus tempore motum,  
Ordine (2) vel vario, solus reglare sibi que est  
Atque aliis, nempe omne loco hoc nusquam variatur,  
Sed causis aliis atque aliud capiunt peregrinis.

Nec praeter gyrum cuiuscumque ora figurae est  
Extrema contingens, si adsurgens ordine certo  
In latus et cornu est, Triquetri ut quaecumque feratur  
Subiecti species complexu simplice tangit.  
Sic igitur semel assumptus, rursusve resumptus  
Partes definit cuiuscumque ipse figurae.

Praeterea quaecumque volunt in se ipsa redire,  
Quam et cursu brevior valent sibi proxima adesse, (3)  
Viribus in cycli formam flectuntur avitis:  
Sic servant speciem, conlectis, cuncta tomorum, (4)  
In centrum numeris, quia centrum consequitantur,  
Omnibus adspirant in centrum appulsibus aequae.

Adde ut libratum venit undique partibus aequis  
Pondere, momento, motu, virtute, locoque,  
Iustitiae capit inde vices et tempora, quidquid  
Partibus in variis consistere concupit unum,  
Compar, vicinum, coniunctum, continuumque.

Motibus e cunctis gyratio sola perennat,  
Dispensatque vices iusta super omnia lance,  
Atque obita in vultum certa serie aptat eundem:  
Quamvis in rerum natura circulus ullus

(1) Qui il testo ha una virgola.

(2) Qui il testo ha una virgola che ho trasportato innanzi.

(3) Qui il testo ha un punto.

(4) Questa virgola e la precedente mancano.

Non cluit, iccirco quia circuit undique totum:  
Quandoquidem speciem natura haud spectat in unam;  
Atqui hasce innumeras appulsu perficit uno.

Quare non ullum compositum simplice currit  
In gyrum tractu, varius siquidem impetus ultro  
Ad varias tendit parteis, neque circulus est par  
Imparibus totis accitisque impare fine:  
At scopus est eadem cunctis (servarier); hancque  
Circuitu adtendunt, intendunt, adsequitantur.

Proinde et momentum naturae cuncticapacis  
Indicat ut campum non contrahat angulus ullum (1)  
Marginis, at toto complexu fimbria tenta est.

Cumque quiete venit concurrens motus in ipso.  
Si quis enim gyro tantum movet ille quietum  
Mobile, contrectat medium ne linquat, idemque  
Consistat centrum punctoque in marginis omni.  
Praeteriti motus finemque, initumque (2) futuri  
Concipit: iccirco motus est, atque quietis  
Terminus: unde quies toti est, motusque per ipsum.

Adde ut Naturai opus omne est circulus, omnis  
Appulsus, motus, vis, actio, passio, sensus,  
Cognitio ac vita: ut centrum est anima, ipsaque fundit  
Undique per gyrum, in sphaeram seque omnia tendunt;  
Ut velut a sphaera in centrum se deinde recepent.  
Nempe anima a medio cordis membrum explicat omne.  
Principio, arcano de semine stamina mittens,  
Inde iterum relegenda suis verso ordine fatis,  
Ac certa rerum serie. Sic maxima et omnis

(1) Qui il testo ha una virgola che non ci va.

(2) *initum* sta per *initium*.

Vis posita in centro est rerum, est anima ipsaque centrum, (1)  
Cuius (si quiddam est) totum explicitatio quaedam est.

Simplex compositum a natura ac dicitur unum  
Hocque ipsum: et quidquid per se consistere cernis  
Dividuum, est non ens subiectum respicienti;  
Esseque nam parteis non sunt res ipsa, sed eius.

Circulus et rectum motum confortat, ut alte  
Contendant gravia, et recta sublime ferantur,  
Per medium librata locum vacuumque penetrent,  
Quod pinnis undas, quod verberat aëra pennis,  
Quod serpens relegit sinuoso corpore plauum,  
Sublatis plantis quod terram circinat, illud  
Circuito, dubio omne procul, (2) pulsante movetur.  
Namque volae, pinnae, plumae, facilisque lacerti  
Circulus est verus, cum bina per aequora tendunt,  
Et sublata volant tepidi per inania campi,  
In quibus ad centrum vis est motiva relata  
Omnibus; ut centrum tota est essentia cycli.  
Areaque est fusi quaedam explicitatio centri;  
Immo et naturae tota est substantia centrum,  
Totum opus est cyclus, cyclusque est sphaera per omnes  
Diffusus partes, ipsum sine fineque totum:  
Sed varie in variis reperitur partibus idem,  
Quem maris explosus coram facit undique fluctus,  
Undique confundit dum totum, et singula gyraunt  
Totius, (3) occulto patet istud in aere per quae  
Incertis levitate sua sunt lata per ipsum

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Questa virgola e la precedente mancano.

(3) Il testo ha: *tot ius*.

Pulsibus; inque locis propriis quaecunque videntur  
Partibus, hac serie sunt excibrata perenni.

Sed quoniam purum nihil est, primordia praeter  
Ac spacium, quod et haec, et quae ex iis omnia surgunt,  
Marginibus nullis formata concipit alvo,  
Evenit ut nullus sit verax regula cyclus  
Corporeo cum fit concursu principiorum;  
Progenitum cui irrequietum funereunque  
Indictum est bellum. Ergo constantia lite,  
Qui poterunt certa et conformi sorte cieri?  
Qui poterunt formata dari geometrica amussi? (1)  
Au non haec adigit recta sensus violenti;  
Adversum recto fugiunt quia tramite, rectoque  
Ad propriam metam tractu peregrina meabunt?

G I R A T I O

Ergo si punctum certum circumfluat alter,  
Aequa perpetuo abiunctum distantia ab illo;  
Prima monas simplex, dabitur tibi linea prima,  
Est cui egressus regressusque undique punctus:  
At planum primum ac minimum, si terminus unus  
Recte consistat, quem circum corpore toto  
Ducta sui integre linquens vestigia oberrat:  
Hoc ad naturam, atque artem iuxta genus omne  
Tu referas. Si quid fixa radice movetur  
Continuo tractu (comprendas quolibet ipsum  
Motorum in genere), ut contendit, et obviat aequae  
Lineae, punctorum veluti vestigia linquens, (2)

(1) L'interrogativo manca qui, ed all'ultimo del periodo.

(2) Questa virgola e la precedente mancano.

Principium ad revoluta suum, nihilo impediante  
Momento ac specie, divine facta subibunt,  
Et veluti fato fient comitante reperta.

At vero oblato deleti segmine cycli,  
Integrum proprio poteris describere campo,  
Si centrum primo invenias. Quod qua ratione  
Perficias, paucis, et clara luce docebo.  
Scilicet, attingat geminus si circulus arcum  
Punctis in geminis; ubi demonstrare valebis,  
Dissectis chordis, (I) contactus pervia puncta.  
Namque ubi contactus per punctum utrumque repertum  
Amborum centrum cyclorum fluxerit: ipsum  
Incurrit medium, siquidem illa in parte coibunt  
Defluxus gemini, centrumque erit angulus ille,  
Quem oblati extremum secure circinet arcus,  
Quem sensus probet, et constans finitio gyri.

C O N T I N G E N T I A.

Et punctum cyclus quo cyclum, sphaeraque sphaeram  
Adtingunt, habeas, ubi centrum fluxerit huius  
Illius in centrum. Atque uni concentricus alter  
Maiori minor esse potest, ubi terminus unum  
Utrisque est radii extremum. Ratio quoque certa  
Inter se illorum clueat, si dimetrus huius  
Inventa est, quanta in ratione et dimetrus illa est.  
Sic valet ars quaecumque suis de partibus, una  
Vel de parte sui, ad totius signa venire.  
Ducit in integrum partis sapientia, parsque

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

Venit ab integro totius in ordine posta,  
Hanc bene si cyclus contingat et unus et alter.

C O M P R E N S I O .

Affinis dictae subit ars quae de tribu' (1) punctis  
Obiectis, cycli rationem perficiendi  
Exhibet: hoc tantum servato, ne via recta  
Permeet hosce omnes. Facilis dehinc forma erit isthaec,  
Qua triquetrum quodcumque (2) vales describere circa  
Gyrum, ubi compertus tribus ex iis terminus aequae  
Constiterit distans: triquetrum quia perficietur (3)  
Punctorum occurso triplici; quia deinde fluente  
Punctis a laterum mediis perpendiculari,  
Omnibus obtinget punctum concursus in unum,  
Qui in triquetrum cardo est, gyri centrumque repertum.

S I M P L I C I T A S .

De circuli analogia ad Monaden.

Ens unum formas rerum, vitam, numerumque  
Complectens, Cyclo ac Sphaera sine fine notatur,  
*Verum* consimile atque unum, sibi quae undique constans  
Dixeris id tantum quod ab omnibu' partibus aequum;  
Nempe infinitum, in quo centrum sumis ubique,  
Corporeum et spacium cui *Natura* est super adstans,  
Nulla a parte absens, et tota in partibu' cunctis.

(1) Il testo ha: *tribu, punctis*.

(2) Il testo ha: *quodcumq.*

(3) Qui c'è un punto che non va



Circulus in rebus perfecte hanc indicat (1) unus,  
Sphaeraque si motum spectemus, vinque meantem.  
Circulus est unus rigida super omnia lege  
*Fatum*, quo et certa se contingentia iungunt  
Libertate, scopo interdum, statque omne necessum,  
Etsi (2) naturae pugnent, mentisque voluntas  
Haec ubi non totum, sed particularia cernis.  
*Lex* una est qua per naturam fluximus alto e  
Principio, qua servamur, sensu, ingenioque  
Donati vegetique sumus, quo deinde refluxu  
Occidua e regione altos redeamus ad ortus.  
*Maximum* est unus complectens omnia *Cyclus*,  
Maximus atque globus; quoniam sine finibus iste  
Atque ille est, cui immensa illa potentia et actus  
Sunt unum, quia sunt quidquid valet effici uterque.  
Unicus est *Minimum* quia sustinet omnia *Cyclus*;  
Qui quia perfecte est internus in omnibus, atque  
Extra ipsum nihil est, vere omne pro omne, et in omni (3)  
Compertus: minimus quare est et maximus idem.  
Simpliciterque unum *Spacium*, *Locus* unus ob ipsum  
Quod sine marginibus datur ullis; namque nec ulla  
Persuadet ratio aut sensus, frustra ut siet istud  
Immensum in toto hoc, eademque omnino potestas,  
Ut vere non ulla sui pars plena putetur.  
Huic quoque ubi detur centrum, quo verior esse  
Circulus apparet, cuius substantia centrum est,  
Et *Spacium*, et *Corpus*, *Naturaque*, *Mensque*, per unum

(1) Il testo ha: *in dicat*.

(2) Il testo ha: *Et si*.

(3) Qui v'è un punto che non va.

Sunt INFINITUM, sunt absque soluta per unum  
Verum simpliciter, quo mox sint omnia vera.  
Ergo infinitum signo duntaxat ab uno  
Exprimitur, cuius medium capiatur ubique:  
Hoc itidem ratio, res, et vis nominis UNI-  
VERSI, per sese ostendit; velut undique tantum  
Obviat, et menti atque sibi. Virtus quoque AGENS quae  
Omnia ad omne valet convertere, et omnia in ipsum;  
Omnia ut a cunctis manant atque omnia ab ipso,  
Omnia uti centrum sunt omnibus, omnibus ipse.  
MATERIES quam non minus est substare necessum,  
Quam valet efficiens super adstare: utpote (1) tantum  
Et facere ille potest, quantum fierique potest haec:  
Nam nequit esse potens facere infinita sine ipso  
Quod fieri infinita potest: contraque vicissim.  
Quare sese ultro sic concomitantur, idemque  
Principium statuunt vere, si rem altius, atque  
Materiae nomen capias tu, quam Stagyrites.  
Possibile id totum quo aequata potentia tota  
Activa est proprio subiecto, atque esse potenti.  
Nempe ita materia est rerum substantia tota,  
Circuitu aeterno quae parteis tota per omnes  
Undique continuo cursu totum esse perambit.  
Et quoniam nihil est actu nisi quod queat esse,  
Nec plus esse valet quam possit ab efficiente  
Perfieri: ergo unum sunt nota *Potentia et Actus*;  
Unicus amborumque, atque idem circulus exstat.  
Et quoniam satis est vulgatum ut Actus, et ipse  
*Finis* conveniunt subiectum prorsus in unum,

(1) Il testo ha: *ut pote.*

Et logica hos tantum ratio distinguere (1) suevit.  
In physicis speciemque ad unam cum efficiente  
Sunt collata, velut naturae luce coactus  
Dixit Aristoteles: Finis nempe actus agentis  
A simili similis Forma venit efficiente.  
Ergo aut principium capias quale est elementum  
Compositis, vel quod mage causae nomine dignum est,  
Perfectum, summum, per se ens, non mobile, totum.  
Omnia natura sunt et ratione sub una,  
Principium, Finis, Forma, Actus, Materiesque,  
Efficiens, Infinitum, super omnia Magnum,  
Ac Minimum, quod et haec ambo complectitur Uni-  
Versum, atque exaequans spacium, lex maxima Fatum,  
Et Natura parens, Ensque Ipsum, Unumque, Bonumque,  
Ac Verum nullo prorsus discrimine distant;  
Singula seu inter se sint collata, vel omnia (2)  
Pluribus, lex iisdem, vel fiant singula cunctis.  
Utque sigillatim (3) radiis est terminus unus,  
Atque idem punctus, cuius quoque fluxus habentur:  
Sic rectis cunctis finis per singula centrum est,  
Ergo etiam plano, et solido, in quod defluit istud.  
Circulus inde monas genera explicat omnia primo,  
Circulus ut simplex centrum implicat omnia, cum sit  
Quidquid et esse potest, ergo et substantia rerum est.

(1) Il testo ha: *distingere*.

(2) Su l'a finale di *omnia* il testo ha un accento circonflesso, per mostrare che si fa dissillabo.

(3) Il testo ha: *sigillatim*

## SCALAE MONADIS

### PRIMUS ORDO.

Unum est spacium, Magnitudo una, Momentum unum, cum possibilitate, atque potentialitate infinita, infinitum.

Una prima Essentia, una prima Bonitas, una prima Veritas, qua omnia sunt Entia, Bona, Vera.

Una Mens ubique tota, omnia mensurans, unus ubique omnia ordinans Intellectus, Amorque unus omnia omnibus concilians.

Alvus (1) unus omnia concipiens, Aeternitas una simul atque perfecta omnia possidens, Tempus unum motus quietisque omnis mensura.

Una omnium specierum, et actuum Idea, Verbum unum omnis emanationis expressivum, Necessitas una omnia definientis Fati.

Omnium precedentium primum unum principium. Una omnis effectus prima causa. Unum omnium consistentium Elementum.

Una infinitudo omnia finiens. Una prima omnium Mensura. Unum Infinitum omnia complectens universum.

Monas una (2) omnis numeri substantia, Una prima Dias omnia distinguens, oppositio. Unum primum omnium oppositorum commune subiectum.

Intentio una omnia disponens. Finis unus ad quem omnia conspirant ultimum. Medium unum per quod omnia consequuntur.

Motor unus omnibus vicissitudinem praebens, Actus unus omnia perficiens, una omnia vivificans Anima.

Nomen unum omnia significans, Ratio una omnia considerans, omnia unus desiderans Appetitus.

(1) Il testo ha: *alvus*.

(2) Il testo ha: *uaa*.

SECUNDUS ORDO.

Unum veluti centrum est individuum, ex quo et de quo originaliter omnes species veluti diversarum innumerabiliumque linearum effluxus esse cognoscimus: ad quod item et in quod sese recipiendo reducuntur. Unus in Megacosmo sol omnia illuminans, et vivifico calore irradians, velutque in medio residens Nympharum Apollo. Unum Templum, seu Area, ubi tot Numina admirabilem sine intermissione choream celebrant. Aer unus omnia circumtemperans. Unus humor omnia suffundens. Una Lex omnia coordinans.

II. Vestae in centro et meditullio Telluris collocatam ex intentione Pythagorae (1) definiunt, et eiusdem numen, animam, atque vitam esse intelligunt: unde significanter in Prytaneo ignis ad aram inextinctus servabatur. Unum in quocumque globo centrum est et quasi punctum, ad quod omnis circumstans virtus directa pervadendo penetrat; quemadmodum ad centrum usque Telluris, syderum omnium radios influere existimant Platonici; ibidemque tanquam uno in medio fortissimas esse et efficacissimas omnes impressiones. Ob idque ipsum divitias, totam per mundi regionem circumferentialem sparsas, ibi congregatas unitasque; exindeque illum Pluto, Diti-que, divitiarum Deo, locum adsignarunt.

TERTIUS ORDO.

I. Unum in Microcosmo centrum est cor, a quo per totum animal spiritus vitales egrediuntur, in quo arbor universa vitae figitur et radicatur, et ad cuius primitivam custodiam et conservationem referuntur. Unum cerebrum omnis motus principium atque sensus. Unum os, universalis attractationis (2) organum (3). Unum Epar nutriminis amphitrites.

(1) Meglio leggerei: *Pythagoraei*, premettendovi una virgola.

(2) Il testo ha: *attractationis*.

(3) Il testo ha: *organum*.

II. Uno in medio vehementior est omnis efficacia, tum quia recti undique stant ad centrum radii: tum quia in angustum et individuum omnes colliguntur: hoc est unum in quacumque figura, atque figurato medium. Monadem vero istam in omni perfecte composito invenimus, et agnoscimus. Hanc secretioris philosophiae contemplatores agnoscunt, et operando pro viribus persequuntur. Ubi quippe non punctum attingere posse datur, ibi ad minimum, vel circumulum, vel sphaeram, tamquam ad unitatem, contendendo respiciunt: ubi de unitate desperant, unionem moliuntur. Isti vero, sicubi contrarietas obsistit, cum unius uno symmetriae ordine contemperant.

III. Hoc est circulo aequidistantiam illic attentare, ubi indistantiam, et simpliciozem materiei conditio non patitur unitatem: virtus quippe omnis in unitate est aeterna et infinita, in simplicitate stabilis atque perennis, unione augetur, dispersione minuitur.

IV. Ita composita omnia atque coordinata in sphaericum, in circumulum, in individuum (quem simplicissimo diximus esse circumulum) centrum, atque monadem pro viribus absolutiorem revocantur.

V. Sic specula nr entia, (1) ea qua in centrum unum radii colliguntur unionis (2) virtute, efficimus: sic ad omnium efficaciam miraculorum in libro, qui Sigillum Sigillorum dicitur, quindecim contractionis species explicavimus.

VI. Non temere ergo heic primum cum Pythagoricis, philosophiae huiusce arcanum concludemus, (3) Unitatis nempe (4) naturam a centro ad circumferentiam remigrantem, et ad centrum a circumferentia (5) migrantem, dare Temperiem compositis, Sanitatem corporibus, animis Virtutem, domibus Lactitiam, civitatibus Pacem,

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *unionis*.

(3) Qui il testo ha un punto.

(4) Il testo ha: *nem pe*


(5) Qui il testo ha: *circumferentiam*. Io poi, seguendo il filo della dottrina bruniana, invertirei le due proposizioni così: « a centro ad circumferentiam, migrantem; et ad centrum a circumferentia, remigrantatem.

imperii Fortitudinem, temporalibus Diuturnitatem, mundo Vitam,  
omnibus Perfectionem.

### CAPUT III.

#### DIADIS FIGURA DIGONUS.

Ut monas est rerum cunctarum essentia tota,  
Constituens numeros, iterumque iterumque resumpta,  
Par impar, multum paucum, maiusque minusque;  
Cum dias accessit primum, meliusque bonumque,  
Immo bonum atque malum prima est ab origine fusum.  
Haecque dedit numeris fundamina prima, quibus sint  
Hinc alid, (1) inde aliud; subiecta, obiecta; reiecta,  
Adiecta, hinc nusquam est toto concordia concurs,  
Quando tibi, atque mihi veniunt distincta tuumque



(1) *Alid* è usato talvolta dal Bruno per *alud*, dove la metrica lo richiede.

Atque meum; duo si tantum sint entia vere,  
Unaque subiecto natura feratur utrique  
Communis: qua sunt unum, ens, verumque, bonumque,  
Efficietque hoc atque illud subiectio quaedam.  
Linquntur a diadis partu solidaria primum  
Omnipotencia, principio est hinc materiali  
Appropriata dias, siquidem hinc est sectile primo.  
Abdita percallens Babylonum oracula Moses,  
Dum quanam serie fabrefacta est orbita rerum  
Explicat, et typico designat cuncta tenore,  
Velat et arcano mysteria plurima sensu,  
Distinguens seuis naturae opus ille diebus,  
Concelebres bonitate facit multa ac benedictos  
Quinque alios; nulla insignivit laude secundum,  
Qui numeri est orsus, monadisque est primus aborsus.  
Ergo si Cyclo Cyclus primo adiciatur,  
Nempe ubi dat punctum pro centro in margine quodvis,  
En subit adverso vultu actus differitatis,  
Filius atque pater, subiectum foemina, masque  
Foecundans, simplex compostum, disque gregatum  
Concretumque: cluit ratio propria et generalis.  
Pars totum, simplum duplum; sursum, atque deorsum.  
Ante retro, internum externum, dextrum atque sinistrum;  
Millia quae mox sunt positis fundata duobus,  
Millia quae secum advectat substantia bini.  
Perticitur reliquum extremum cum circuit alter  
Usque ad infernum occursum, occursumque supernum.  
Dividitur (1) primum in geminas (2) data linea parteis.  
Huius ope, hinc Monadi accedunt divortia prima.

(1) Il testo ha: *1* iriditur.

(2) Qui il testo ha una virgola.



COORDINATIO PYTHAGORICA

DIGONI ANALOGIA AD DIADEM.

Naturae immensae speciem si concipis uno  
Integro, hinc horrens, tibi (1) blanditurque *Potestas*,  
Illinc crudeli (2) est *Actus* vultuque benigno.  
Illinc subsistens fulcris *Substantia* nullis,  
Hinc toto *Accedens* quod corpore iungitur illi.  
*Materiesque* sinu constat patula inde peramplo,  
Hinc *Forma* e gremio illius quae venit ad ortus.  
Perpetua est cum materia *Constantia*, cunq̄ue  
Forma non ullo ac certo *Mutatio* fine.  
Stantia compatitur similem secunq̄ue *Quietem*,  
Ut varia adverso gaudet mutatio *Motu*.  
Illuc proque statu tendit *Generatio* sancto,  
Huc repetit vultu *Corruptio* avara molesto.  
Illa est pura, manens, nuda, et substantia *Simplex*.  
*Composita* haec nexu consistens principiorum.  
Illic non ullam promit distinctio *Litem*,  
Hic minime verum ingignit *Concordia* amorem.  
Pertinet ad partes meliores *Congregatum*,  
Interdunq̄ue malas partes *Secretio* tentat.  
Proveniens a pleno *Effluxus* continuoque,  
*Influxu* vacuum partes glomerantur in orbem.  
*Infinitum* illinc, idemque per omnia finis,  
Atqui heic *Finitum* proprio sine fine videtur.

(1) Il testo ha: *horres*.

(2) Leggerei: *crudeli*, invece di *crudelis*, per serbare l'antitesi dell'inciso precedente.

Perpetuo molem *Addenti*, et numerum adiiicienti,  
Nulla indicta quies illinc; heic *Diminuenti*  
Ad monadem atque atomum tandem resolutio facta est,  
*Et Multi et Pauci* specie. Sed Materies heic  
Constituit *Numerum*, *Monadis* viget imperium illic.  
*Par* hinc ad numeri regionem inclinat; at illinc, (1)  
Quaelibet hinc orta est, matrem monadem petit *Impar*.  
*Densum* ut consimile est *Pleno*, consors quoque sede est,  
*Et Rarum Vacuo*. Latere est *Defectus* ab isto,  
Ex illo *Excessus*. *Nativa* in sede repertum id,  
Hocque *Peregrinum*. Varie hinc actum istud et illud  
Appulsu, haec *Gravis* atque *Levis*, *Circum* illa *Rotantis*,  
Quae *Fluxu* nobis *Circumfluxuque* notantur.  
Praeterea genera illa vides *Aeterna*, sed ista  
Decreto adscriptas metas in *Tempore* norunt,  
Inque loco *Praesens Absens*, *Longe* atque *Propinque*;  
Normaque continui *Planum Solidumque* tuetur,  
Finibus atque suis *Rectum*, *Curvumque* figura.  
Rursum complexu gemina inspiciuntur in uno,  
In quo hinc *Archetypum* est, illinc est *Sensibile* (2) omne.  
Illinc disponens est *Prospicientia*, *Fatum* hinc.  
Sique hoc suppositum, quod habet prudentia, seclum est.  
*En* duo, *Lux* caudens, *Tenebrarum* et vultus opacus.  
Vivificus *Color* inde venit, *Frigusque* ignavum hinc.  
Inde *Maris* species, imberbe hinc *Foemina* vultu.  
Illinc flammigerum media iaculatur ab arce  
*Sol* radium, hinc *Tellus* vario se fertilis orbe  
Invertens circum, vitalia secla revisit.

(1) Questa virgola e la seguente mancano. Le ho messe, perchè leggo *quaelibet*, seb- bene il testo avesse su l' a il solito segno che indica doversi aggiungere l' m.

(2) Il testo ha: *sensibil'omne*.

Heic vegetat *Sensus*, *Mens* forsitan amplius illic.  
Fingere fortunam, et complexu si lubet isto,  
Ad votum placido est ibi *Delectatio* vultu,  
Sordida *Tristitia* hic stat moesto segnis amictu.  
Mentis et obiectum tibi si adfingatur, habebis (1)  
Involucra heic *Falsi*, *Verum* in regione remota.  
Inde oculis *Pulchrum*, *Turpe* hinc offertur; et inde  
*Consona* cuncta cluunt, hinc *Dissona* iudice sensu,  
Compostum ut quodcumque genus tandemque notatur.  
Sic geminus primi est discriminis angulus index:  
Quandoquidem genus omne duo in contraria prima  
Scinditur, et ramos binis dat sectio membris.  
Fortasse ad numerum innumerum submultiplicando (2)  
*Privatum*, oppostum, *Contrastans*, atque *Relatum*.

## SCALAE DIADIS

### PRIMUS ORDO.

I. Dias ex Monade, (ut ex fluxu puncti linea) procedit. Sic essentia fluens in aliud, facit esse. Bonitas se diffundens facit Bonum. Veritas seque explicans facit Verum. Unde primus (vel simplicissimorum) numerus est de Essentia, et esse compositio. Itaque et ratio duplex, hinc quidem Formae, inde Materiae. Hinc Principii, inde Principiati. Hinc Perficientis, inde Perfectibilis. Hinc Unius, inde Alterius.

II. Bimembris quoque prima est uniuscuiusque (3) generis divisio. Omne oppositionis genus duos tantummodo terminos primo per se complectitur. Unum quippe correlativum uni relativo, uni dicto contradictorium unum, contrario uni alterum contrarium, uni potentiae unus opponitur actus.

(1) Qui il testo ha una virgola che abbiamo trasportato avanti.

(2) Il testo ha: *Sub multiplicando*.

(3) Il testo ha: *unius cuiusque*.

IV. CONSTAT ERGO

PRIMA DIVISIONE ENTIS NATURA, SIT UT

1	Absolute	V E L	Respective
3	Absolute		Conditionaliter
5	Actu		Potentia
7	Primitive		Derivative
9	Per se		Per aliud
11	Accidentaliter		Substantialiter
13	Simplex		Compositum
15	Immateriale		Materiale
17	Definitum		Indefinitum
19	Infinitum		Finitum
21	Necessario		Contingenter
23	Necessarium		Contingens
25	Seriatim		Turbatim
27	Distincte		Confuse
29	Sigillatim		Simul
31	Unite		Disperse
33	Possibiliter		Impossibiliter
35	Immediate		Mediate
37	Naturaliter		Voluntarie
39	Recte		Oblique
41	Vere		False
43	Perfecte		Imperfecte
45	Deiunctive		Positive
47	Punctatim		Large
49	Separabiliter		Inseparabiliter (1)
51	Taliter		Aliter
53	Inaniter		Plene
55	Immobiliter		Mobiliter.

(1) Il testo ha: *Inseparabiliter*.

2	Absolute		Contracte
4	Absolute		Modaliter
6	Primarie		Secundarie
8	Principaliter		Accessorie
10	Per se		Per accidens
12	Substantive		Adiective
14	Corporaliter		Incorporaliter
16	Bonum		Malum
18	Simpliciter		Dupliciter
20	Formatum		Informe
22	Universaliter		Particulariter
24	In omnibus		In quibusdam
26	Ordinate		Inordinate
28	Discrete		Indiscrete
30	Successive	V E L	Eodem tempore
32	Coniuncte		Adiuncte
34	Implicite		Explicite
36	Intrinsece		Extrinsece
38	Obiective		Subiective
40	Affirmative		Negative
42	Penitus		Quodammodo
44	Praecise		Pro modulo
46	Praedefinite		Promiscue
48	Regulariter		Irregulariter
50	Realiter		Significanter
52	Tam		Quam
54	Vage		Certe
56	Occulte		Evidenter

III. SECUNDUS DIADIS ORDO.

Inde in duobus (Substantia scilicet et Accidente) entis est analogia. Duplex Potentia, Activa scilicet et Passiva. Duplex Actus, Primus et Secundus. Duplex Perfectio, Simpliciter et in Genere. Duplex Intellectus, Activus et Contemplativus. Duplex Voluntas, Naturalis et Rationalis. Duplex Relatio, Aequalitatis et Inaequalitatis, Duplex Actio, Immanens, et Transiens. Duplex Passio, Perfectiva et Corruptiva. Duplex simplicis apprehensionis (1) actus, Intentio et Conceptio.

IV. TERTIUS DIADIS ORDO.

Exinde Duae in nobis Anima, Duo Daemones, Duo Genii, Duae Leges, Duo contrarii Appetitus, qui duas potentias apprehensivas, sensum videlicet et rationem, consequuntur, Sensitivus seu Animalis, et Intellectivus seu Rationalis.

V. Duae Veneres, Caelestis et Vulgaris. Prima ex Caelo sine matre. Secunda ex Iove et Dione. Inde Amores gemini, Patiens, cuius fortuna consistit, in Ero et in Antero, et alter Agens cuius felicitas est super Erum et Anterum. Proinde, ut docuimus in Sigillo Sigillorum, variae sunt Amoris species, ut varii fidei sunt, et imaginationis, actus. Exin duae geniturae species, altera ex coitu evidenti, altera ex occulto (nihil enim sine coitu genitur). Nam et virtute imaginationis et praesentis materiae ingignuntur in animalium corpore, vel potius contrahuntur tum novae species, tum novi furores, et intelligentiae, interdum calodaemonum et numinum, interdum Lemurum (2) et Furiarum, interdum Medioxumorum, ut ad praxim usque exacte comparandae rationes in proposito Artis notoriae et aliarum, per Sigillum Sigillorum expressimus.

(1) Il testo ha: *apprehensionis*

(2) Il testo ha: *Demurum*.

VI. Ac tot sunt species Amoris iuxta proximas differentias, quot et bonorum, et entium species: ideoque non simpliciter, sed huius vel illius respectu, omnis species, et particulare, bonum est atque malum. Cuique enim definito hinc est definiens dextrum, inde sinistrum. Hinc quippe Amor est, inde Lis: Hinc Congregatio, inde Segregatio: Hinc Densum, inde Rarum: Hinc Ordinatio, inde Deordinatio: Hinc Lux, inde Tenebrae: Hinc Calor, inde Frigus: Hinc quibusdam generatio, aliis corruptio: Hinc quibusdam corruptio, aliis generatio, et ea quae generationem antecedunt, generationi circumstant, et generationem consequuntur atque corruptionem, similiter e regione sub gemino principe capite suscipiuntur.

In libro quoque de rerum imaginibus (volente Deo) explicabimus, ut quaelibet res duos habet, dextrum sinistrumque, Genios, eosque active vel passive, et secundum plurimas, in prima entis divisione et diadis, ordine differentias. Ut dextritatem, sinistritatem, malignitatem, et benignitatem, libertatem, et servitutem, exaltationem, et depressionem, directionem, et retrogradationem, (1) nocturnitatem, et diurnitatem, et in moventibus (2) planetis, et in fixis indicatoribus observarunt.

VIII. Et in libro de principio, causa et uno, ostendimus ut tum in compositis tum qualificatis quomodocumque omnibus, gemina habeantur coniunctissima contraria non minus quam in summis venenis summae medicinae, in optimis nutrimentibus laesiones, in ipsa morte est ipsa vita et nativitas. Quidquod, et unum quodlibet, absolute, respectu, tensione, contractione, praesentia, absentia, conversione, adversioneque fit duo, fit diversa, fit contraria, fit contradictoria (3).

(1) Il testo ha: *retrogationem*.

(2) Il testo ha: *inmoventibus*.

(3) Il testo ha qui l'interrogativo, e scrive la prima parola del periodo separatamente: *quid quod*; ma non mi pare che il contesto richieda interrogazione.

## CAPVT IV.

### TRIGA (1) ENTIS

Ad Triadem (2) Analogia Trigon.

Sensibus hinc triadis succurrit clara figura ;  
Nam veluti species numeri ternarius omneis  
Comprendit primum, quia par hic primus, et impar,  
Atque monas per se existens, genus efficiensque,  
Distinguens variisque modis speciesque propagans; (3)  
Sic triquetri de fonte venit genus omne figurae,  
De quo composta, atque in quem resoluta reperta est.

Proinde ubi per monadem species comprehenditur omnis,  
Mox, diade adiecta, formam nil servat eandem ;  
Sed primo hoc maius fit idem, quo deinde per impar  
Continue crescat, minimo triadisque propinquat  
E regione magis ; velut undique fit manifestum.  
Treis siquidem partes sunt, quae servando figuram  
Consimilem, similes parti primae adiciuntur.

Dicere praetereo ut rationes principiorum  
Et medii et finis cunctas sibi vendicet ipsa,  
Corporea in specie, ad mensuras, atque figuras,  
Pro quibus et dicenda manent, et diximus ante.

Ut trias in specie generali perficit omne  
Quod venit in lucem, quae et productoriu' (4) primum est,  
*Mens, Intellectus* genitus *Nexusque* duorum ;

(1) Il testo scrive unitamente: *trigaentis*, e genera difficoltà.

(2) Il testo ha: *Triades*.

(3) Qui c'è un punto.

(4) Il testo ha: *productora*, che non può stare: corregga meglio chi sa.



Nempe *Bonum*, atque Boni genitus, mundanaque vita.  
Mens genitrix prima, Intellectus progenitusque  
Primus, Amor, magnum quem daemona nomine dicunt.

Non aliud prima est effundens cuncta *Potestas*,  
Et totum in toto moderans *Sapientia* prima,  
Ac bonitatis *Amor* totum sine fine profundens.

Ad superos huic succedit trias alma reducens,  
*Mercurius* divum interpres, sensata facultas;  
Ingenii fulgor, (1) rerum consultus *Apollo*;  
Sollicitum votum, genitrix *Amathuntia* nostri.

Unde expressa trias *Veri*, *Pulchricae*, *Bonicae*,  
Ut blandis Paphiae, Charites, (2) complexibus haerent,  
Plaudentes seculo, vultu facilesque benigno,  
Quas mihi descripsit vates, cui Mantua nomen  
Imposuit. Prima illarum est *Aglaia* decoro  
Laetitia praese ore ferens, secumque *Thaleia*  
Cincta sacrum viridi strophio caput, *Euphrosineque*  
Laeta genas, laeta os roseum, vaga lumina laeta.

Has contra, duro aspectu, legisque severae  
Iudiciis tractant immites stamina Parcae,  
Quarum dat *Lachesi* rerum sortitio nomen,  
Et mediae *Clotho* circumvolutabile seclum,  
Horrendaeque *Atropo* minime revocabile fatum.

Simpliciter primo est *Essentia* cuique tributa,  
Quam sequitur *Virtus*, et forsitan concomitatur,  
Inde *Opus* egreditur, quo forma emittitur extra;  
Aut immissa venit, si nuda est Actio mentis.

Triplex est actus, Simplex *Apprensio* primus,

(1) Questa virgola manca.

(2) Questa virgola e la precedente mancano.

Simplicium sequitur *Complexio* prima secundus.  
*Discursus* tandem atque *Argumentatio* prompta est.  
Distinctum est *Minimum* substantas omnia solum,  
Non aliud *Magnum* est infinite omnia adaequans,  
*Maximitas* fines rerum, quae continet, una est.  
*Aequale* (1) aut *Minus*, aut *Maius* sunt omne relatum,  
*Linca* continui est species, *Facies*, *Solidumque*:  
*Par*, *Monas*, atque *Impar* numero est substantia tota.  
Immenso est atque idem *Longum*, *Latum*, *Profundum*,  
Naturaeque scala est *Imo*, *Medio* atque *Supremo*.  
*Praeteritum*, *Praesens* vehit instans, atque *Futurum*.  
Heic *Actus* purus, *Mixtum*, atque *Potentia* pura.  
Cunctorum formae *Ideae*, *Vestigia*, et *Umbrae*.  
*Ante* omne *Inque* omni, nempe et *Post* omne reperta.  
Praesidet heic *Natura* parens, *Violentia*, *Fatum*.  
*Spectandum*, *Formidandumque*, ultroque *Petendum*.  
Efficiunt totum *Casus*, *Natura*, *Voluntas*.  
Dat triplicem mundum *Deitas*, *Natura*, *Mathesis*.  
Hinc tria principia emanant *Lux*, *Spiritus*, *Unda*.  
Est animus triplex *Vita*, *Sensu*, *Ratione*.  
*Unde*, et *Qua*, et *Quorsum* cognoscit mobile totum.  
Subiecta *Apprendunt*, *Retinent*, *Mittuntque* retenta.  
Si *Effectum* spectas, et *Votum*, et *Cognitionem*,  
*Subiectum*, *Obiectum* perquiritur, atque *Faultas* ;  
*Principium*, *Medium*, *Finis* ; *Sensus*, *Ratio*, *Mens*.

ANNULUS APOLLINIS

Principium, Medium, Finis, Sensus, Ratio, Mens,  
Circulus est medius constans sex partibus, atque

(1) Il testo ha: *Aequat*.

Finibus: ut sensus primo circumfluit ipsum  
Principium integre, *Ratio* Mediumque, supernus  
Finem Intellectus; venit extimus angulus inde  
Triplex, e quibus est simplex apprensio primus,  
Simplicium signat complexio prima secundum,  
Discursus reliquum. (1) Triquetrum sic circulus extra  
Suscipit adscriptum. (2) Qui sic inscribitur inde,  
Principium Finem si circumflexerit, atque  
Si videat Medium se circumcurrere finem,  
Et pariter centrum Medio sit denique Finis:  
Illa figura tibi venit obvia, quae indicat alte  
Nexum, multiplicem trigam, (3) concurrere in unum.

CHARITUM MENSAM DELINEO

Adverte in Charitum mensam tua lumina, quando  
Est animus certa serie formare figuras;  
Ordineque oblatum certo dispescere campum.  
Huc ratio adtendat quoties meditatur amussim,  
Qua possit triquetro partes inquirere plani.  
Adverte in Charitum mensam tua lumina, si vis  
Coniectare vias causae qua sacra Sacerdos,  
Et quicumque magus, divos meditatus honores,  
Ritus prosequitur sacros, ritusque prophanos.  
Ternum olim numen, (4) Saturni semine cretum,  
Confinxit Graium relligio, quo favor omnis

(1) Il testo ha: *relinquam*.

(2) Il testo ha: *ad scriptum*.


(3) Questa virgola e la precedente mancano

(4) Questa virgola e la seguente mancano.

E caelo, eque mari succederet, eque profundo, (1)  
Imperio Plutonis, Neptuni, et Iovis alti.

Tres gyri, ubi circa Fortunam Charis vertitur et circa Apollinam, et Bacchus circa Eri-  
gonem : et subinde viae a Charite ad Bacchum et Diauam, et a Baccho ad Dianam,  
altrinsecus ad circularum productae comprehensionem, eandem perpetuo adaugent  
figuram.

CHARITUM MENSA



En heic tres gyri, quorum haec sunt numina, centro, (2)  
Quod recta triplex triplici connectitur, usque  
Ad finem a fine, (3) attingente : ut finibus inde  
Nectantur ternis : reliquos dehinc iungere fines  
Perfacile est, una semper constante figura,  
Adnecti centrum centro, orbi orbem, triquetroque; (4)

(1) Questa virgola manca.

(2) Questa virgola e la precedente mancano

(3) Questa virgola manca.

(4) Nel testo, in fine di questo verso c'è una semplice virgola; ed, invece, alla fine del  
verso precedente un punto.

Ut varias triades vario sub nomine gentes  
Usurpant: numeri tanta est praestantia trini:  
Mercurium aligerum terna haec pervadere regna,  
Ut contemplandi triplex genus est et agendi.  
Caelorum terna est regio; terna aëris; undae  
Discrimen ternum; telluris terna potestas.  
Et ternae genti ternus datus est Patriarcha,  
Cum peperit Tellus genitrix animalia, primum  
Ennoc, Leviathan, et quorum est tertius Adam;  
Maxima Iudaeae ut credebat portio gentis,  
Cui erat ex Uno tantum generatio sancta;  
Per totidemque (ferunt omnes) generatio rursum  
Est renovata Noah de progenitore, (sub undis  
Submerso seculo) Semmi, Chamum, atque Iapetum; (1)  
Terno conatu, terni sub stramine (2) montis,  
Iurarunt terni fratres rescindere caelum,  
Nixantes Pelio Ossan imponere, et altum Olympum,  
Quos triplici extractos disiecit fulmine montes  
Iuppiter; et fratres Caem, Iapetum, atque Typhoea,  
Quos triplici partu Tellus enixa nefando est,  
Edomuit, ternas tunc protulit Eumenidesque,  
Atque orcum terno quo non satietur hiatu.  
Vota hominum triplici obiecto variantur, ut uni  
Plus alii inclinent: Iuno, Pallas, Venus urgent,  
Aut det maiestas, aut scire, aut blanda voluptas:  
Divitiae, aut Sophia, aut est delectatio cordi.  
In tribus est nulli largitum excellere posse;  
Nam cui scire datur, non collargitur habendi

(1) Il testo ha: *Iapetum*.

(2) Il testo ha: *substramine*.

Sors aut cura; quibus data copia, non datur usus.  
Sed quam plus pulchro ac iucundo pelliciantur  
Corda hominum, Paridis sapienter fabula monstrat.  
Terno functorum excutitur sub indice causa:  
Statque triceps Hecate, umbrarum regina perennis:  
Vestibulumque triceps observat Cerberus orci:  
Ter (1) manes, triplicique manu, veniuntque vocati,  
Ter valles resonare cavas (si ad vota magorum  
Adstiterint) faciunt: quando tria vincula nectunt.  
Ter sibilant, (2) tria vota ferunt, ter circuit aras  
Victima, terque premunt submisso poplite terram,  
Thuricremos (3) et igneis saturant ter, terna colorum  
Apparet facies, numero hoc deus impare gaudet.  
Funiculus triplex facile haud rumpetur; ut et tres  
In caelo, in terris, testes sunt, atque profundo.  
Et terno mundus rectâ discinditur orbe,  
Magnaque Telluris facies, sacra terque sacerdos  
Lustrat, ter flammis, ter aqua, ter sulphure, terque  
Se vertit, ternis et hiatibus ora resolvit.

### SCALAE TRIADIS

#### PRIMUS ORDO.

Tria Platonice et Pythagorice (4) sunt indistincta principia, UNI-  
TAS, VERITAS, BONITAS. Per Simplicitem enim Unitatis et Bonita-  
tis Veritatem: (5) In simplici Bonitate et Unitate Veritatem: Et cum

(1) Il testo ha: *Termones*.

(2) Il testo ha: *sibilant*.

(3) Il testo ha: *Thuri cremos*.


(4) Il testo ha: *Pythagoricis*.

(5) Per l'euritmia della tripartizione dovrebbe, a mio avviso, leggersi così: *Per simplici-  
tatem enim Veritatis et Bonitatis Unitatem*.

simplici Veritate et Unitate Bonitatem agnoscebant. Una enim est Lux quae vera est et bona, id est simplex. Eaque ipsa bona est Lux quae una et vera, id est cui nihil admixtum et adiectum. Vera tandem est Lux quae una atque bona; utpote sibi suoque uni principio.

II. SUPER Unitatem nihil est quia nihil illa potentius, non est quippiam sine Unitatis participatione potens, neque ipsa est quae participat, (1) sed quae participatur ab omnibus, quae unum, vel unita, vel multa sunt. SUPER Veritatem nihil est: illud quippe, nisi et ipsum verum sit, quid esse potest? (2) Quod si verum est, veritatis (quam ideo super ipsum esse oporteat) participatione verum est. SUPER Bonitatem nihil: simplici namque et absoluta Bonitate si quippiam melius esset, idem quoque illa superius intelligeretur. Superiorius autem non nisi maiori Bonitatis participatione. Atqui non est Bonitas, cui aliqua Bonitatis portio superadditur.

III. TRIA haec se invicem concausant in effectibus. Rebus enim Primo est Veritas ab Unitate; nihil enim vere est nisi sit unum. Secundo Bonitas a Veritate: non est enim Bonum hoc aliquid, nisi sit vere hoc aliquid. Tertio unitas a Bonitate, neque etenim est unum hoc, id est, (3) simplex, nisi constet absolutum et immixtum. Sic vicissim Primo unitas a Veritate. Secundo veritas a Bonitate. Tertio Bonitas ab Unitate.



III. Trias haec in secundae triadis actum procedit, quae est Es-


(1) Il testo ha: *participat*.

(2) Il testo ha: *pprest*.

(3) Il testo ha: *id est*, e manca questa virgola, e la precedente.

SENTIA, VITA, et INTELLECTUS. Essentia enim convertendo se ad omnia, respiciendo omnia, et communicans se omnibus, vitam parit, ut deinde excellentissimus vitae effectus, vel etiam vitae prima species exstet, Intelligentia.

Essentia enim comparatur substantiae Solis, Vita luci in Sole, Intellectus lumini a Sole diffuso sive procedenti. Sol generationis mutationisque omnis pater in ternario est, potest, operatur; in vestigio, speculo, umbra; per aerem, nubem, vaporem. Ad subiectum per medium ab obiecto, in Iride tres principes medij colores, trina in paraliis (1) ab uno species supposito. Discurre cum huiusmodi analogia per naturae scalam, quia multiplex ibi Sol ut intellectus agens, sensus agens, ratio agens, anima; vita Luci in Sole; intellectus Lumini a Sole diffuso, sive procedenti.



Essentia in substantia Solis comparatur Spiritui. Vita in luce quae in Sole comparatur Flatui. Intellectus in lumine quod a Sole comparatur Verbo.

Essentia spirans est Anima. Flatus vitalis est Virtus animae omnibus infusa. Verbum Intelligentiale est actus illius virtutis, quae a

(1) In testo ha: *paraliis*.



supremo, infimum (I) ad usque pro sua capacità disponendum, formandum, perficiendumque, pertingit.

## SECUNDUS SCALAE

### TRIADIS ORDO.

I. Triplex subinde Bonum, in figura Ternarii, Triangulo sensibilter accipimus descriptum. In supremo angulo ARCHETYPUM, in dextro PHYSICUM, in sinistro RATIONALE, seu ethicnm, fusiore significatione sumptum. Primum est absolutum supra, extra, et ante res. Secundum adnexum rebus, in rebus, cum rebus. Tertium post res, infra res, abstractum a rebus.

II. TRIPLEX pariter in eisdem terminis Pulchritudo. Prima in ratione INTELLIGIBILUM. Secunda in SYMMETRIA VISIBILUM. Tertia in harmonia AUDIBILUM. Illam triplex consequitur Amor: METAPHYSICUS seu divinus, PHYSICUS seu Magicus, MATHEMATICUS, seu Logicus, nomine latius significante. Et sub hoc triplici doctrinam eorum calle incedentem iactant Hebraeorum sapientes CABALISTICO nempe PHILOSOPHICO et TALMUTICO. Primus callis formatur (2) ternario altae REVELATIONIS, clarae (3) CONTEMPLATIONIS, ornati CULTUS. Secundus Veritate DOCTRINAE, Bonitate MORUM, Rectitudine OPERUM. Tertius auditu LEGIS, Notatione EXEMPLORUM, Regula (4) PRAEDICANDORUM.

III. In Primo (ad quem triplex iste callis adducit) campo, Anima est veluti supra Fatum; In Secundo est ut in Fato: In Tertio est tamquam sub Fato. In Primo est ut in dominio. In Secundo velut in libertate. In Tertio tamquam in servitute.

IV. In triuna horum infimo gradu (inquiunt Platonici), quo minus a Fato conculcetur, Anima communi certa Dei notione atque

(1) Il testo ha: *infimum*; e manca la virgola precedente.

(2) Il testo ha: *forma terternario*.

(3) Il testo ha: *clare*.

(4) Il testo ha: *Regulae*.

Fide divina quadam se ipsam similitudine configurat. In medio quominus cum Fato discurrat et obambulet, tota ad Deum cogitationis intentione contendit. In supremo quo super Fatum melius adtollatur, eminentioris cupidinis facibus inflammata in Deum superamando transfertur. Sic postquam in infimo statu Deus illi influxit: et in medio afflata est et adimpleta: in supremo arctioribus efficacioribusque vinculis copulatur. In infimo audit, In medio intuetur, In supremo possidet.

V. HISCE tres malorum gradus praeiudicium faciunt, In infimo MATERIA, In medio corporea FORMA atque qualitas, In supremo (1) possibilitas quaedam praevaricativa, animae innata: illam efficiens a supernis converti et adpulsum capere ad inferna. Quas circa, (2) tres animae vires conversantur, CONCEPTIBILIS infima, IRASCIBILIS (3) media, RATIONALIS superna. Inde tres vitae consequuntur, FERINA infima, HUMANA media, HEROICA superna, ubi ratio ad apicem mentis adtolletur.

VI. Infimae dicitur praeesse VENUS, Mediae IUNO, Supremae PALLAS, praecipue: tria nempe haec numina etiam sigillatim tres omnes vitae gradus (4) (licet singula unum principalius) attingunt. PALLAS tres Intellectus illuminat operationes, APPREHENSIONEM, COMPREHENSIONEM, et DISCURSUM. Dat item triplicem intellectum, POTENTIAE seu possibilem, IN HABITU, et IN ACTU. Ad quem tribus ad omnem artem necessariis reddimur habiles, faciles, et potentes, nempe INGENIO, DOCTRINA, et EXERCITATIONE. Unde consequenter ad triplex bonum erigitur affectus, IN NOBIS primum, IN IDEA medium, SUPER IDEAM summum.

VII. IUNO regulat (5) tres sensitivae potentiae facultates, APPRENSIVAM, quae fit per sensus externos et communem: COLLATIVAM seu

(1) Il testo ha: *supremo*.

(2) Questa virgola manca.

(3) Il testo ha: *irascibile*.

(4) Il testo apre la parentesi dopo *licet*.

(5) Il testo ha: *regula*.

comparativam, quae per Phantasiam, Imaginationemque fit; et RETENTIVAM, quae fit per Memoriam.

VENUS tres vegetativae potentiae regulat virtutes, NUTRITIVAM, AUGMENTATIVAM, et GENERATIVAM. Quarum, Generativa habet tres vires, Spermaticam seu SEMINATIVAM, Immutativam seu CONTEMPERATIVAM, et Formativam seu FIGURATIVAM. Vegetativa tres, ATTRACTIVAM, RETENTIVAM, DIGESTIVAM. Augmentativa tres, Partium scilicet peregrinarum (1) INFLUXUM, TRANSMUTATIONEM, et INCORPORATIONEM.

VIII. Triplex demum animae a tribus hisce numinibus inseritur appetitus. A Venere SENSUALIS, a Iunone RATIONALIS, a Pallade INTELLECTUALIS. Pallas dat animae separatae CONTEMPLATIONEM, Iuno ACTIONEM, Venus VOLUPTATEM.

IX. Tria item haec numina tres vitae elargiuntur duces: PALLAS RATIONEM diligenter examinantem: IUNO EXPERIENTIAM rerum consuetudine confirmantem: Venus eam, quae neque decipiat neque decepta fuerit, AUTHORITATEM.

X. TRIPLEX item est caeli Fortuna, unde diligenter Magi et Astrologi gratias requirunt, IUPITER, SOL, VENUS: hanc tres speciosissimae se invicem complectentes puellae referunt, quarum nomina sunt VIRIDITAS, LUX, LAETITIA.

XI. Tresque super mundum Zoroastrici Persaeque omnes Philosophi, (2) principes nominaverunt, OROMASIN, MITRIN, ARIMANIN: pro quibus fertur eos intelligere DEUM, MENTEM, ANIMAM, vel Dei VIRTUTEM, Mentis ORDINEM, Animae MOTUM. Deus enim vivit, Mens ordinat, Anima movet.

(1) Qui c'è un punto che non ci va.

(2) Questa virgola manca.

TERTIUS SCALAE

TRIADIS ORDO.

I. Ascensum proinde atque descensum ad eursum, atque recursum, in fluxum, atque refluxum, in analogia trium animae specierum contemplerur: Inluit enim Anima MUNDI in animam SPHAERARUM, (1) et haec in animam ANIMALIUM caeterorum. Et a tribus supramundanis causis EFFICIENTE, EXEMPLARI, FINALI (quae ad unum duntaxat ordinem reducuntur) tres formae gradus educuntur: In corpore simplicii, In corpore composito insensibili, In corpore composito sensibili, NUMINUM, DEMONUM, HOMINUM. Tria sub iis sunt Spirituum genera, IRRATIONALIUM, RATIONALIUM, INTELLECTUALIUM; quorum Intellectuales influunt in Rationales, Rationales in Irrationales. Quam distinctionem ab actu expresso, proximaque illi ex concessis organis potentia, non ab ipsa natura atque substantia una, (2) se omnibus iuxta diversos numeros communicante, desumimus. (3)

II. In rebus quippe Intellectus ille distinctor, distributor, et ordinator tria oculis ratioeini contemplanda proponit, MOMENTUM substantiae, MULTITUDINEM proprietatum, et MAGNITUDINEM operationum. Rursum SPECIEM, NUMERUM, et MODUM, unde tria deduci asserunt ingenia, Platoniei. Ex Specie PHILOSOPHICUM, Ex numeris MUSICUM, Ex Modo AMATORIUM.

III. In triplici corporis sede (quo omnia illi pervia fiant) tres vires exercet Anima. Prima vis immortalis atque divina RATIONALIS in corporis arce tamquam in caelo sedem sortita, liberior a materiae fluctuantis impulsibus enituit, in capite videlicet, cui, tanquam in eminenti regione consistenti administrantia, reliqua subordinan-

(1) Il testo ha: *Sphaerarum*.

(2) Questa virgola e in seguente mancano.

(3) Il testo ha: *desumimus*.

tur membra. Secunda ANIMALIS circa cor atque pulmones, ubi ignis et aeris, mediae veluti regiones, contemperantur. Tertia NATURALIS, materiae prorsus captivata facultas, quae circa renes et epar, ubi humida et terrea substantia praedominatur, est infixata.

IV. TRIADES NUMERO, MAGNITUDINI, ET MOMENTO SUBORDINATAE.

Habemus communiter in genere Quantitatis, iuxta omnes scilicet, acceptae, (1) rationes atque modos, Ternaria.

Terminum	Partem	Totum
Nihil	Aliquid	Omne
Comprehendens	Comprehensum	Adaequatum
Deens	Suppetens	Superens
Finem	Finitum	Infinitum
Penuriam	Facultatem	Divitias
Inopiam	Copiam	Opulentiam
Pareum	Moderatum	Fusum
Humile	Magnificum	Superbum
Saltem	Omnino	Ultero
Avarum	Liberale	Prodigum
Sterile	Frugiferum	Fœcundum
Compendium	Expendium	Dispendium
Decrementum	Consistentiam	Augmentum
Abiectum	Subiectum	Adiectum]
Subtractum	Insitum	Additum
Deficiens	Sufficiens	Abundans
Distinctionem	Divisionem	Unionem
Positionem	Comparisonem	Superlationem
Imparitatem	Paritatem	Superparitatem
Defectum	Mediocritatem	Excessum
Remissum	Competens	Excellens
Manum	Integrum	Nimum.

(1) Questa virgola e lo precedente mancano.

V. NUMERO SUBORDINANTUR.


Unitas	Dualitas	Pluralitas
Singularitas	Paritas	Imparitas
Singulariter	Dupliciter	Multiplieiter
Sigillatim	Cumulatim	Cunctatim
Lectim	Collectim	Sparsim
Paucitas	Pluritas	Multitudo
Individuum	Divisibile	Innumeram
Numerans	Numerus	Numeratum.

VI. MAGNITUDINI SUBORDINANTUR.

Minoritas	Aequalitas	Maioritas
Longitudo	Latitudo	Profundum
Linea	Superficies	Corpus
Brevitas	Aequabilitas	Prolixitas
Contractio	Tractio	Distractio
Non mensitas	Dimensitas	Immensitas
Insecabilitas	Secabilitas	Inpercurribilitas
Magnum	Maius	Immensum
Minimum	Minus	Maximum
Exiguitas	Magnitas	Eximietas
Pusillitas	Granditas	Vastitas
Inchoatio	Adolentia	Perfectio
Terminus locus	Spacium locus	Tempus
Motus	Quies	Sensatio.

VII. APPLICATIO TRIADUM.


In omnibus tandem ordo est Principii, MEDII, ET FINIS, nempe AGENTIS, MATERIAE, ET FORMATIONIS.



Unum inter extrema (in quolibet ordine) quaelibet est medium.

In omni tertio alicui applicando, medium, quod amborum sit particeps extremorum, requiritur. Medium vero tripliciter esse contingit. Aut primo quia alteri subiicitur, alteri praesidet. Aut secundo, quia utrique praesidet. Aut tertio quia subiicitur utrique. Hoc quod dicitur, in subiecto figuratur archetypo; ubi Extremum unum A, Medium B, Extremum alterum C, Ubi Medium B refertur hinc qui-

dem ad A dextrum; inde vero ad C, (1) sibi sinistrum. Et hoc tripliciter. Primo tribus terminis in medio ordine directe collocatis. Secundo sursum positis (2). Tertio deorsum. In triplici quo terni unam figuram complent anguli, atque lineae ternae completo spacio est videre. Non solum in Ratiocinii genere, sed et in omnis adversionis,



applicationis, et operis ordine, progressu, et actu, trimembrem hanc dinoscito figuram, praeceptricem, adintricem, perfectricem. Semper quippe medium Aut extremorum alterum continet, et ab altero continetur, Aut continetur ab ambobus, Aut ambo continet. Sic mundus supernus per medium influit in inuam, et inus per medium scendit ad supernum. Istud respice in serie, ubi VERBUM inter DICENTEM

(1) Il testo ha erroneamente: *B*

(2) Il testo ha: *possitilis*.




mediat et AUDIENTEM. Ubi a SENSIBILIBUS procedimus per RATIONEM  
ad ipsa INTELLIGIBILIA. Ubi SPIRITUS vehiculum inter ANIMAM me-  
diat atque CORPUS.

## CAPUT V.

TETRADIS FIGURA. OCEANI SIGILLUM APPINGO, ET QUADRATUM  
DESCRIBO.

Protinus est Tetradis clara explicitanda figura,  
E castae triplex templo deducta Minervae.  
Sex diis Phoebeo e claustro sunt parta Sacella,  
E quibus Oceani semet refluentis in ipsum  
Prima datur, quam sic monstrantem Prothea vidi.  
Est via quae necit Clarii atria Apollinis, atque  
Nyctilei Bacchi quae vult quadrarier. Ergo  
Angulus a Charitum puncto descendere rectus  
Est operae primum, geminum et latus haud sit iniquum:  
Angulus extremum post hoc circumdet utrumque  
Primorum laterum: namque intersectio fluxus  
Illius bini in Cyclum fit terminus, in quem  
Confluxu extremi bini est conclusa figura.

OCEANI SIGILLUM




Ille OCEANI sigillum multa consequenter praestare (1) edocet: exposito nempe angulo, vel triangulo omnes parallelogrammi species educere: et quamcumque circumscribendam facillime atque demonstrative post inscriptam appingere figuram.

Bacchus, Apollo, Charis, rectus primo angulus exstet,  
Ut *Normae* nos edocuit praeceptio primum:  
Ut si mox Bacchum circumfluat altus Apollo,  
Deinde vagas Charites circumfluat inus Apollo;  
Concurrent volucris fluxus duo ad ora Dianae,  
Cui Bacchus Charitesque modo nectentur eodem.  
Consimili tractu poterit pro conditione,  
Qua angulus oblatu veniet, componere Rhombum  
Atque Parallelogrammum Geometra poterit.

(1) Il testo ha: *prestare*.

FLUMEN, NEREIDUM SIGILLUM EXPRIMENS QUADRATUM.

Accolaque aequoreis Nereis lasciva sub antris  
 Interdum adcurrrens, fluvialibus obvia Nymphis,  
 Ista cognoscit propria sub lege secundam,  
 Qua pote quadratum Cyclo est describier intus:  
 Dimetrus in medio puncto perpendicularem  
 (Ut docuit *Vertex* ascendens) sustinet, ut sit  
 Dimetrus in parteis binas, Cycloque quaternas  
 Aequas discissus. Quod si haec extrema coibunt  
 Bacchus, Apollo, Charis, venerandaeque ora Dianae,  
 Inde per inscriptum circumscriptumque (1) repertum est.  
 Si laterum finem, Bacchi nempe atque Dianae,  
 Circuitu centrum gemino circumfluat, ut dehinc  
 Fortunae sedes cyclorum in segmine aperta (2)



(1) Il testo ha: *circum scriptumque*.

(2) Il testo ha: *apertâ*.

Indicet exacte punctum: parili quoque forma  
Si circumfluxum centri Charites et Apollo  
Concipiant, punctum Ganymedis comperietur.  
Caetera puncta tibi recto sunt pervia fluxu.  
Sic triquetro a Baccho, Iove, (1) finito, atque Diana,  
Cum parile efficiant Bacchus Fortuna Diana;  
Est via qua circumscriptum dabis ac duplicatum.  
Mox circumscribes nullo quadrata labore,  
Si inscripti medium quadrati per latus, ipsis  
Tum demum radiis productis, a Iove nempe ad  
Martem, Neptunum, Oceanum, Plutonis et ora,  
Ductae duplantur, Fortunamque, Erigonemque,  
Imosque Hermetem attingentes cum Ganymede,  
Tramite qui recto Gyrum tangente quaterno  
Convenient, facile in puncto claudentque figuram,  
Ordine continuo, parili crescetque tenore.  
Concepti (2) radii pariter replicando valorem,  
Sique parallelum circumscripto iuvat esse  
Inscriptum, radii capiantur puncta quaterni,  
Quae circumscripti quatrux capit angulus, atque haec  
Rectis iungantur, similem faciantque figuram.

## AETHER

Sigillum Iunonis delineans, curvilineum tetragonum circulo inscribo  
et circumscribo.

Tertia Iunoni formatur sacra figura  
Cardinibus quatuor, cui duplex dimetrus unum

(1) Questa virgola manca nel testo, e l'ho messa, perchè *finito* parmi da riferire a *triquetro*.

(2) Qui il testo ha una virgola.

Designet gyrum: ut qua Bacchum attingit Apollo,  
Et blandas rectà Charites innupta Diana.  
Namque axis gemini a reliquo si terminus alter (1)  
Circuitur, nec non circa reliquum fluit alter.  
Directim occurrent quatuor data puncta seorsim  
(Heic ubi se gyrum quatrplex scindendo coibat)  
Fortuna, Erigone, Ganymedes flavus, et Hermes;  
Quandoquidem Charites (2) si circumgyret Apollo  
Sistens in Baccho; (3) attingentes sacra Dianae  
Et Bacchum Charites; (4) Bacchus sacramque Dianam  
Usque ad Apollineos ortus qui excurrat: et inde  
Sub circumfluxu reprimatur Apollo Dianae;  
Facta opportuna est gyro comprehensa figura.  
At si Fortunam Bacchus circumfluat inde  
Arcu consistens producto in Apollinis orbe,  
Et Fortuna potens pergyret Apollinis oram  
Erigones sacro quae consistatque sacello:  
Mox etiam Erigonem magnus circumdet Apollo  
Qui sistat Bacchi in templo, (5) Bacchum Erigoneque  
Quae non trascurrat Fortunam. Dein Ganymedes  
Circumdet Charites sistens Hermetis in oris,  
Hermetem Charites usque ad delubra Dianae,  
Hancque Hermes currens usque ad pulcrum Ganymedem,  
Quem<sup>1</sup> circum ad Charites (6) usque est prolapsa Diana,

(1) Qui il testo ha un punto.

(2) Il testo ha: *Carites*.

(3) Qui il testo ha un punto, cen la iniziale maiuscola appresso: ed a me pare che tutti questi incisi concorrono in un solo periodo.

(4) Qui similmente il testo ha un punto.

(5) Il testo ha: *intemplo*.

(6) Il testo ha: *Gharites*.

In plani formam interior duplicabitur arcus,  
Arcusque externus quadruplex formabitur ille  
Attingens Cyclum puncto, claudensque figuram  
Cuspide vicina quadrupla, quadruplaque remota.

Ut tetragona fuit facies descripta seorsim,  
Quam finit Tethis, Nemesis, Vulcanus, et Isis,  
(Numine vicinum numen non praetereunte)  
Si circum Nemesim Bacchus, Tethiumque (1) Diana,  
Vulcanum Charites pergant, atque Isidem Apollo, (2)  
Arcubus in gyro inscripta est tetragona figura.

Utque vides quanta internum est amplexum planum  
Arcus duplati, tanta Charis alma, Diana,  
Bacchus, Apollo, velut quatuor stellisque propinqui,  
Quae sunt centrum externos duplantibus arcus.

#### TETRAGONI ANALOGIA AD TETRADEM.

Plurima sunt tetradis mysteria, nempe Magorum  
Atque sacerdotum arcanis compressa sigillis:  
Pythagoras decadi ut initum (3) fontemque celebrat.  
Nam quod ea est actu, virtute haec esse videtur;  
Scilicet ut tetradis pars quaeque inspecta seorsum est:  
Per monadem, diadem, triadem, tetradem, decas exit.

Et tetrade est primum solidi natura reperta,  
Quando in corporeis rebus numeri esse priores  
Aptati debent. Quia punctum dat monas, atque

(1) Leggerei piuttosto *Tethynque*, perchè da *Tethys*, all' accusativo, ci sono due forme sole *Tethyn*, è *Tethya*. Inoltre la prima sillaba di *Tethys* è lunga, essendo dal greco: *Τηθύς*.

(2) Qui il testo ha erroneamente un punto.

(3) Qui *initum* sta, al solito, per *initium*.

Dat puncti fluxum dias, haec extenditur inde  
In planum triadis; demum tetras esse reponit  
Corporeum. Primus pariter quadrangulus est par,  
Iustitiaeque typus, propria atque figura domorum.

Et quamquam (1) ipse Deus triadis numero impare gaudet,  
Per tetradem cunctis tamen ipsum se explicat alte:  
Corporeum siquidem ad captum sic insinuatur.

Ut totidem e terrae decurrunt flumina centro,  
Stipitis atque uno faciunt de corpore ramos,  
Vitae per totum quibus orbem funditur humor; (2)  
Qui vice conversa radices fontibus adsunt,  
Innovat ut gyro natura, haec omnia, (3) mater,  
Occultusque venit restaurans omnia cyclus.

Anni quadruplicisque rotae molimine cursus  
Flectitur, ut matris divum (4) ferat omnia currus.

Quae iubet ut quatuor sint arae cornibus olli  
Extractae: et quadruplex solvat redolentia thura  
Angulus. At generis si sacra exquirat alius (5)  
Sacrifici est torrendus adeps, quo fumus in altum  
Illius adsurgens itiner demonstrat ad astra.  
A medio Solis stationum quattuor, inque  
Cardinibus mundi totidem sunt ordia rerum.  
Inde elementorum quadruplexque potentia surgit,  
Et quadruplex virtus quam rerum impresserat illis  
Cunctarum natura parens. Atque orbita vitae  
Quattuor ordinibus pendet distincta subinde,

(1) Il testo ha: *quumquam*.

(2) Qui il testo ha un punto.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

(4) Il testo ha: *divum*.


(5) Il testo ha: *alius*.

Quos portae Aurorae, et tenebrosae limina Noctis,  
Undeque Sol, spacium medii metitus olympi,  
Cursum inclinato invadit temone relaxans  
Nixus, atque unde ascensum aggrediuntur anhelum  
Cornipedes lucis vectores ignipotentis.  
Archetypi mundi tetradem referentibus hisce,  
Quam Samius sophiae ille parens suspexit, et apte  
Terrigenis oculis potuit monstrasse docendo:  
In quam se primum monas explicat omnipotenter.  
Et rerum quadruplex genus inde subesse per almae  
Naturae monadem: monadis primae optima imago.  
In cuius vultu vive est impressa. Per ipsum  
Corporeum et mundum venit haec expressa subiinde.  
Sunt ubi sub fati decreto mobilis, atque  
Ordine constantis certo, quae dicimus esse  
Ut Natura, Ut Vis, ut Fortuna, utque Voluntas.

Mobilitas quadruplex et toti, et partibus inde est,  
In medio, a medio, ad medium, circa mediumque;  
Ad centrum effluxu, influxu, circumactaque fluxu  
Perpetuo existunt, vario discrimine adacta.  
Ut medians mundi Lampas, circum hancque peragrans  
Multiplicis sphaerae vultus, quem Lympha liquescens  
Efficit obiectu ad solem occursare sereno,  
Qui propriam peramet speciem. Iaculatio multa hinc  
Frigida Telluris, reliquorumque Oceanorum,  
Exin flammifero occurrunt resolutaque nimbo,  
Parteisque e gemino geminum vectantur in orbem.  
Mutua nam genitor genitrixque in vulnera amoris  
Aeternas servando vices, haec per latus omne  
Occurrunt, arcis vincti haerent nexibus, ut sic



Qua pote iungatur corpus cum corpore toto;  
Sorbeat et totum, si possit corpore toto  
Alterutrum: quatuor dant anni tempora proli.  
Inde et continua est iaculatio, spermata semper  
Emittuntur et hinc, ac concipiuntur (1) et illinc:  
Perpetuo ut celsum divum siet una voluptas  
Continua: hinc variis corpus de partibus unum  
Perfruitur mira, ut par est, dulcedine. Sed Sol  
E medio solus plures foecundat, ut unus  
Vir pollens circum Tellures progenitricas.  
Nempe Vir uxori duntaxat sufficit unus,  
Ad solamque viro non est adstricta facultas  
Uxorem, ni habeant iactari semina frustra  
Contra naturae legem: si semina nolit  
Frustrari, et sterili vulvae committere (2) semen.



(1) Qui il testo ha una virgola, che ho trasportata dopo *hinc*.

(2) Il testo ha: *committere*.

Concipiens semper, semper pariensque, beata,  
Hoc, tellus mater, (1) de cardine monstra quaterno,  
Ut quatuor, variis in partibus, tempora Messis  
Distribuis, Brumas, Autumnos, tempora Veris,  
Solstitia et quatuor numerant quos orbita tanta  
Haec revoluta premit; (2) dum iuge per aëra magnum  
Carpis iter, motu toties revoluta diurno,  
Ut magni ad signum gyri revocata reportes  
Consimiles annos, sensim et centro extima iungas.

Et quadruplex omnis generatio tendit ad esse,  
Quod primo nudum ac purum vult, simpliciterque,  
Vivum deinde petit, vegetantis visque sub actu,  
Moxque facultate informari compote sensu,  
Demum intellectus suffundi lumine gestit.

Et quadruplex infinitum ratio accipit esse,  
Primum virtutis peragentis mentis et actus,  
Quod sequitur perseverans successio rerum :  
Innumerus numerus: moles sine margine secli.

Ac totidem mundos cognoscit secta Platonis,  
Primum Divinum, Archetypum dicitque Secundum,  
Tertius haec formans Animalis nominatur,  
Quartus Corporeus. Deus ut substantia prima,  
Atque monas per se: deinde Intellectus ob ipsum  
Parta monas, numerum divum diffusa per amplum:  
Post hos formatrix anima exstat materiei; °  
Materies tandem infinito corpore replens  
Immensum spacium, innumeris de partibus una.

Et rebus Numerus, Pondus, Mensura, Figura,

(1) Questa virgola e le precedenti mancano.

(2) Qui il testo ha un punto.

Dant Seriem, et Momentum, et Molem, dant Speciemque.  
Unde Ordo, et Vires, et Hypostasis, et Socialtas (1)  
Est Generi, Formae, Composto, Multiplicato;  
Ut Sint, ut Vigeant, Persistent, atque Propagent  
In Terra, inque Mari, spacioso inque Aere, et Igne,  
Reptantes, Nantes, Volitantes, seque Rotantes.

URBS CABALISTICA.

Descripsit seclum, tetradis sub lege, propheta (2)  
Cui domus est Quatuor laterum, Templumque quaternis  
Cornibus adsurgens. Quatruplo ordine adesse columnas  
Ad Quatuor caeli plagas, Animantia totque,  
Nempe Hominem, et Vitulum, et Aquilam, fulvumque Leonem.  
Hinc celebres Quatuor Facies, Pennae, Manus, Ora  
Totque, superficiesque quatuor singlisque (3) Rotarum,  
Tot Mensae, Quatruplex est grandis bestia, Totque  
Fabri proscindunt alienae cornua gentis.  
E medio gemini montis, qui ex aëre fictus,  
Exsurgunt quatuor venti, Quatuorque quadrigae,  
Cornipedes quatuor, pictique coloribus, albo,  
Puniceo, nigro, vario, qui apparet ab hisce.  
Flumina de centro integrum diffusa per orbem,  
Quaeque superficiem convexam mole supina  
Conspergunt, ditant, hilarant, ut sepibus arcent,  
Arboris e venis ut funditur undique succus,  
Terrarum sphaeram concreto robore firmant.

(1) *Socialtas* sta per *Socialitas*.

(2) Il testo ha: *prophaeta*.

(3) *Singlis* sta per *singulis*.

SCALAE TETRADIS

PRIMUS ORDO.

Pythagorici quaternitatem, plenitudinem mundani tum corporis, tum animi designantem, agnoscebant: quatruplicemque naturae perpetuo fluentis fontem praedicabant. Idem Cabalisticis, Magis, atque Chaldaeis (1) numerus Divinitati (2), in rerum natura (3) praesidi, visus est conveniens: et inde quatuor dicebant esse mundos. Unum primum simplicissimam Monadem, quam BONUM appellabant. Secundum INTELLECTUM. Tertium AMOREM. Quartum PULCHRITUDINEM. Ex quo enim Intellectus Bonum apprehendit, sequitur Amoris actus, et Pulchritudinis ratio. Primum mundum dicebant EXEMPLAREM. Secundum INTELLECTUALEM. Tertium ANIMALEM. Quartum NATURALEM. Primum appellabant MENTEM. Secundum INTELLIGENTIAM seu Ideam. Tertium MAGNUM DEMONA. Quartum COSMOS seu Mundum. Primum rursus PATREM, Secundum FILIUM, Tertium ANIMAM seu Spiritum, Quartum patris IMAGINEM, Filii SIMILITUDINEM, Spiritus TEMPLUM.

II. Mundorum istorum (inquiunt Platonici) sic alius profluit ab alio, sicut in aqua circulus a circulo dependet: sicut ex LUCE procedit LUMEN, ex Lumine emanat SPLENDOR, ex Splendore CALOR genitilis. Ibi Intellectus pro Animae productione a patre non seiungitur, quinimo (4) ipsam propagationis potentiam atque actum per eam, quam cum patre habet unionem, admittit. Subinde intellectualis anima summo inhaerens intellectui in animalis animae excitationem foecundatur. Animalis postea, quae vita corporea est, seminibus (5) atque formis (quibus huius mundi materiam im-

(1) Il testo ha: *Chaldeis*.

(2) Il testo ha: *Divinitari*.

(3) Il testo ha: *nature*.

(4) Il testo ha: *quinimo*.

(5) Il testo ha: *seminib*.

pleat) impletur, quatenus ex anima illa, cuius est imago, dependet. Ex illo tandem materiae complemento quartus est iste sensibilis mundus.

III. Ibi primo ipsum BONUM SUPRA STATUM contemplabile est, status quippe boni gratia fit. Secundo Intellectus est ipse STATUS. Tertio Intellectualis Anima est PRIMUM STABILE. Quarto vita huius imago PARTIM STABILIS, quatenus scilicet existit inde; PARTIM MOBILIS nempe quatenus corpori proprie mobili copulatur.

IV. Primus mundus numquam fit et semper est, nempe absolutus: Secundus semper est, et semper facit: Tertius semper est, et semper fit: Quartus numquam est, semper fit.


V. Primus est fons et forma Bonitatis. Secundus imago bonitatis illius. Tertius forma vitae et fons. Quartus Imago et emanatio vitae.

VI. Hinc fortasse nomen Dei quadriliterum ubique gentium ab antiqua institutione comperitur, praesertim vero apud Cabalistas ineffabile illud ex decimo, et quinto, decimo, et sexto Hebraeorum elementis, cuius loco explicatur illud ex primo, et quarto, et quattodecimo et decimo. Sic et ex iis quas novimus linguis principes, et eae quae originalibus et primitivis proprius accedunt, quatrilitero nomine Deum significant: IEOVAN et ADONAI enim Hebraeis (1). ΘΕΥΤ Aegyptiis. ORSI Magis. SIRE Persis. ΘΕΟΣ Graccis. DEUS Latinis. ALLA Arabibus. GOTTE Germanis. DIEU Gallis. DIOS Hispanis. IDIO Italis: et hi sunt omnes quorum hodie cultiores sunt (2) linguae, et qui soli loqui videntur. ITA PER VENERANDAM TETRADEM iureiurando affirmabant Pythagorici. Aiunt hoc ideo illis, qui numeris omnia significabant, consultum fuisse, quoniam quaternarius numerus omnes numerorum compleat differentias, qui primum parem primumque imparem complectitur: et quia in terminis quatuor, numerorum progressionem, (3) denarium expleat.

(1) Il testo ha: *Ebrcis*, qui e poco sopra.

(2) Il testo ha: *sunt*.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.



Quatuor item terminis, et terminum et processum dimensionum complet. Intra quaternarii limites musicam intelligunt omnem consonantiam DIAPASON, DISDIAPASON, DIAPENTE, DIATESSARON (1). Quatruplex essentia ABSOLUTA, IDEALIS, REBUS UNITA, A REBUS ABSTRACTA. Quatruplex esse, METAPHYSICE, PHYSICE, METHEMATICE, RATIONALITER. Quatruplex Virtus, DIVINA, INTELLECTUALIS, ANIMALIS, CORPorea. Quatruplex iterum, Simpliciter Activa, Simpliciter passiva, Activior inde, hinc Passivior. Prima in actu puro. Secunda in potentia pura. Tertia in simplicibus substantiis secundis. Quarta in compositis et generabilibus. Quatuor sunt in omnibus suppositionem habentibus. ESSENTIA, ESSE, POSSE, OPERARI: id est Quo SUNT, QUOD SUNT, QUOD POSSUNT, QUOD AGUNT. Quatruplex in iis distinguitur operatio, DIVINA, NATURALIS, FORTUITA, ARTIFICIALIS. A Prima est effectus simpliciter necessarius. A Secunda necessarius in genere. A Tertia simpliciter contingens. A Quarta contingens ex arbitrio. QUATUOR inde sunt distributionis signa. Super omnibus absolute. In omnibus contracte. Cum plurimis indefinite. Circa plurima definite.

(1) Il testo ha: *diatesseron*.

SECUNDUS ORDO.

Quatuor in partes Plato, in ea quae de Republica, (Magorum Timaeique (1) sensum referens) lineam rerum ordinem significantem, dividit: unam quippe lineam intelligit, ubi unione quadam in simpliciter uno, et a simpliciter uno emanatione, quae verum est principium, connexionem illam suavissimam intelligit. Linea haec quatuor in partes distinguitur: Primo in duas quae sensibilibus et insensibilibus sunt distincta genera. Moxque genus insensibile in res Intelligibiles et Cogitabiles: id est in mundum formarum divinarum, et mundum formarum mathematicarum, quas etiam in genere substantiae (aliter quam vulgus intelligendo) comprehendit. Genus vero sensibile in res substantiales et imaginabiles distinguitur, in mundum nempe corporeum, et eum qui corporum imaginibus consistit et umbris. Heic nihil te Aristophanis comicus ille risus absterreat, qui philosophos umbras atque nubes, quasi pro numine habentes, insequitur: neque quod vulgo umbram pro re nullius momenti fuerunt usurpare. Quid est eclipsis praeter umbram? Multarum tamen rerum illam causam atque impedimentum esse comprehendunt Physici et Astrologi. Cur umbra Iuniperi, Ulmi, Salicis, Lauri, et Olivae bona est; Taxi vero, Cyparissi, et Nucis, mala? (2) Et cum de aversis sacrificiis conqueritur Osea; Super capita montium (inquit) sacrificabant, super colles accendebant thymiana, Subtus quercum et populum et terebinthum quia bona erat umbra eius (3). Numquid nihil existimavit Salomon cum diceret, Sub umbra illius, quam desideraveram, sedi? An non aliquid est quod de Simone Petro ex aliis Galilaeis (4) est relatum? Veniente Petro (refert Lucas) saltem umbra illius quemquam eorum, qui male habe-

(1) Il testo ha: *Timaeique*.

(2) L'interrogativo manca.

(3) Qui il testo ha un interrogativo.

(4) Il testo ha: *Galileis*.

bant, obumbrante liberabantur. Quid est quod Magi praecipiant umbram incantantis atque fascinantis in incantandum atque fascinandum incurrere; cavendumque nobis a malorum umbris? et apud nostrates malam umbram, virum vel foeminam infelicem portentosam et ominosam appellare usuvenit. Fertur, hyenam calcantem canis umbram, eundem ab alto deportatum devorare. Fertur, maleficos, usu vestigii eius, quem vincire vel solvere cupiunt, in corpus et animale illius virtutem alterandam, aditura sibi facere et ingressum. Neque modicum est quod in libro Iobi (ubi profunda Chaldaeorum arcana continentur) de Behemoth dicitur, Sub umbra dormit in secreto calami, et in locis humentibus protegunt umbrae umbram eius. Quid plura? Umbra est principium contra lucem distinctum, illam in rerum compositarum productionem contemperans. Tellus non est frigida, nisi propter umbram, sicut Sol non est calidus, nisi propter lucem. Neque enim frigus ad superficiem a visceribus terrae emanat, vel a Sole retunditur in centrum, ita quippe innato spiritu atque calore, (1) terrae viscera interius, ut et animalium caeterorum, calescunt, ubi non plus concretæ densataeque frigore fiunt aquae, quam, in animalium incolumi corpore, (2) sanguis; sicque aqua in superficie, sicut et sanguis extra corpus animalis inspissatur: quod si frigus a centro vel a terrae visceribus proveniret, vel ab alio saltem, praeterquam ab ipsius umbrae efficacia, ipsum in partibus interioribus efficacius inveniretur. Distinctum ergo principium activum contra lucem cum est, (3) contra calorem Solis, quasi patrem, est umbra cum frigore Telluris quasi mater. Cui ergo frigus, principii titulo, (4) in subiecto corpore celebratur, sapientius cum Mose, Chaldaeis, atque Magis, umbra quae illud emittit celebraretur. In actu urentium speculorum videmus, per luciferum radium praecurrentem, immitti igneam rebus accensibilibus virtutem: ita

(1) Questa virgola manca.

(2) Questa virgola e la precedente mancano.

(3) Questa virgola e la seguente mancano.

(4) Questa virgola e la precedente mancano.



contrariae virtutis impressio a praevientis umbrae activa potentia demanat. Sed nos heic pluribus usi sumus, quam quot sufficere possint, vel mediocri ingenio, ut realem apprehendat umbratilis mundi a sensibiliore mundo distinctionem, utque actio a mundo umbratili in mundum physicum efficacissime deferatur: utque umbram non perperam intelligamus esse virtutem effluentem a rebus compositis propter sic convenientium principiorum efficaciam, sic ut lux aliter, principiis iisdem concurrentibus, (quod in carbunculo et diaphanis corporibus est videre, quae apud nos vel per se lucent, vel minus tenebrarum participia facilius extant illuminabilia) a corpore diffunditur. Stat ergo consideranda mundi divisio in INTEL-  
LIGIBILEM, COGITABLEM, SENSIBILEM, et UMBRATILEM.

Lumen quoque in quatuorplex mundo quatuorplex, VISIBILE, RATIONALE, INTELLIGIBILE, DIVINUM, Lumen incorporea (1) quaedam est forma omnibus insita; ea enim in remotissimis, profundissimis, durissimisque corporibus est iniecta atque consistens: nam neque cum latitudine iudicii, quod a nostro sensu est, protenditur atque discurrit: quasi ibi desinat, ubi a nostra sensitiva potentia desinit apprehendi. Haec somniando clausis oculis, in mediisque tenebris, videmus, quia et vestigium et imago mundi et lucis externae est in nobis: quinimo anima ipsa lux quaedam per se est sibi; per seque lucens. Sed hoc latius in iis, quae de multiplicis mundi vita scripsimus, explicamus. Quatuor rerum genera significantur, PER LUCEM MERAM, LUCEM TENEGROSAM, TENEBRAS LUCIDAS, MERASQUE TENEBRAS.

In mundo Rationali quatuor sunt divini furorcs. A BACCO, APOLLINE, MERCURIO, ET VENERE, nempe PROPHEVICVS, POETICVS, MUSICVS, AMATORIVS; et ex iisdem numinibus et furoribus quatuor sunt animi dotes: PRIMO APPREHENSIO seu conceptio. SECUNDO PRAEDICTIO sagax, seu prudens, absque stolido illo furore quo (?) « Bacchatur vates magnum si pectore posset Excussisse Deum ».

(1) Il testo ha: *in corporea*.

(2) Ho vircolato le parole seguenti, perchè sono di Virgilio, *Aeneid.* VI, 78.

Tertio MEMORIA specierum tenax : et innumerabilium verborum nuncijs, infinitarum intentionum praeco, mentisque obsequentissimus interpres. Quarto VERBORUM USUS.

TERTIVS ORDO.


Quod in mathematica est PUNCTUM, LINEA, PLANUM, PROFUNDUM, apud physicos est SEMEN, TRANSMUTATIO, FORMATIO, COMPOSITIO seu completio. Primo quippe est individuum atque minimum semen. Secundo ipsum in longum producit. Tertio planum quasi formam concipit. Sicut quippe Linea in planitiem extenditur, ita materia in magnitudinem formicapacem explicatur. Quarto profundum quasi compositionis subit complementum; quia tertiae dimensionis quarta non superadiicitur ulla: ubi principiorum concursus complexio quaedam, sphaerae solidae similis, (1) efficitur.

Postquam (inquam) processio a principio distinctionem fecit (monade scilicet seu puncto in diadem seu lineam explicata) degeneratio facit repugnantiam, et succedit in eodem genere maxima distantia: Altum inum, Dextrum sinistrum, Internum externum; Maximum minimum. Haec vero contraria et extrema ( ut in triadis scala videre licet) absque medio ad aliquod generandum, ad seriem, ordinem, connexionemque ullam perficiendam non concurrunt. Medium porro illud omnino in latitudine quadam consistere oportet; individuo quippe contraria, immo et diversa, (2) ulla distare non possunt corpora, plusquam esse proxima, contigua, atque continua, subiectoque unum. Medium ergo eo, quo unum tangit extremorum fine, non tangit alterum. Duplici ergo termino, duobus cum contrariis duplicem habet affinitatem atque communitatem, eo vero quod inter utrumque terminum constat, a duplici termino sibi vendicet differentiam atque proprietatem. Est igitur duplex medium, et hoc, scilicet quod in tota latitudine consistit ab extremorum remotissimis

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Questa virgola manca.

partibus totum aequidistans quale est totum Spacium A B a quo pariter sunt termini C atque D abiuncti; et illud medium individuum atque puntuale E: quod tum ab extremis remotissimis D et C, tum ab extremis contingentiae A et B aequaliter distat.



Ibi medium secundum latitudinem est extremorum particeps, puntuale medium est extremorum potius exclusivum, et expertissimum. Ibi a puncto E ad punctum B una est medii dispositio qua cum D: a puncto E ad punctum A est dispositio qua cum C convenit. Necessum igitur est medium esse bipartitum; particeps item neutrae cuiusdam est dispositionis, vel duplicis cuiusdam ex ambabus hisee resultantis tertiae: eius, inquam, qua cum utrisque concordet et conveniat ab illis usurpans; et eius qua aliud quiddam ab utrisque habeat, quod utrisque communicet. A enim per id quod habet a C contrariatur ipsi D; et B per id quod habet a D contrariatur ipsi C: medium ergo tum ut disiunctive neutrum, tum ut coniunctive commune, tum ut singulare quiddam per sese, suaque proprietate ab utrisque distinctum, respicit extrema. Secundum qualitatum ergo secundarum differentiam, duplex oportet esse medium, ut illarum altera magis cum uno, altera cum altero magis extremo congruit: altera, inquam, quae inde remissa, hinc intenditur: altera quae inde intensa, hinc remittitur: ideoque primorum contrariorum extremorumque distantissimorumque conditionem, quaternarium numerum proximorum principiorum causare oportet.

NATURA QUATUOR ELEMENTORUM IN CAELO.

Astrologi, et in signis et in planetis, naturas considerant elementorum. Theologi omnes et Theologorum patres (praeter eos qui Peripateticis ineptiis physicis paverunt animum, et omnes sensus, metaphorarum suffragio, (1) intentionibus mancipant Aristotelicis), aquas veras intelligunt in caelo: illic terram viventium attendunt. Platonici non tantum per modum causae atque principii, sed secundum veriorum naturam asserunt (2) haec in caelestibus haberi. Naturam (aiunt) ignis eminentissimam ostendit in caelo sensibile lumen et calor ille vivificus; naturam terrae, (3) solida firmaque illa stabilitas atque densitudo, qua Luna et pleraeque aliae stellarum retundere videntur Solis radios. Lunae item substantia, non per se lucens sed propter Solem, apertissime specie differt a Sole et non ubique (4) quanti illius corporis nugatorii inspissatio facit corpus lucentis stellae. Sed nos alibi ostendimus ut Aquae et Tellures sint passim per aetheream infinitam regionem ita consistentes, sicut Telluris corpus istud consistit, et patefecimus ita corpus Lunae (quae altera Tellus est) suis aquis nobis lucem suppeditare illam; sicut etiam corpus Telluris, (quae altera Luna est), suis aquis lucet illi, et ita continentem esse quod opacum apparet inde, sicut continens est quod hinc illi debet apparere opacum; et ostendimus ut Venus et Mercurius et planetae omnes circa Solem discurrentes, sicut et haec Tellus discurrit, sint eiusdem speciei, licet differentiam partium, quae propter maiorem distantiam a nobis evanuit, non aspiciamus, et intercapedinis opacae abolitio faciliior, quam lucidam (5) in speciem minimi corporis ex toto splendentis, globum universum commutarit; et declaravimus ut corpus Solare et

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *asserunt*.

(3) Questa virgola manca.

(4) Il testo ha: *ubiq. qnti*; nè si può intendere, salvo che non manchi qualche frase.

(5) Il testo ha: *quam lucidam*.

aliarum (quae fixae sunt) stellarum, alia elementi speciei (nempe igne seu luce) in compositione superabundante, (1) speciei a corpore Lunari seu Telluris differat: et patet ex iis ut nullum corpus unionem partium habeat sine aqua, et nullus ignis consistat neque splendeat sine humore, non est enim ullibi flamma neque carbo nisi ubi humor ardet: et corpus omnino siccum, neque ignem habet neque ignescere potest: unde et temporibus nostris (licet non ista prorsus ratione sed ex principiis adversarii ipsius Aristotelis inductis) ausus est Thelesius Consentinus ignem humidæ naturæ asserere, quod minime infeliciter est prosequutus, non, ut par est, pro rei veritate, sed ut decebat eum, qui ex suismet, Aristotelis physicam, (2) principiis voluit redarguere. Sed de hoc satis ille. Iam, quod ad naturam aeris in caelo dinoscendam attinet, (3) quis non videt idem atque unum continuum spacium similiter ad extremæ visibilitatis et minimæ apparentis magnitudinis usque sidera? (4) Cui nullus sensus et nulla regulata ratio; sed tantum bruta illa circumvectantis illius unius stelliferæ sphaeræ phantasia propter (5) incapacitatem motus Telluris tum diurni circa proprium centrum, tum et circa Solem in aliorum planetarum morem, (6) anniversarii. De qua ignorantia myriades illae vanissimarum contemplationum et circa corporum differentium, motorumque illorum conditiones atque naturas, sunt abortivæ. Sed de iis alibi satis.

*Natura quatuor elementorum in mundo intellectuali.*

In mundo item Intelligibili, Primo, quasi per ignem, Specierum PERSPICUITAS in luce consideratur. Secundo quasi per aerem PRAESENTATIO in media intentione, quae inter obiectum mediat et intel-

(1) Il testo non ha nè questa, nè la precedente virgola.

(2) Questa virgola e la precedente mancaoo

(3) Qui il testo ha un punto.

(4) Il testo ha una semplice virgola.

(5) Il testo ha: *propter*.

(6) Questa virgola manca, e l'ho messa perchè *anniversarii* va con *motus*.

lectum. Tertio quasi per aquam, cui est copulativa, (1) virtus, UNIO speciei cum potentia apprehensiva succedit. Quarto quasi per terram, cuius est firmare, fixare, atque solidare, RETENTIO consequitur.

*Natura quatuor elementorum in mundo spirituali.*

Quatruplex est Spiritus. Primus ABSOLUTUS scilicet in aetherea (2) amphyrite. Secundus in corpore ANIMALIUM. Tertius in corpore PLANTARUM. Quartus in corpore MINERALIUM. Mineralis (praeterquam in purioribus metalli speciebus) est in similitudine terrae. Plantarum in similitudine aquae. Animalium in similitudine aeris insiti. Absolutus in similitudine aetheris. Est autem (quod nolo hic praetermittere) Spiritus substantia media quaedam, qua anima tum corpori adest, cum corpori propriam per se ipsam organizato vitam elargitur. Omnia per spiritum istum vivunt atque generantur, qui idem quatruplex in omnibus perfecte compositis invenitur, licet non secundum omnes in omnibus conditiones aequaliter habeatur. Lapides (aiunt quidam) et metalla generare non videntur, quamvis, inter elementa et animantia, (3) media sint, quia spiritus in eis crassiore materia cohibetur. Sed nos Spiritus quidem illius materiam occultam esse dicimus: unde vulgus crassiore sensu prolificam illam efficaciam nequeat agnoscere. Sed illum hac facultate minime carere perspectum est: rite enim si secernatur, et adservetur, tamquam seminaria virtus, poterit sibi simile perfecte generare. Generat quippe sibi simile, si modo apte cuidam, generis eiusdem, materiae adhibeatur. Neque credendum est aliter, quam per seminalem quandam emissionem et admissionem in telluris visceribus, tamquam convenientiore matrice, haec ingigni posse. Anima metallorum spiritum terreum in cupro et ferro, maiori ex parte, praedominantem habet, aqueum magis in stanno atque plumbo, acreum in aere et in argen-

(1) Il testo ha: *copulativa*.

(2) Il testo ha: *aethereo*.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

to, aethereum in unico auro. Natura ex uno stipite, tanquam ramos quatuor, tum ex uno corpore quatuor haec generum corpora, tum ex uno spiritu quatuor horum corporum spiritus educit. Ars, naturae aemulatrix, spiritum illum unum, qui radix una, (1) simplex atque stips (2) habetur, a quatuor corporibus vere exhauriet, quem Arabes Astrologi perperam, et temerata illa prolificationis spe, ex auro duntaxat extrahere tentant: non considerantes materiae conditionem et generationis ordinem.

At nobis verus elixer quatuor hisce subiectis communis est spiritus: ideoque sicut ab uno stipite in quatuor ramos explicatur, ita et non nisi a quatuor ramis in unum poterit atque debet stipitem revocari, qualis cum artificiose collectus fuerit spiritus, qui nulli quatuor corporum substantiae proprius, sed omnium quatuor corporum substantiae est communis, qui unitus auro, convenientis alius materiae adiectione, modicum verum aurum in similem multi veri auri speciem facit adolescere, modicum verum argentum in multum non minus verum argentum. Vides ut non ex homine, vel hominis carne et formatione actuali, fit homo, sed ex spiritu qui est in semine hominis, si in matrice proprii fomenti, et nutrimenti adiectione, (3) circumstantiis adiuvetur. Cuius sane spiritus materia non est propria homini, neque cani, neque simiae, neque feli, sed ex uno communi eodemque nutrimento, quod in cane convertitur in semen canis, et ex quo modico magnus ingens et perfectus canis adolescit: in simia mutatur in semen et adolescit in substantiam illius speciei propagandam: in homine generat hominem. Ad generationem porro istam frustra spiritum quaerimus, si spiritus quoque materiam non habeamus illam communem: fieret sane si ex solo spiritu esset generatio et augmentatio, tuncque ad aurum conficiendum sufficeret elixer: qui (4)

(1) Questa virgola maoca.

(2) *Stips* è adoperato per *Stipes*; il che non pure è raro, ma controverso.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

(4) Il testo ha: *q.*, che si può intendere di ogni genere: se non che *elixer* non è parola latina, e l'ho ritenuto per maschile.

separatur ab auro, in quo procul dubio purior est atque digesta magis, quam in illo praecedente chaos esse possit. Tu vero qui non spiritum absolute, sed prolificum spiritum aves, (1) in quadriviam illam profundes substantiam oportet, quae (2) fit in homine homo, in cane canis, in aquila aquila, in leone leo: et postea leonis ille catulus non in ea, qua conceptus est, mole manebit, sed ad perfectam, iuxta propriae speciei conditionem, (3) staturam adolescet, atque ita naturae vestigiis insistens a naturae operantis tramite cooperatur non aberrabis.

Considera non ex uno elemento, sed ex quatuor omnia (licet aliud in aliis, aliter atque aliter praedominetur) componi: et consequenter non ex simplici, sed ex quadruplici spiritu, alia in hoc, alia in illo, conditione vincente et eccellente, formari. Considera Solem et hominem, non ex Sole et homine generare hominem. Considera hominem neque proximam neque primam esse materiam ad hominem gerendum, neque (4) plantam, neque metallum ad metallum eiusdem speciei: sed materia proxima est semen hominis ad hominem, semen plantae ad plantam (semen latius intelligo propter salices et ea quae insitione propagationem, insensibilis seminis virtute (5), concipiunt); materia autem prima est ex qua semen est illud, quae et aliis seminibus est communis. Considera in omni generatione nova instituenda praecipere (6) oportere materiam primam, quia illa unica formae substantialis est subiectum. Considera formas specierum determinatam habere magnitudinem secundum maximum et secundum minimum. Partes enim animalis et plantae et mineralis non augentur nisi ex fundamento generationis: manus enim adulta non fit maior etiamsi propriae radici sit adnexa, neque manus et ramus, qui alioqui potest

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *q.*

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

(4) Stando al contesto bisogna integrare questo inciso così: *neque plantam ad plantam.*

(5) Questa virgola e la precedente mancano.

(6) Il testo ha: *praecipere*



adolescere extra propriam radicem, vel illi proportionale adnexum concrescit in praefinitam molis quantitatem. Considera, inquam, hoc, ne quando existimes te adultam speciem, vel adultae speciei partes etherogeneas posse in ampliorem magnitudinem, substantiali adiectione facta, promovere. Sed in omnibus generationis speciebus subiectum formae substantialis illud persequare, quod est quatruplicis substantiae et seminis radix, spiritusque quatrplex indefinitus, ut aequae quatruplici forma possit definibilis esse sigillatim. Considera nos heic materiam primam non simpliciter ad physicae aristotelicae amussim capere, quae ad omnes naturales formas aequae respicit, et ab omnibus aequae distat. Sed ubi cum Chymicis sermocinamur, primam et indefinitam in genere illorum intelligimus. Aristotelicam illam ratio et intelligentia sola comprehendit: hanc vero natura percipit et usus, ubi spiritus ad substantiam inclinat mineralem: sicut alibi ad substantiam plantae, alibi ad substantiam animalis, alibi que ad aliam disponitur atque disponit. Similis distinctionis contemplatio in omni cuiuscunque generis communi propriis speciebus materia atque spiritu percontanda est, et excolenda. In cunctis enim, (1) quatuor haec vel illis proportionalia comperiunt, (2) quemadmodum et in praepositis et in subiiciendis est videre.

*Natura quatuor elementorum in mundo praesidentiali.*

Non praetermittam quod iuxta naturam quatuor elementorum quatuor Mundi cardines: et in cardinibus quatuor (3) ventos; quorum singuli duobus principibus collateralibus, dextro scilicet atque sinistro, constipantur, ORIENTE, MERIDIANO, OCCIDENTE, SEPTENTRIONALI. Et partibus caeli DEXTRA, LAEVA, SUBLIMI, et IMA, secundum pythagoricos, ad EURUM, ZEPHIRUM, BOREAM, et AUSTRUM.

(1) Questa virgola manca; ed invece di *quatuor* il testo ha: *quatuor*.

(2) Leggerei meglio: *comperiuntur*.

(3) Il testo ha: *quatuor*.

Qui sunt Principes in AERE, TERRA, (1) IGNE, et AQUA. Quorum gubernationi praesunt tetrarchae habentes solia in quatuor punctis Zodiaci cardinalibus. Quorumno mina vulgata sunt: ORIENS, AMALMON, PAIMON, AEGIM, et singuli viginti quinque spirituum legiones habere dicuntur. Sed haec mihi necromanticorum videntur esse et nomina, et numina, et vere mysantropon, quando dicuntur sacrificia ex sanguine humano, carne hominis mortui vel cati, (2) expetere, et, certa invocatione facta et sanguine hominis in concha aenea posito, praesto (3) adesse, et multa alia fabulis simillima, de quibus ego perperam non iudicabo. Quidam Itali necromantae ex Salomone nescio quo, et Hypparco referunt, qui in libro de ordine intelligentiarum, (4) principes quosdam daemonum quatuor sub caelo tenere partes, ubi aerem cum reliquis occupent elementis. Nam aequinoctia tenent, et solstitia, et loca veluti digniora, utpote qui a maiori (ut isti dicunt) hierarchia fuerint aliquando depulsi. Et quia quatuor ista caeli puncta duobus coloris distinguuntur, ubi lineae et inde ad angulos rectos circuli intersecantur; relinquuntur ut locis solstitiorum et aequinoctiorum figura quadrangula necessario conveniat: Unde characteri (5) ex duabus se recta intersecantibus lineis, (6) cui quatuor anguli in unum concurrunt punctum, quem characterem Isidis fronti Serapidisque pectori fertur Aegyptios olim insculpsisse, vim quandam inesse magicam concluditur, et ii qui daemones invocant in triviis vel in quadriviis, stant ad invocandum maxime ad partes conversi septentrionales. Istos tempore magnarum coniunctionum, Saturni, videlicet, Iovis, atque Martis in cancro vel capricorno pro inusitatis partibus incubos, vel succubos fieri referunt; unde homines prodeant facinorosissimi, qui ad multorum

(1) Il testo ha: *terta*.

(2) Il testo ha: *catti*.

(3) Il testo ha: *presto*.

(4) Qui manca un verbo, come *dicunt*; o simile.

(5) Il testo, qui ed appresso, scrive: *characteri*.

(6) Il testo ha: *linei, scui*.

mirabilium operationem immutant Leges, et miris quibusdam rationibus (nisi a migliore et benigniore numine protegantur) hominum statum convertant, vel evertant aliquando. Ad tales referunt ortum Romuli, Merlini, Thyanaei, (1) Teuti, (2) et aliorum qui incertis parentibus prodire. Duorum minorum, qui tenent coluros aequinoctia distinguentes, nomina apud eos sunt MARMORES et HASMITUS, qui in similitudinem mulierum transformati colligunt semen a viris excussum: et hoc officio succubi appellantur: mox similitudinem virorum referentes, et incuborum nomen iure vendicantes, in foeminae matricem, praefinito coniunctionis tempore, coniiciunt, et genituram tamquam propriam fovent usque ad maturitatem partus, et ultra per vitam, usque ad finem, illis principe quodam atque parentes in filios zelo adsistunt. Sed de his quamvis verisimilibus, nihil pro rei veritate definire possum, praeterquam quod ex ordinis rerum necessitate tetrarchiam quandam bonorum atque malorum (respectu nostro) principum sub uno omnium moderatore numine, quod ex contrariis omnia constituit et optimum ordinat in finem, esse naturae certo ordine atque consequentia necessariam, quae duplici modo atque contrario in rerum particularium gubernationem (3) influat, sed de his alibi fortasse iuxta lumen nobis clarum definitum.

Compone in quocunque et ad quemcumque cuiusque huius scilicet ordinis primum gradum cum primo, secundum cum secundo, tertium cum tertio, quartum cum quarto.

(1) Il testo ha: *Thianei*.

(2) Il testo ha: *Theuti*. Il vero nome è *Teutates*, ed al genitivo *Teutatre*.

(3) Il testo ha: *gubarnationem*.

CAPUT VI.

PENTADIS FIGURA. SCUTUM MAGORUM DELINEANS, PENTAGONUM  
CIRCO INSCRIBO.


Pentadis a gyri campo est aliena figura,  
Haud modico minimi monstratum est lumine, quum non  
Interne ac per se Cyclus radicibus ullas  
Exeat in parteis, nisi quae monstrantur ibidem.  
At vero ut quaevis gyro polygonia quadret,  
Fecimus Arcturi formata cuspide clarum.  
Praetereuntor eim quibus errant mille Sophistae  
Arteis, quis suerunt falsis obtrudere falsum,  
Ac opus involucris centum confundere tentant,  
Ut de confuso (1) demanet opinio veri,  
Ut suppressa fide lateatque videntia falsi.  
Adiice sextantis quintam sextanti, et habebis  
Cuspidis ingenio demonstratum atque repertum  
Costis subtensura quinque aequalibus (2) orbem.  
Thessalicus tamen hanc quo practicet ordo, videto  
Circa opus Ingenium, Ars, Virtus, Tempusque, Subactumque; (3)  
Ingenium se operi adiungit media inter utrumque  
Obiecti Morphe, quae quo plus Ingenio se  
Insinuet, lumen lux haec circumfluit ipsum:  
Quem circumfluxum geminis in partibus amplius  
Circularis abscondit subiectum, Arsque insidet illis.  
Nam quantum Ingenio Morphe substrata propinquat,

(1) Il testo ha: *consuso*.

(2) Il testo ha: *aqualibus in orbem*.

(3) Il *que*, come si sa, rimane eliso dalla vocale seguente.

Tanto ex Ingenio Subiectum arcu dirimatur.  
Quod si Subiectum medium circumfluat inde  
Perfecto Morphe gyro: duo puncta videbis  
Queis novus hic circus magno dispescitur: horum est



Tempus nimirum hinc, illinc variabilis Aetas.  
Quorum unum in reliquum quando defluerit, ecce  
Quaesitae latus est promptum adiectumque figurae.  
Sed cave ne exclusus sit Morphe punctus ab orbe;  
Nam venit ut minimum non tamquam terminus apta.  
Quam cum compleris, (1) quoniam (2) connectitur omnis  
Quilibet e quinis subiectis terminus, ex hoc  
Consequitur circum soboles optata parenti.  
Nam Labor Aetatis cum Tempore dissecat arcum

(1) Il testo ha: *compleris*.

(2) Il testo ha: *quoniam*.

Adiecti Cycli, ut et simili forma exoriantur  
Quintupla de sinibus totidem perfecta figura.  
Dein quantum Aetati Experientia proxima, et ipsi est  
Tempori, et illa ultro Bonitati, et Tempus Honori  
Influit: inde Gradum, Maiestatemque reportas  
Conditione pari. Oceanus praebetque sigillum  
Quo Labor atque Aetas faciat cum Tempore rhombum,  
Queis quartum tribuat punctum, (1) Experientia seorsim  
Consimilem quinum latus angulum concipit extra  
Ut circa gyrum veniat descripta figura.  
His punctum rectam extrema mediaque secantem  
In ratione capis praxi breviora peractis,  
Scilicet ut recta alternatos uniet angulos (2)  
Quiaos quina, velut modo Fatum Tempus in ipsum  
Influit, et Tempus Virtutem exsuscitat, (3) ista  
Dein (4) Physico ingeritur: sic Aetas excipit illam  
Quae fluit in Fatum, via promptaque ob ipsa reperta est,  
Qua se ad innumerum soboles haec prima propaget,  
Nempe sigillatim protensis undique rectis.  
Rectaque per Centrum si producta exit ab angulo,  
Attinget gyri punctum, qui ductus in orbem  
Dat Circumscriptam curvam, Inscriptamque reportat,  
Si extremum cruris reliquum circumdabit unum.  
At vero extremum hoc lateris si circuit illud,  
Cruribus e curvis plana est impicta figura.  
Quam clavem appellant Zoroastris in arte potentes.

(1) Questa virgola manca.

(2) *Anglos* sta per *angulos*; qui, ed appresso

(3) Questa virgola manca.

(4) Il testo ha: *De in*.


PENTAGONI ANALOGIA AD PENTADEM.

Inque bonum inque malum communis neutraque Pentas,  
Imparis atque paris soboles quia prima parentum,  
Est primus par, atque impar, est foemina, masque.  
Mystica quapropter fatuas totidem, ac sapientes  
Ancillas, numero sententia protulit isto.  
Ac totidem sensus, animae putat esse fenestras, (1)  
Externos vulgus: qui tum bona tum mala menti  
Insinuant, operum veluti distinctio quinis  
Aptata est digitis, unde et fas omne nefasque est.  
Nec tantum digiti numerum, sed palma figuram  
Pentadis expressa promit, signataque Lex est  
Hac in membrana, atque operum sors, atque viarum.  
Distinxit quino Legem ergo volumine Moses;  
Ergo animam in manibus propriam gestare prophetae  
Dixit corporeis, (veluti natura) figurans  
Occultum. Manus est etenim signum atque ministra  
Ingenii interioris, opus fructusque reportat  
Atque probat sensus, (2) et mentis fata profundae.  
Linea quina data est vitae significatrix,  
In manibus quippe est sententia Iudicialis  
Inscripta, exilii pro tempore, (si Babylones,  
Chaldaei que valent sensus, Samii que relata)

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Questa virgola manca.

Quia linea I. AA. II. AB. III. CD. IV. EF. V. GH. a quinque montibus  
sub quinque columnis. A. C. G. E. D.



In manibus liber est, quamvis non perlegat omnis  
Plectendus vitae decursu spiritus huius.  
Pentadis adiectum ferturque a numine signum  
Quo minus occultis trepidet vir ab hostibus, et ne  
Subdatur misere, at vero magis imperet illis.  
Impositis manibus et quandoque accepta potestas,  
Occulta ratione (volunt) pro pentadis huius.  
A violentorum ferturque Theurgicus esse  
Spirituum hoc signo, divino munere, (1) tutus.  
Et statuas conflat confossas vulnere quino,  
Perversis pollens studiis, scelerosa magorum  
Techna, malos perdocta bonum convertere in usus.  
Quinis distinxit species gradibus Plato rerum;

(1) Questa virgola e la precedente mancano.



Inquit enim: (1) gradus est entis, mens optima primus,  
 Nempe Bonum, atque unum, divinum, exstans super omne;  
 Inde anima est mundi gradus appellata secundus:  
 Tertius est nostra haec: Quartus vis corporis omnis,  
 Quaeque ultra corpus non sese adtollit et infert:  
 Quintus corporea est moles, dimensioque ipsa.  
 Quinos praeterea Timaeus credidit esse  
 Mundos: conspicuus quorum iste est materialis  
 Infimus, atque ipsum longe supereminet alte, (2)  
 Naturae. Quo mox sublimior ille putandus  
 Formarum in pleno conceptu suspiciendus.  
 Altior hoc intellectus quem nudus ademptum  
 Omnibus e rerum simulacris permeditatur.  
 Praecellit cunctos fulgens super atria mentis.

SCALAE PENTADIS

PRIMUS ORDO.

Haec in figurae pentadis angulo superiori est DEUS, In dextro superiori INTELLIGENTIA, In sinistro ANIMA, In dextro inferiori FORMA corporea. In sinistro CORPUS, seu materia, seu quantitas. Horum primi gradus terminus, tamquam in non aliorum ordine positus, manet absolutus; sicut unitas, quae est principium et substantia numeri, non est numerus.



(1) I due punti mancano.

(2) Questa virgola manca, e l'ho messa, perchè il senso è: *mundus naturae*.

De quinque istiusmodi rerum gradibus unus e principibus Platoniceis, Ficinus, quinque inducit opiniones. Cyrenaicos enim et Epicurum nihil praeter corpora esse existimantes dicit in infimo fixisse contemplationis actum gradu. Stoicos vero vel Cynicos in illi proximo, qui in qualitate atque virtute materiae, quantitate divisa, constiterint. Heraclitum porro, Varronem, Marcumque Manilium ad indivisibilem formam, per substantiam immobilem, per virtutem partim mobilem partimque immobilem, per actionem autem omnino mobilem, animam scilicet, (1) attigisse. Anaxagoram autem atque Empedoclem, ad formam indivisibilem, per substantiam, virtutem, operationemque, (2) immobilem multitudinem conscendisse. Ad individuam vero et immobilem unitatem, Platonem summum, melioribus innixum aliis, praetervectum. At vero haec positionum distributio propter contemplationum varium finem atque usum, nec non propter variae dictionis formam, valeat: qui enim omnia ad corporis genus referunt, non tollunt Formas, Animas, Deos, et Deum, sed cum corporeitate existentiae realitatem illis tribuunt, et quinque in materia corporea gradus constituunt. Qui accidentia distinxerunt a substantia, ne et illa intelligerent esse corpora, tria genera in uno, et duo in altero ordine collocarunt. Similiter et ex aliis nemo est qui rerum quinque gradus non agnoverit eosdem, licet in modo deliniendi maxima inter eosdem extiterit differentia. Mitto eos, qui minime omnium inter philosophos audiendi censentur, Chaldaeos, Hebraeosque sapientes, qui et Deo corpus adtribuunt omnipotenti: nam, neque per metaphoram, ignem consumentem, tonantem, fulgurantemque esse intelligunt: Deos autem innumerabiles (3) (qui omnipotentis, legati, ministri, et angeli appellantur), Flammam ignis, et Spiritum aetherei, id est subtilissima, activissima, agibilissimaque corpora. Animam etiam spiritum, id est corpus subtile

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Questa virgola manca.

(3) Ho trasportato qui la parentesi che incomincia nel testo dopo il *qui*.

in sanguinis (1) substantia alligatum, quam interdum etiam sanguinem intelligant. Qualitates omnes activas corpora esse volunt: non obstante quod simulacra corporum appellantur, a quibus effluant continue (2), sicut membranae a serpentum corporibus delentur. Istum philosophandi modum licet non persequamur, multum sane abest ut contemnamus, vel ut unquam sapienti contemptibilem existimaverimus. At in libro de principiis rerum, ubi triginta opiniones persequimur et omnes in suo ordine approbamus, hac ipsa de re exactius expendimus. Nunc illud nobis tantummodo sufficiat intelligere, et iis, qui minus intelligunt, credere, quemadmodum omne philosophantium genus quinque rerum gradus apprimedictinctos ab invicem agnoscat. Ex enumeratis enim sectis nulla deos sustulit: et illorum omnium unum principem, vel unum super multitudine saltem ordinem, quem prae eminentem intellexerit divinitatem; unde et eadem unaque prima essentia sint unum multi, et ad unum conspirent finem, bonum, optimum, super omnia, quae deinceps bona sunt et ordinabilia. Nemo insuper principium vitae-sensus, et intelligentiae illud (quod animam appellamus) non admisit. Nullus item corpora, nempe atomos, vel unum genus, primamque formam elementum, vel plura non asseruit.

Quinque rursus rerum gradus constituunt Platonici, ELEMENTA, SPHAERAS, ANIMAM, INTELLIGENTIAS seu deos, DEUM. Quorum, (3) Elementa moventur mobiliter, Astra moventur stabiliter, Animae moventur stabiliter, Intelligentiae manent stabiliter, Deus est status. Sed haec bene sunt dicta, quando sunt per adcommodatam concepta metaphoram: quam in praesentiarum (4) excolere non est animus. Horum quinque in eorum via, Corpus dividitur et movetur per se, Forma corporea dividitur et movetur per aliud. Anima non dividi-

(1) Il testo ha: *sanguinis*.

(2) Il testo ha: *continuos*.

(3) Questa virgola manca

(4) Il testo ha: *presentiarum*.

tur, et per se ipsam movetur. Dii neque divisibiles neque mobiles, sed aliunde implentur. Deus est unitas et ipsa plenitudo.

SECUNDUS ORDO

Quinque figuris prima mundi corpora ab iis, qui superficies figuras et istiusmodi principia rerum corporearum esse dicebant, iuxta proprium philosophandi modum, postquam monadem atque numeros rerum simpliciter omnium cum Pythagoricis adstruxerant Platonici, Pyramidalem TETRAEDRAM igni, OCTAEDRAM aëri, ICOSAE-DRAM (viginti scilicet facierum) aquae, CUBICAM (sex nempe facierum) terrae, SPHAERICAM (1) mundo seu caelo. Sed quare et quomodo haec sint (2), illis evolvenda et considerata relinquo. Unum tamen (quod e re nostra circa intentiones, quas in hac pertractatione velamus, esse videtur) non omittam; quod scilicet stereometria et omnis experientia cognoscit, ostendit, et confirmat, quinque tantummodo regulares esse figuras, quibus scilicet aequale spacium complementibus, vel mutuo cohaerentibus, canonice quidpiam constituitur integrum. Quod in figuris vides, defluit a causa quae est in numeris, et influit in effectus, qui sunt figurata omnia, quae istiusmodi succedunt elementis: quorum sane qui noverit applicatione uti, atque solertiore ingenio discurrere, nimirum poterit contemperamenti qualitatem dispositionem atque tum activam tum passivam potentiam omnium figuratorum ex ipsa figura dinoscere et demonstrare, quam certe in rerum artificio fabrefactibilium quintuplicem primordiale esse novimus. Sed non ita facile primordiales figuras rerum naturalium comprehendimus, quas (ut paulo diximus ante) Platonici sine ratione persequuntur. Praeter Atomos quippe Leveippicas, quibus rotunda (ut diximus, ubi de minimo) figura, multa ratione, congruit, et ad quarum naturam Terrae elementi puri referremus speciem, nullum elementum per se videtur esse figuratum. Ex flamma enim, quam py-

(1) Il testo ha: *Sphaericam.*

(2) Il testo ha: *sint.*

ramidalem videmus, ignis propriam figuram quis sanae mentis intoret? Illa enim non est ignis, sed ignitus vapor, qui quanto magis ab, ignis virtute recedit, tanto (1) cum ignis activitate tenuatur magis: quinimo et ipse ignis radicaliter efficax, eadem (ex basi) ratione, tendit ad individuum: sed et ipsa flamma cum non proprio sed alieno termino finiatur, sic etiam omne corpus naturale naturaliter constitutum sphaericam pro viribus figuram aemulatur: sed vapor effugiens contrarium et cupiens (velut omnia) pro viribus in praesenti forma conservari, magis ab igne recedens, minus afficitur, tantoque amplius minore vestigio videtur alteratus. Quod ad aerem et aquam attinet, pro modulo figurae eorum, quae continent et a quibus continentur, compositorum ipsorum conspicua est configuratio: quod si in ipsis sensibilibus est conspicuum elementis, quid dicemus in iisdem in propria simplicitate consistentibus? Aquae sane (cuius efficacia atomi uniantur, seu terrae partes mutuam nanciscuntur cum naturae ipsius humidae interiectione unionem) est figurare atque formare, fundare item consequenter, atque figere per primam, quae agglutinativa est, facultatem. Caloris subinde atque frigoris per secundas inspissandi et rarefaciendi potentias ab elementorum fere substantialibus formis, quas Averroes, more subtilissimi et gravissimi inter Peripateticos loquens, inter accidentales atque substantiales, (2) medias ex positis in suo ordine principiis esse concludit. Sed nos, in iis quae de minimo, super pleraque de elementalibus figurarum ratione significavimus. Ubi sicut geometricè ostensum est, partes uniuscuiusque figurae rectilineae homogeneas esse toti; quia quicumque triangulus, qui illarum omnium est elementum, in similes triangulos dividitur: ita physice in partibus et ipsis superfluitatibus figuras insensibiliter toti consimiles esse iudicandum, alioqui similis arbor ex surculo et ex semine non excresceret et emanaret. Et sicut in semine hominis est idea hominis, ita et in quacunque parte (licet ad

(1) Il testo ha: *tanta*.

(2) Questa virgola manca.


oculum non appareat nisi rationis ) homo est, sicut e quacun- que parte totus sentit, totus laeditur. Hoc etiam vulgus philosophorum probat propter animam (quae principaliter vel etiam essentialiter homo est) quae est ubique tota, quinimo et tota. extra sensibile illud corpus. per totum horizonta explicatur: quod apprime magicis attatibus, et a vestigio, vel quacumque accidentali speciei desumptis, (1) millenis (quae circumferuntur) manifestum est experimentis. Et diximus ut, propter actuum persequendorum necessitatem, corpora naturalia a globosae figurae statu degenerant, ideoque ex praedictis illis, istius argumenti definitio est petenda.

TERTIUS ORDO


Animae compositionem quinario definiunt : tribus quippe de causis, compositioni partitionique eius convenire arbitrantur. Primo, quia sicut quinarium ex primo pari primoque impari constat, sic anima ex dividua individuaque natura, quando dividuus est par numerus, impar vero individuus, ob eam censetur causam, quia eius in partes aequas non est possibilis transitio. Secundo quia in scala naturae, anima medium de quinis gradum obtinet; unde in ipsam extrema tanquam in unum horizonta concurrunt. Tertio quia quintus post primos quatuor numerus, et quintus ante sequentes totidem, extremos in quacumque aequidistantia concilians, seque ipsum in semetipsum reflectens, denarium, qui numerorum omnium es complementum, constituit.

Ex eo quia figura hominis externis quinque punctis terminatur, efficacia quinque mucronibus scelestissimum maleficorum genus exercet ligamenta : quod et qua ratione atque ritu praestent in similitum, quos pudeat legisse, nebulonum libris inquirat, qui scire cupit indigna; sed non ita vulgatae sunt solutiones et medicina, quam unicam in eius generis casibus physice reor esse possibilem. A Theo-

(1) Questa virgola manca.



*Sicut simpliciter omnis numerus circum se positorum (1)  
 numerorum aequidistantium est medietas.*



phrasto Heremita allata est, eiusdem nominis virtute, contrario verborum, aliarumque conditionum ritu, eandem eiusdem formam capiente materia. Quid facient qui aliter male adacto homini (2), meliori vel aequae commoda sorte, succurrere nesciunt, (3) ubi non anceps neque levis nocendi facultas maleficis a malo cessit Genio? Medicorum quibusdam, (4) ignorantiae doctoribus, omnia formaliter ad turbati sensus interioris species, materialiterque ad humores illos quatuor, qualitatesque totidem elementares referentibus satis superque sibi

(1) Il testo ha: *potitorum*.

(2) Questa virgola e la seguente mancano.

(3) Il testo ha: *nescunt*.

(4) Questa virgola e la seguente mancano.

pro dignitate propria atque officio factum esse volunt, si quam docte faciant, miserandum aegrotum, ingenti cum cruciatu, suos obire dies: cui, (1) leviter extra aristotelicam methodum aliquantillum versus naturae lucem contemplando, discendo, et divertendo, vitam et incolumitatem servare potuissent. Illis succurrunt de alia multitudine plures, etiam peripatetice (licet non apprime) sapientes, qui Thragico (2) et Syro quodam mysterio informati, quasi divinantes, (3) foedera quaedam atque pacta praesumunt praeiudiciosissima, quae divinas naturalesque discendant leges; ideoque non minus in hoc genere illicitum volunt esse remedium, quam siet maleficium, (4) quasi serpentis theriacam huiusmodi, et scorpionis oleum non liceat contra eorundem morsum venenososque ictus applicare: et quasi inter medicum, et (quem non patieris vivere) maleficum; (5) inter veneficum et antidotarium (quia in materia et arte et prima quadam forma possunt convenire) pro delicto non sit distinguendum. Sed quod ad horum attinet statum, in suo potius magnifice laudandi sunt ordine, quam aliquo vituperandi modo, qui actus, quorum rationem non habent. quique aliquid contra praesidentem legem complecti possunt (tametsi minime complectantur), detestandos definiunt: et consulto; praestat enim (6) hominem sub certitudine, (7) naturalem oppetere mortem; quam sub incertitudine, divinis, naturalibus, et patriis legibus contraire. Porro quod ad medicos illos attinet, quid (rogo), o insulsissimum hominum genus, medico cum Aristotele? vel quid Aristoteli cum Hippocrate, (8) cum medicina, cum natura? videbimus. Sed quod ad Hippocratem attinet et imo etiam, Galenum, comperitum est eos saepe ad (quas appellant) superstitiosas medendi ratio-

(1) Questa virgola manca.

(2) Leggerei: *Tracico*.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

(4) Ho trasportata qui la virgola, che nel testo è dopo *quasi*.

(5) Qui il testo ha malamente un punto, con la maiuscola dopo.

(6) In luogo di *enim* il testo ha: *n*.

(7) Questa virgola manca.

(8) Il testo ha: *Hippocrates*.



nes tum persequendas, cum approbandas esse conversos. Mitto quod, qui animi naturam non ignorat, virtutem item numerorum, secundum quos omnes species a speciebus distinguuntur, unde et rebus variae sunt formae atque figurae exteriores; et qui virtutem imaginum, quae a rebus omnibus propter idealem effluunt, in resque omnes influunt, potentiam, animadvertit; qui continuationis unius spiritus in universo vim compertam habuerit, nec non multiplicem multiplicis magnetis (attractivae depulsivaeque nempe potentiae) efficaciam cognorit: inveniet universa certo quodam naturalibus principiis (sive per daemones, (1) sive, quod efficacius esse credo, per expertos homines, activorum cum passivis, certis numeris, temporibus, locis, atque signis, applicatio fiat) ordine provenire. Quod ubi compertum fuerit et apertum, doctiorum theologorum iudicium non formidabunt medici. Ille omnis cuiuscunque theologantium generis, et Peripateticorum in specie philosophantium honor atque lux, Thomas Aquinas, omnem, tum generaliter, cum specialiter, notitiam, de genere bonorum esse declaravit: et cognitionum genera, per se bonorum consequuntur genera; quemadmodum intellectus atque sensus puritatem, ea quae appetitus atque voluntatis est puritas: mala vero ex accedentibus, quae substantiam rei comitantur, omnia demanant: Nihil quod accidentium est capax, accidentaliter non potest esse malum: nulla substantia, quamvis in ordine malorum adscribatur, per ea quae sibi accedunt, non potest per se bona dinosci tandem: novit veneficus ex frumento parare venenum; et medicus ex artubus viperarum, antidotum. Ad propositum. Antiquorum Magia (quae propter antiquae fidei, penes quam est quasi totum, abolitionem, abolita est, nullius nempe reddita efficaciae secundum eas partes quae ad praxim faciunt proxime accidentales) plurimam (dicta de causa) in pentadis figura per quinarum efficaciam dinoscebat: et nos tantum ad hanc theoriam (quam Thomas non improbasset) omnia dicta et di-

(1) *Daemones*, come scrive qui il Bruno, è la vera forma dell'accusativo; benchè egli talvolta usi pure *daemona*.

cenda adcommodavimus adcommodabimusque, et in praesentia de numero et figura hac humana aliquantulum fusius sumus proloquuti: ut amplius digne ad naturae contemplationem promoveremus (citra reprobandarum artium profectum) ingenia.

VEIOVIS SIMULACRUM.



Duo ergo Romae habebantur simulacra, DIIOVIS (1) videlicet (qui et DIESPITER appellatus est) et VEIOVIS. Primum in Capitolio colebatur, cum sceptro in dextera, et orbe in sinistra manu. Secundum inter Capitolium, et arcem, qui (2) altera manu sagittas; altera ensem habebat. Primo sacrificabant, ut iuaret, et (3) secundo (cui ritu humano capri immolabatur (4), ne noceret. Idem, nomine dextri (5) et sinistri Apollinis, et Martis, significabatur. Et in iis, quae de Heptadis simulacro dicentur, habebitur quemadmodum septem principum singuli dextri sient atque denominentur, et sinistri.

(1) Il testo ha: *Diiovi*.


(2) Veramente dovrebbe dire *quod*, perchè si riferisce a *simulacrum*.

(3) Nel testo c'è un piccolo spazio, dove il torchio non ha fatto presa, da contenere una sola sillaba; e l'ho riempito con l'*et*.

(4) Leggerei: *immolabantur*.

(5) Il testo ha: *dextra*.


INFORTUNAE A VEIOVE SIMULACRUM TALE ERAT  
APUD AEGYPTIOS.



VIRGILIUS MARO<sup>2</sup>AIT.

« In tenui labor, tenuis non gloria, si quem  
« Numina laeva simunt, aderitque vocatus Apollo. »

SED FORTUNAE SIMULACRUM A DIORVE TALE FUIT.



Quinarius numerus dicitur a Prometheo, figuratore hominis ex luto, (1) hominis imagini impressus, unde et hominis archetypum quinario concerni, absolvi, dotari, mitti, privilegiari, confirmari. Impositione manuum bonos malosque spiritus immissos fama est. Ignota ratione quinarium a capite facie verticeve hominis profundit et influit in membra. Volunt quidam quinque nervorum paria ab anteriori parte cerebri ad quinque sensuum organa radicanda protendi. Quidam quinque in hominis facie numerant fenestras. Quinque, in singulis reliquarum extremitatum, digiti sunt. Per huiusmodi quinque surculos ab externis datur influxus, et ad externa effluxus, et ex his ideae figuraeque hominis aliquod emittitur. Mitto haec recensere quae per capillos et ungues moliuntur malefici: unde Pythagorae praeceptum est, haec abscissa pessumdari debere, vel incinerari.

Per oculos, os, nares, aures, et per universae carnis, tanquam per unum generalem meatum, poros, praecipui influxus tanquam per radices fiunt, per digitorum vero extremitates, ut ungues atque capillos, (2) spirituum, suis in corpore defunctorum vicibus, tanquam per ramos praecipui fiunt effluxus: subindeque per easdem, per quas fit influxus, partes, minus principaliter efficitur effluxus: et e contra non fit principaliter ingestio per eas, per quas efficitur egestio partes. Hanc ergo figuram hominis atque numerum, et in toto et in partibus et in omnibus, quae a toto et partibus in totum atque partes consistentiam accessum et recessum faciunt, attendamus.

Ex virtute quinarium differt, quo in loco habeat manum dormiens, ut veritatem vel falsitatem, memoriam vel oblivionem huius vel illius speciei, alicuius vel nullius, habeat in insomniis.

Talmutistae ad numerum digitorum manus, quae instrumentum est operis, (3) Legis numerum esse explicatum dicerent. Cabalistae illic et legem omnis vitae consistere hoc ipso in numero confirmabunt; quod ex verbis Chaldaei Iob apertius est contestatum: ANIMAM MEAM

(1) Questa virgola e la precedente mancano nel testo.

(2) Questa virgola, e la seguente mancano.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

PORTO IN MANIBUS MEIS: non obstante sensu, qui per manus operationes ipsas comprehendit.

Quandoquidem omnis motio et actio, sive interna, sive externa, sive sensibilis, sive non sensibilis, per manum, et quinarium externum vel internum, visibilem peragitur, vel invisibilem. Quinque in omni motu oportet attendere, et circa quinque animum oportet advertere puncta. Primo, TERMINUM a quo; Secundo, Terminum per quem ad medium; Tertio Medium; Quarto, Terminum per quem a medio; Quinto, Terminum ad quem.

Considera in rerum cum rebus concursu, Primo ADVERSIONEM seu relationem, Secundo INCLINATIONEM seu propensionem, Tertio APPULSUM seu incitationem, Quarto ADHAESIONEM seu approximationem. Quinto INCORPORATIONEM seu unionem.

Considera in vegetativo actu, quo tum interius tum exterius; tum animo, per obiecta cognoscibilia specierum; tum corpore, per alimenta in eius substantiam convertibilia: Primo ATTRACTIONEM, Secundo RETENTIONEM, Tertio DIGESTIONEM seu maturationem, Quarto DISTRIBUTIONEM seu applicationem, Quinto EGESTIONEM.

Compone in quocumque et ad quemcumque cuiusque huius scalae ordinis, primum gradum cum primo, secundum cum secundo, tertium cum tertio, quartum cum quarto, quintum cum quinto, DEUS, OCVLVS, PYRAMIS, ADVERSIO, ATTRACTIO, est harum prima collatio.

## CAPUT VII.

Labor. Domum coniugii et operis delineans, exagonum (1) circulo inscribo et circumscribo.

Exadis alta domus, quibus est firmata, notato,  
Ordinibus, quo sit sensu retinendaque imago.  
Heic circa finem gyro spectantur in uno  
Materies, Species, Tempus, Locus, Efficiensque.

(1) Il testo ha: *delineas exagonum*.

Atque Necessum, aequis qua edistant intervallis,  
Quando idem radius discriminat omnia, ut alte  
Distinxit radii, mens optima, (1) legibus orbem.  
Consimilem formam si circumponere gyro  
Concupias, facili perages totum arte, ubi quantum  
Materies medio de Fine amota recessit,  
Tantundem Archetypus methodo abiungatur eadem  
Materiae (2) a puncto: parili tractuque ferantur  
Obductum extra orbem, quanto clauduntur ab orbe, (3)  
Emissi a medio radii; facito ergo subinde  
Ut Ratio speciem excipiat, Tempusque feratur  
Ordinis in campum, Loca circumstantia tangant,  
Efficiens Instrumentum, Votumque Necessum;  
Ordine ut alterno in reliquum si fluxerit unum  
Extremum, Archetypum si scilicet ordo capessat  
Atque Instrumentum, quod in Archetypumque feratur,  
Et Votum iunctum Rationi, et stantia Circum  
Ambo illa adtingat, tantam claudatque figuram.

EXAGONI ANALOGIA AE EXADEM.

Ad numerum hunc crescit cum gnomone adaucta figura  
Illustris, puncti quam fluxus terminat unus,  
Cui (4) parti partes similes primae adiciuntur:  
Ceui capiunt triadis merito fundamenta prima  
Quot reliquae recto constantes margine crescunt,


(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Il testo ha: *Materia*.

(3) Questa virgola manca.

(4) Il testo ha: *Cu*.

Imparis accessu, (1) simili gliscente figura  
Perpetuo in speciem consurgit circulus unam,  
Exadis adiecto duntaxat robore Diae:  
Sic ubi consimili vultu natura patrasset (2)  
Omnia, quae Tellus tenet intus et aspicit extra,  
Dicitur Ideae propriae servasse tenorem:



Ut centrum est rerum pars credita principiumque,  
Se mole involvens, qua sphaeram educat, et inde  
Emicuit totum, et est finis terminus idem,  
Ac medium. Hinc partu senùm (3) distincta dierum,  
Seculorum genera esse vides. Venit hinc opus omne  
Faustum diversae diverso nomine genti,  
Quae vario lucis variae sub numine pausat.

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *patrasse*.

(3) *Senùm* sta per: *Senorum*.

Ergo operi numerus, numerique adiecta figura est,  
Pythagoramque ferunt, (1) genesi, vernisque hymenaeis (2)  
Aptatam voluisse orbis fabricaeque quadrantem:  
Nam trias est propriis consistens partibus (aiunt),  
Quae monas est primum par, primum imparque reclusa,  
Et numerum hunc geminata trias capit, (3) hic genitusque  
Finit ad aspectum terrae tot signa diei.  
Distinguunt totidem data tempora iniqua tenebris:  
Hac mensis radice venit. venit annus, et horae:  
Has primum in partes surgunt mox cum tria in illis  
Principium, medium, extremum distinxit: et isthaec  
Rursum principio, medio, extremoque resurgunt.  
Et numerum adcumulant quantum haec duplicata reponit  
Et triplicata tetras, trias et quadruplata, diasque:  
Hunc replicans numerum, reglarem, continuamque,  
Correptus domino fis hac ratione beatus.  
Eripiet senis de aerumnis (dixit Elyphaz)  
Te Deus, et tutum nequicquam septima tanget.  
Lucibus expectans senis, caligine fuletus,  
Dux Moses Lucem septenam venit ad illam,  
Qua fuit alloquio admissus cum numine felix.  
Observat servus dominum Indaeus Hebraeum  
Senis, septeno liber dimittitur anno.  
Nec fit terra ferax, nisi sexto pauset ab anno.  
Septimus ut sequitur requieta luce sacratus.  
Huc age convertas oculos: (4) domus ista Laboris,

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *hymenaeis*.

(3) Questa virgola e la precedente mancano.

(4) Questi due punti non sono nel testo.



Haec operis domus est, haec exadis una figura.  
Turribus ut constat paribus circumdata senis,  
Disiunctis paribus nihilominus intervallis :  
Hanc manus alta suis numeris construxit, ut eius  
Degeret in tecto memor horae fluxilis aevi,  
Segnitie temerata hominum ne vita recedat,  
Advigilare iubet sors et natura premedo.  
Cuique datum plus est virtutis (ne temere illam  
Se nactum noscat ) maiorque iniuncta laborum  
Ansa venit : licet huncque minus torpere veterno.  
Huïus ad exemplum, leges docuere Lyncurgi  
Frigoraque atque aestus et duros ferre labores  
A teneris pueros annis, ac suescere rebus.  
Parthorum mores, Brachmanarumque negarunt,  
Rorantis fluxu nisi contestante caloris  
Defessas vires, caris dare prandia natîs.  
Hoc fato obiecta ante oculos sunt praemia laudis,  
Temperat insignis recoquentes gloria curas,  
Ferrum quod teritur, splendet: quodque ocia ducit  
Non minus absumptum sub scabra erugine, tandem (1)  
Defunctum vilis succumbet pondere fati.  
Et dulce est meminisse, fuit quodcumque molestum,  
Ocia nec sapiunt, nisi condimenta laborum.  
Praeterquam si animam nactus videre suillam  
Prorsus, qua reputes laudabile, nobile, dulce,  
Aut dignum, (2) tibi quod patrii peperere labores.  
An dulcem somnum reputet, cui tempora lapsa  
Occurrunt segnis lucis? Num grata senectus

(1) Qui il testo erroneamente ha un punto.

(2) Questa virgola manca.

Ingenio quamvis stupido, cui perperam acta  
Vita fuit, fluxitque sua sine laude inventus?  
Occurres morti quasi qui non vixeris: ut te  
Praetereat forsau, dilato tempore, (1) vitae.  
Quin veluti nullo in precio calcabere fungus,  
Idolum miseri contemptus, opprobriique.  
An quicquam prodesse putas, miserande, labores  
Obiectans atavium, (2) dignos fructusque laborum, (3)  
Contectus galeae cristato robore, (4) picto  
Stemmatis insigni, tituli successor et haeres,  
At non virtutis. Forsau sceleratio ille  
Te haeredem sanxit sceleris. Nempe oia vitans  
Hoc fuerat studio, quo parta negotia tantus  
Deteriora daret quovis torpore, superbus,  
Mendax, immitis, crudus. violentus, avarus.  
Ne rerum facies haec te perterreat ardua,  
Quandoquidem officium promptum est quodcumque volenti:  
Usque adeo ut nihilum facile est, quod prorsus (5) idemque  
Non sit, (6) ab invitis tractatum, immane, lacertis.  
Inquirens, pulsans, urgens, facile esse videbit  
Quod non tentatum visum est operosius illi.  
At si cuique datum non est contingere metam  
Qua dignus palma est, quia tandem hoc spectat ad unum:  
Esto tamen qui, ni vincas, sis vincere dignus,

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Il testo ha: *atavum*, ed a me pare che stia per *atavorum*; perciò ho messo anche una virgola, che nel testo manca.

(3) Questa virgola manca pure.

(4) Questa virgola manca nel testo, che ha, invece, un punto dopo *picto*; a mio avviso, erroneamente.

(5) Il testo ha: *prorsu*.

(6) Questa virgola e le due seguenti mancano.

Dignus qui assideas victori proximus, atque  
Sorte negata habeas saltem consortia laudis.  
Turpe nec est vinci, quando videare decore  
Contendisse super. Sic non inglorius, inquit,  
Perfunctus vita, propere me involvo tenebris,  
Gallus, cui quamvis primo succumbere Marte  
Contigit, hoc satis est: licuit succumbere Marte; (1)  
Expendi robur, segnem carie, uda senectus,  
Gallinas inter, non morti obtrusit inertis.  
Pugnavi, multum est; me vincere posse putavi,  
(Quando animo virtus fuit illa, (2) negata lacertis)  
Et studium et nixus, sors et natura repressit.  
Est aliquid prodisse tenus; quia vincere fati  
In manibus video esse situm, (3) fuit hoc tamen in me  
Quod potuit, quod et esse meum non ulla negabunt  
Secla futura, suum potuit quod victor habere,  
Non timuisse mori, simili cessisse nec ulli  
Constanti forma, praelatam mortem animosam (4)  
Imbelli vitae. Virtus fuit aemula laudis  
Possibilis. Volui siquidem concurrere gallus  
Cum gallo, haud ausus corvus contendere cygnis,  
Rana bovi, perdix aquilae, cuculus philomelae,  
Cantu, praepetibus pennis, mole, atque colore.

(1) Questa virgola manca.

(2) Questa virgola manca.

(3) Qui il testo ha erroneamente un punto.

(4) Nel testo mancano questo punto e virgola, ed i due punti precedenti.

SCALAE EXADIS

PRIMUS ORDO.

Senarium numerum actionis, operis, motus, sponsalem vocaverunt Pythagorici: et Exagona figura, (I) illius est sensibile simulacrum: in quo mas cum foemina copulatur; ubi binarium par et ternarium impar coeunt, ut ex bis tribus generentur sex; sicut ex gyro et re-cta, quae est gyri radius, amplitudinis et altitudinis mensura in cir-culo, longitudinis latitudinis et profundi in sphaera comparatur. Hunc sequitur Secundus sponsalium numerus, Duodenarius, ubi tria coeunt atque quatuor: Tertius, ubi quatuor coeunt atque quinque.

---

FOEM. — <i>coitus</i> -MAS.	MAS- <i>coitus</i> FOEMINA
II — — — III	III — — — IV.
IV — — — V	V — — — VI.
VI — — — VII	VII — — — VIII.
VIII — — — IX	IX — — — X.

---

A Bono, pulchritudinis fonte, lux procedit; ab ipsa luce pulchritu-dineque, Amor. A qua triade, influxus per omnia, quasi radii a Sole: voces atque verba a resonante atque dicente proficiscuntur. Influxus ita per sex gradus, a supremo usque ad infimum, descendendo consistunt: sunt quippe primo in ipsa divinae mentis Idea. Secundo per universalem providentiam in ipsa mundanae animae mente. Tertio in qualibet particulari, quae singulis praesidet speciebus, mente. Quarto in singulis astrorum seu mundorum, ut Tellure, Luna, Sole. Quinto in vegetali virtute, quae universalis natura vocatur. Sexto

(1) Questa virgola manca.

in particularibus, a quibus omnibus in alia particularia aliquid effluit, et in quae omnia ab aliis influit particularibus.

Sub archetypo, et archetypum operum universi, sex gradibus constabat Thronus Salomonis: ascensus enim quasi opus atque motus, quo proceditur ad statum atque quietem, senario illo figuratur, nec certa sine ratione (non solum ornamento) singulos gradus gemini hinc inde leunculi terminabant.

In caelo sunt sex a Chaldaeis distincti diametri, quorum fines sunt capita duodecim signorum: quia reclarum linearum senarium duodecim terminos includit.

Sic de sex diametris, ad instar caeli, interpretantur Mecubales, duodecim fuisse institutas portas Hierusalem, Orientales tres, Occidentales tres, totidem Australes, Septentrionales totidem, ut et duodecim a sex diametris sunt cardines terrae.

Typice, sex dierum operatione, sex opera creaturarum edita (1) suo distincta ordine, protulit Moses: LUCEM, FIRMAMENTUM, TERRAM ab aquis se exerentem, VEGETABILIA, LUMINARIA, ANIMALIA.

#### SECUNDUS ORDO.

In similitudinem, qua Deum dierum senario caelum tellurem et omnia, quae apparent in eis, creasse dixit Moses; praeceptum ab eodem est, ut operi sex tantummodo dies destinarentur, sex annis seminarent, et omnino numerum hunc esse operis administrationisque omnis agnoscerent (2). Sex hominum paria operi suae, messis vel expiscationis, Christus destinavit, qui de septuaginta duobus discipulis duodecim (quos binos deinde mitteret) elegit: de quorum numero cum unus praevaticasset, quasi pro necessitate alter est designatus et suffectus, et sex signa, quae in duodecim horis diei sunt, operi ab eodem declarantur destinata. Et notandum, a Christo etiam in numero septuaginta duorum servatam fuisse senarii virtutem et duo-

(1) Il testo ha: *aedita*.

(2) Il testo ha: *agnosceret*.

denarii: numerus enim ille est in expansione duodenarii, et radice senarii consistens; duodecies enim sex sunt septuaginta duo. Itaque expansum numerum 72, contraxit in duodenarium, et numerum duodenarium contraxit in senarium, mittendo binos.

1		2		3		4		5		6	
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
6	12	18	24	30	36	42	48	54	60	66	72
78	84	90	96	102	108	114	120	126	132	138	144
		(1)									

Idem praeceptione servavit Deus, qui a Mose diffudit spiritum in septuaginta duos seniores. Septuaginta quidem qui starent circa tabernaculum, et duos, quorum alter dicebatur ELDAD, alter MEDAD, qui erant in castris: (2) ii omnes administrationi et gubernationi praeerant. De duodecim quoque tribubus Israelis, quadraginta quatuor millium numerum sibi signasse et segregasse dicitur Deus Israelis: qui numerus etiam a radice senarii derivat. Ante Thronum illius et super arcam duo cherubim sex alas habentes apparuerunt Iesiae, unde replicatum senarium, per primum suae progressionis gradum et secundum coitum, sunt duodecim alae. A sex diametrorum terrae cardinibus sunt duodecim venti, et sex diametrales ventorum oppositiones. Sex enim viae caedem, (3) aditus et reditus sunt subiectum.

(1) Il testo ha: 9 096.

(2) Questi due punti mancano.

(3) Questa virgola manca.

TERTIUS ORDO.

Senario rerum generatio adscribitur, qui sexuplo elementorum concursu efficitur. Est quippe per altum ASCENSUS, (1) et DESCENSUS, per latum PROGRESSIO et REGRESSIO, per profundum INCURSIO et EXCURSIO. Primus motus est ab imo ad altum. Secundus ab alto ad imum. Tertius a dextro ad sinistrum. Quartus a sinistro ad dextrum. Quintus ab internis ad externa. Sextus ab externis ad interna.

Sex vulgo motus species afferuntur. GENERATIO et CORRUPTIO secundum substantiam. ARGUMENTUM et DIMINUTIO secundum quantitatem. ALTERATIO secundum qualitatem, et LATIO secundum locum.

Lationis vero, seu motus localis, sex sunt species. INCITATIO qua quid ab intrinseco (2) suum corpus quasi interno citante agit. VECTIO qua aliquid portatur. PULSIO qua distans fit. TRACTIO qua propinquum. GYRATIO qua regulariter motum in eadem propinquitate et elongatione manet. QUASSATIO qua irregulari trepidatione agitur.

Sex ad actum atque complementum generationis concurrunt: AMOR, COITUS, SEMINATIO, CONCEPTIO, FORMATIO, PARTUS, quorum efficaciam a sex praefectis demanare aiunt Cabalistsae, qui nostro idiomate dicuntur: AMATOR, UNITOR, SATOR, COMPREHENSOR, PLASMATOR, ORIENS. Quorum figurae sunt IGNIS, AQUA, OLEUM, VENTUS, NUBES, LAPIS, in Exagoni sex angulis ordinatae (3).

Sex ii (4) actus in vegetabilium et omnium generatione, quaecumque sint, licet, (5) proportionaliter saltem, si non aperta similitudine, contemplari. Primo enim MARITATIO consistit in potentia propaga-

(1) Il testo ha: *asccensus*.

(2) Il testo ha: *intrinsicco*.

(3) Il testo ha: *ordinata*

(4) Leggerei: *eos*.

(5) Questa virgola manca.

tiva terrae (1) et in propagabilitate (exemplo ut uno utar) frumenti. COITUS, cum semen terrae committitur. CONCEPTIO, cum sepelitur putrescens. FORMATIO, cum novae prolis matrici species succedit. NATIVITAS, quando editur in lucem.

Sex in productione et producto licet partes adnotare, ad FULCIENDUM, ERIGENDUM, PROFERENDUM, PROTEGENDUM, ORNANDUM, MULTIPLICANDUM. Ipsa sunt: RADIX, STIPS, RAMUS, FRONS, FLOS, FRUCTUS. Itaque a semine ad semen egressio et regressio per senarium tanquam a mensura, radio per circulum ducto, orbis completur (2) universi circumferentia, ab efficiente.

DISTINXIT RADII TOTUM QUI LEGIBUS ORBEM.

Sex item in scientiae, (3) generatione concurrunt. OBIECTIO qua species, (4) potentiae praesentatur. (5) INTENTIO qua obiecto potentia applicatur. CONCEPTIO qua eius speciei recipitur simulacrum. (6) PHANTASIA quae sensibilem cum sensibili speciem componit aut disiungit. ABSTRACTIO quae, cogitativae virtute facultatis, ab individualibus denudat conditionibus. COMPLEXIO quae simplicem conceptum cum simplici (7), vel compositum cum composito, enunciando vel argumentando, (8) confert.

Sex adcurrunt in omni artificio: AGENS, IDEA, INSTRUMENTUM, MATERIA, ACTIO, FINIS, seu summa seu perfectio.

Sex in omni officio sunt concurrentia: CONSILIUM, VOLUNTAS, ARS, seu ordo, USUS seu exercitatio, VIS seu efficacia, ADMINISTRATIO.

(1) Il testo ha: *terrae*.

(2) Qui il testo ha una virgola, che ho trasportata dopo *circumferentia*

(3) Il testo ha: *scientiae*

(4) Questa virgola nel testo non c'è.

(5) Il testo ha: *praesentatur*.

(6) Il testo ha: *simulachrum*.

(7) Il testo ha: *simplici*.

(8) Questa virgola e la precedente mancano



Subiecta actionis sunt

- |                |                                   |
|----------------|-----------------------------------|
| I. Lex         | II. Religio.                      |
| III. Politheia | IV. Mercatura.                    |
| V. Disciplina  | VI. Feriae, Exercitatio,(1) Lusus |

Actionum genera sunt circa

- |                  |                                |
|------------------|--------------------------------|
| I. (2) Alimenta  | II. Medicinam in genere        |
| III. Indumentum  | IV. (3) Habitationem in genere |
| V. (4) Ornamenta | VI. Militiam in genere.        |

Actionum modi secundum primum genus sunt

- |                         |                          |
|-------------------------|--------------------------|
| I. Bene, Male           | II. Apte, Inepte         |
| III. Vere, Ficte        | IV. Simpliciter, confuse |
| V. Perfecte, Imperfecte | VI. Decore, indecore.    |

Secundi generis modi sunt

- |  |  |
|--|--|
| I. Architectonice, Mechanice             | II. Theorice, Practice.                        |
| III. (5) Oeconomice, Politice,<br>Ethice | IV. (6) Principaliter, Instrumen-<br>tali-ter. |
| V. Per se, Per alium                     | VI. Propter se, Propter aliud.                 |

Tertii generis modi sunt

- |  |  |
|--|--|
| I. Strenue naviter, Enerviter<br>ignaviter | II. Efficaciter, Perperam.                         |
| III. Duriter acriter, Molliter<br>segniter | IV. (7) Viriliter Intensive, Effeminate remissive. |
| V. Agibiliter, Operose                     | VI. Faciliter, Difficulter.                        |

(1) Il testo ha: *Exercit*

(2) Il testo ha: *II*.

(3) Il testo ha: *III*.

(4) Il testo ha: *VI*.

(5) Il testo ha: *II*.

(6) Il testo ha: *III*.

(7) Il testo ha: *III*.

Quarti generis modi sunt

- |                              |  |
|------------------------------|--|
| I. Audacter, Pusillanimiter  | II. Sollicite, Desidiose.                  |
| III. (1) Enixe, Negligenter. | IV. (2) Intrepide, Trepide.                |
| V. Expedite, Praepedite.     | VI. Precario libere, Serviliter<br>coacte. |

Circumstantium efficienti Primo in ordine sunt.

- |                                |   |
|--------------------------------|---|
| I. Convertens, Avertens.       | II. Flectens, Deflectens                          |
| III. (3) Approbans, Reprobans. | IV. Dictans, Edicens.                             |
| V. Animans, Deterrens.         | VI. Impellens, Obligans, Repel-<br>lens, Frenans. |

Secundo in ordine sunt

- |                                |                              |
|--------------------------------|------------------------------|
| I. Acquiescens, Abnuens.       | II. Permittens, Detinens.    |
| III. Adhortans (4), Abhortans. | IV. Dux, Abductor.           |
| V. Auxiliator, Impediens.      | VI. Administrator, Opponens. |

Compono a quocunque, et ad quemcunque cuiusque huius scalae ordinis, Primum gradum cum primo, et Secundum cum secundo, Tertium cum tertio, Quartum cum quarto, Quintum cum quinto, Sextum cum sexto: et videbis et facies, 1. AMOR, 2. LUX, 3. IGNIS, 4. ASCENSUS, 5. RABIX, 6. MARITATIO, 7. INCITATIO, 8. GENERATIO, est harum prima collatio.

(1) Il testo ha: *III*.

(2) Il testo ha: *III*.


(3) Il testo ha: *II*.

(4) Il testo ha: *abhortans*.

CAPUT VIII.

DOMUS QUIETIS. HEPTADIS IMAGINEM APPINGENS, HEPTAGONUM  
CIRCULO INSCRIBO ET CIRUMSCRIBO.

Ut seclum attingat septena cuspide caelum,  
Materies, in Opus quae promovet Ingenium omne, (1)  
Constituat mediam perfecte se inter utrumque,  
Commoda ut ambobus patiens substrataque fiat,  
Quando Opus Ingenio obiectum circumfluat usque ad  
Contactum gyri, ut hinc Virtus indeque Cura  
Occurrant, et iuncta, brevi venientia fluxu, (2)  
Aequae producto in dorso sint (3) Materiei:  
Ut qua Materies extremis distat utrisque.  
Septenis videas vicibus fulcrier orbem.



(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Il testo ha: *venientia, fluxu*; e questa virgola, e la precedente non ci sono.

(3) Il testo ha: *sint*.

Septena caelum facili dehinc cuspidē surget,  
Ut septena venit concresecens linea, tanto  
Per lateris medium punctum producta superne,  
Caeli extra septum, quanto compressa sub arcu  
Et latere est compressa minus quo non manet Aetas,  
Quam sit comprehendens Tempus. Sic ergo seorsim est  
Actio, Forma, Labor, Genius, Subiecta, Necessum.  
Quinis e costis docuit finita figura,  
Ut quaeque imparibus conflata est intus et extra.  
Gyro adscripta venit, quando circumfluit anghum  
Oppositus gyri vertex laterisve supremum.

HEPTAGONI ANALOGIA AD HEPTADEM.

Heptadis est altum septeno dente retusum,  
Ac rapida venit incerti vertigine fati (1)  
Quidquid ab immota pendet variabile mente.  
Cuspide septena praesento (2) numina septem hic. (3)  
Falcata senior dextra, qui membra parentis  
Abscidit, Elysium moderator Iuppiter orbis,  
Mavors ardenti rutilus qui cuspidē versat  
Imperia; aurati iubaris, mundi atria complens  
Robore flammanti; pollens aliis dea flammis  
Alma Venus: virga venerandus penniger Hermes,  
Et trivium in caelo, in sylvis spectata, et in orco,  
Tempora distribuunt aequali pondere, (4) secum

(1) Qui il testo ha un punto, che ho creduto trasferire in fine del verso seguente, dove manca.

(2) Qui il testo ha una virgola che non ci va.

(3) Questi due punti mancano.

(4) Questa virgola manca.

Quae totum revelunt, certa serieque reponunt.  
Muciber affabre haec caelavit numina septem,  
Thessalici ducis in scuto, cum tempora cuique  
Aptaret domino, (1) magni revolutio secli.  
Descendit circumgyrans ab Apollinis oris (2)  
Bacchus, principium captans a Sole, volucrum  
Usque ad Mercurium, qui te ad primordia Lunae  
Transmittit gyro in lucis spectanda secundae:  
Iuppiter ad Martem, ad Hermetem te Venus urget,  
Inque Iovem Saturnus agit, Sol in Veneremque,  
Falcigerum inque senem Lucina, ast ille redire  
Praecipit ad Solem, Bacchi remeantem ab oris.  
Atque ita, perpetua serie, septem illa gubernant  
Numina, seclorum prolem: dum bis duodenas  
Aequas in parteis revolutio facta diurna  
Constiterit, veluti duodeni, corpora, signi  
Momento, (3) varie vegetant. Sic Spiritus omnis  
Vitae ac fortunae parantur ob heptadis actus: (4)  
Atque futurorum vicibus pereuntia secla  
Materiam linquunt concessam, tempore certo. (5)  
Per tetradem deducta trias peperit duodenos,  
Ut trias adiecta ad tetradem dat nomina septem,  
Unde fluit miseros agitari terque quaterque;  
Atque alii consistunt terque quaterque beati,  
Ut cuncti, aut quidam sunt dextri, aut forte sinistri.

(1) Questa virgola manca.


(2) Il testo ha: *horis*.

(3) Questa virgola e due precedenti mancano: le ho messe perchè *duodeni signi* dipende da *momento*.

(4) Qui il testo ha un punto.

(5) Qui il testo ha una virgola.

Horas atque dies, et menses, temporaque anni,  
 Numina distribuunt rebus proprio ordine septem.  
 Septimū hinc hominis revelit discrimina, quique  
 Annus, fortunae ac vitae, qua nempe revisit  
 Ordia, aditque novos exorsus progenitura:  
 Hinc climacterem (1) atque scalarem nominatarunt  
 Illum prae reliquis, qui septenaria septem  
 Terminat; elapso hoc, (2) festum celebrare vetusti:  
 Sic septem ad primas species sunt cuncta relata,  
 Fortunis septem veniunt abeuntque: ita summus  
 Absolvit septem seclum pater ille diebus.

Dextra fortunae		Sinistra fortunae
<i>Beatitudines septem</i>		<i>Miseriae septem</i>
Adolentia	— ☿ —	Defectio
Scientia	— ♀ —	Ignorantia
Pulchritudo	— ♀ —	Turpitude
Divitiae	— ⊙ —	Pauperies
Robur	— ♂ —	Debilitas
Nobilitas	— ℒ —	Iguobilitas
Longaevitas	— ♁ —	Vitae brevitatis

Telluris moles lato et perspecta profundo,  
 Spiritus asseruit, (3) de septem partibus, unam  
 Obtinet undantem: septemque oculi omnia lustrant.  
 Principibus septemque aliis moderamina seeli  
 Nempe secundaeis (4) tribuunt decreta magorum;

(1) Il testo ha: *climacterum*.

(2) Questa virgola manca.

(3) Questa virgola manca.

(4) Sembra che il Bruno abbia coniato questa parola invece di *secundarius*, a simiglianza di *δευτεράτος*.

Sic annis luces distinguunt, lucibus horas.  
Hoc numero variare vices quoque Luna reperta est,  
Et septem circa hunc Solem discurrere Nymphas,  
Per gyrum vitae spaciosum, luce perenni,  
Nostrum pulsantes oculos, plaudente chorea;  
Atque super septem domus aedificata columnas, (1)  
Divinae Sophiae dicta est; septemque sigillis,  
Naturae arcanum conclusum; septimaque aurum  
Flamma probat, numero hoc sontes Lex expiat; inque  
Iordanis lymphis Syrus, quem septima lavit  
Unda, fuit Naaman, torpentis pondere leprae  
Excusso, laetus. Toties cadit atque resurgit  
Qui duplici vita potis est incumbere mentis,  
Legibus et fati succumbit pondere pressus.  
Tot vicibus Celtas, Syrus, Chaldaeus, Hebraeus;  
Postque ipsos, Graecus, Latialis presbyter, (2) isto  
Tempore cantandos per luces surgit in hymnos,  
Palladio vicibus septemque altare liquore  
Per septemque dies conspersum praecipit, atque  
Septenis sacrare manus suevere diebus,  
Et vitulos septem rapidis committere flammis,  
Sacrificos sancta decuit procedere veste  
Intectos, totidem per luces, nempe priusquam  
Offerrent munus primum, ac solemne, ministri.  
Collibus in septem Balaamus struxerat aras  
Nempe precaturus mala cuncta, per omnia secla,  
Saturni populo reparanti tristia secla.  
Qui reus in seculo crimen non expiat isto,

(1) Questa virgola manca; o l'ho messa, perchè *Divinae Sophiae* dipende da *domus*

(2) Il testo ha: *presbyter*.

Fertur, septenos functi protendere in annos,  
Pollicito septem vicibusque ignoscere fratri  
Iniunctum est, denis septenis parcere postquam  
Indulctum est vicibus septem, (1) per verba prophetæ.  
Per lucas etiam septem, ieiunia servant,  
Qui poenas proprio, sontes, (2) de pectore solvunt,  
Et functos vita numero hoc lugere dierum  
Concessum: totidemque immunda est foemina fundens  
Menstrua; et illius commercia foeda perosus.  
Qui non a tactu abstinuit, disclusus ab ara est.  
Septenis glauca latuit caligine Moses,  
Cum fieret viso Hebraeorum numine laetus:  
Rexque Nabucdonosor complevit tempora septem  
Caeli rore madens; in sylvis antra ferarum  
Incoluit ferus, haud hominum commercia passus.  
Septenis annis arsit Gog: mensibus inque  
Septenis iussus sepeliri, ut terra profani  
Munda foret. Post hæc nequam si spiritus exul,  
Quando iterum latebras desertas ille reviset,  
Consortes revehet secum septemque scelestos.  
Efflavit misero infelix de pectore septem  
Daemonia. ut numerum referuntur crimina ad istum:  
Præcipua ut septem constat cervicibus hydra, (3)  
A quibus innumeros in ramos spargitur inde.  
Balthasar expositus septemque leonibus, apte  
Indicat, ut septem uxores maris unius esse  
In gyro valeant, per alius dicta prophetæ:

(1) Questa virgola e la precedente mancano.

(2) Questa virgola e la precedente mancano nel testo; le ho messe, perchè *sontes* va con *qui*.

(3) Qui il testo ha un punto.



Tuti ne videant pavidæ discrimina mortis (1)  
An non pastores septem, terra Assuris, atque  
Nymbroti, (2) armato gladio conspexit et igne?

Vastator Sympson, pro septem crinibus ultro  
Intonsis, fertur mirandis viribus acer.

Pathmius hunc celebrat numerum persæpe propheta  
Auribus ut pleno insinuantur spiritu ab illo

Septem oculi, septem candelæ, labraque septem,

Tot coetus, totidem rutilanti corpore stellæ,

Cornua, cervices moustri, diademata, Reges,

Ora, tubæ, plagæ, phialæ, iræ, fulmina, montes.

## SCALAE HEPTADIS

### PRIMUS ORDO.

Septenarius est numerus Quietis, Gubernationis, Temporis, Laetitiae, et Triumphis, sicut thronus Salomonis sedesque regia post sex graduum ascensionem sequitur : nempe quies post motum, requies post laborem, post operationem consummatio, status post mutationem. Quiescere in septimo puncto non ex divina institutione modo : verum et ex aperta quadam necessitate, naturaeque ordine, consultissimum esse constat.

Perfectionem foederis, oblatione septem agnarum, cum Abimelech contestatus est Abraam. Tollentibus sacerdotibus septem buccinas, septies circumierunt Hiericho sub duce Iosue, ut funditus corruerent illius muri.

Numerus Probationis iuxta illud: Eloquia Domini argentum igne examinatum probatum septulum : Septies in die cadit iustus et resurgit.

(1) Qui il testo ha erroneamente un punto.

(2) Questa virgola manca.

Laudis numerus (1) iuxta illud: Septies in die laudem dixi tibi, Deus.

Adistentiae iuxta id quod apud Tobiam (2): Ego Raphael Angelus unus ex septem qui adstamus ante Dominum. Et Apocalypticus: Septem, inquit, spiritus qui sunt in conspectu Throni, septem quoque malo principatu principes adstant daemones, et septem nequioribus spiritibus, secundum omnes potentias, alligatur anima, et corpus foedatur. In cuius rei figuram septies lavit se Naaman, septies ungebatur altare, ad septem dies, et alia multa relata.

Numerus, quo per dona intellectus, in ultimo felicitatis gradu constituitur anima. Iuxta Salomonis sententiam, Sapientia excidit columnas septem aedificans sibi domum.

#### SECUNDUS ORDO.

Aliàs, septem hortos, septem mineras, septem greges, septem campos, septem legionum duodenaria, septem sylvas, septem domos, septem colores, septem gestus, septem figuras, septem caracteres, septem sigilla, septem nomina, septem carmina, septem lapides, septem gemmas, septem virtutes, septem vitia, septem favores, septem nocumenta; quae sunt attributa septem Planetis, explicabimus et examinabimus sub naturae gestibus, quae de vita, ad caelestium configurationum normam, comparanda dicunt Medici et Astrologi et alii, quoniam propriam, et distinctiorem exigunt tractationem.

Septem bene affectorum (3) principum dona: A Iove gubernandi facultas. A Marte animositas, et acrimonia. A Sole, sensus claritas. A Venere, ornata et gratiosa affectio. A Mercurio, solertia et interpretativum eloquium, (4) A Luna foecunditas. Per huius similis proportionalisque septenarii adeptionem, beati dicuntur Terque Quaterque.

(1) Il testo ha: *numeros*

(2) Il testo ha: *Tobiam*.

(3) Il testo ha una virgola.

(4) Il testo ha: *eloquium*.

TERTIUS ORDO.

Septem Platonici vacationis genera numerant: 1. COMPLEXIONIS TEMPERIEM. 2. Lucidam et subtilem MELANCHOLIAM 3. SOLITUDINEM. 4. ADMIRATIONEM. 5. ECSTASIM. (1) 6. PURITATEM. 7. SOMNUM.

Septem mensium intervallum, humanae speciei foetus in utero formatur. Septimo mense dentit. Septimo aetatis anno mutat dentes. Quarto decimo (Secundo nempe septenario) pubescit. Vigesimo primo (Tertio nempe septenario) adultus est in longum. Vigesimo octavo (Quarto scilicet septenario) adultus est in latum. Trigesimo quinto (Quinto septenario) adulto est robore corporis. Quadragesimo secundo (Sexto septenario) adulto est Indicio. Quadragesimo nono (Septimo videlicet septenario) adulta est, quaecumque praeditus esse Fortuna potuit. A Septimo Septenario (ab hoc inquam termino) fit declinatio (secundum universum loquor atque speciem, non autem iuxta particularium conditiones, quae ex perturbationibus materiae contingunt) ut omnia simul paullatim, lenteque in subiecto contempertiore (2) deluant, dentes, pili, longitudo, latitudo, robur, iudicium, sensus. Itaque homini per hebdomadas accidunt mutationes Geniorum, facultatum, fortunarum. Septem speciebus plenis succedunt inanes: septem bobus pinguibus, macilentae, et e contra, iuxta ordinarium cursum: sed rerum fato interdum prudentia maior: et methodus certa est eorum qui natura, libidine, et casu aguntur. Sed horum ultimos tutiores esse compertum habemus: et in rebus difficillimis quam prudentes et audaces extiterint, vel si cum aliquanta prudentia praecipitanter audaciam admiscuerint, ut Iulius Caesar, quia SOLLICITUDINE ADVERSUM ANTEVERTITUR FATUM.

Septem sunt DURATIONIS differentiae. Prima est AETERNUM et TEMPORALE. Cui subordinantur, perenniter, semper, quandoocumque, numquam, interdum, aliquando, quoties. .

(1) Il testo ha: *Ecstasim*.

(2) Il testo ha: *contempertiore*.

Secunda, ANTIQUM et RECENS, cui subordinantur, olim, dudum, iam, nunc, nullo vel paulo ante, multo vel paulo post, exoletum, inveteratum, (1) antiquatum, neotericum, (2) imminens, instans, remotum, ante hoc, vel post hoc, dum hoc. Senectus, Iuventus, Pueritia.

Tertia, PRAETERITUM PRAESENS ET FUTURUM, quibus adstat ante, nunc, post, heri, hodie, cras. Seculo et anno elapso, praesenti, et venturo. Item Aetate, Olympiade, Indictione, Mense, Die, Luna, Aestate, Vere, et alii mille iuxta tres hosce terminos. Anticipans, anticipatum, simul, in posterum, tandem, ad extremum.

Quarta, in PRINCIPIO, MEDIO, FINE, quibus adstant antea, dum, postea, demum, hactenus, modo, praeterea.

Quinta, CONTINUE FREQUENTER RARO, cui subordinatur Assidue, saepe, crebro, solito, non intermisit, alternatim, (3) quaecumque, toties, quoties, interim, pro more, extra morem, praeter consuetudinem, semel, bis, ter, pluries, usque.

Sexta, CITO, TARDE, cui subordinatur, longitudo, mora, diuturnitas, grandaevitas, maturitas, immaturitas, tempestivitas, intempestivitas, sero, lente, ocius, celeriter, brevi, citatim, raptim, contracte, actutum, repente, extempore, ex praemeditato, expectatum, non expectatum, (4) ex abrupto.

Septima DIURNUM NOCTURNUM, quibus adsunt, matutinum, vespertinum, ortus, occasus, diluculum, vesperugo, meridianum, merinoctium, et reliqua.

(1) Il testo ha: *inveterarum*.

(2) Il testo ha: *neoterisum*.

(3) Il testo ha: *alternatium*.

(4) Il testo ha: *non ex abrupto*: con cui par che manchi un termine della divisione.

CAPUT IX.

DOMUS

Octoadis imaginem appungo, et Octagonum circulo inscribo et circumscribo.

Octoadisque en hic numeri plenique figura,  
Iustitiae vera archetypus Samio sapienti.  
Scilicet haec numero pariter pare constituatur,  
Atque huic quo genita est similem genit atque propagat;  
Principium pariter parium primum atque elementum.  
Hinc suerunt festum numero solemnus isto  
Concelebrare, velut iuste solvendo (1) parenti  
Sacra, dei obsequio, (2) totidem absistendo diebus: (3)  
Utque decora cluit totidem de partibus illa,  
Quam circum splendent nitidis rutilantia flammis  
Numina, quae innectunt mortalia pectora caelo,  
Humanae mentis quibus illustratur horizon,  
Relligio, (4) Officium, Pietas, Constantia, Verum,  
Integritas, Probitas, Vindicta, et Gratia suavis.  
Aspicis ergo aedeis octono cardine cinctas,  
Ut Ratio est medians, cui vires octo ministrant  
Astantes circum: primum vis ignea Visus,  
Auditus pronis intentusque auribus, inde  
Phantasia species sibi componitque receptas,  
Et quae ultra sensum scandit *Ἡερίστια* primum,  
Et quae omnem sensus gazam ingenii que recondit.

(1) Leggerci meglio: *solvenda*; e pel senso, e per la metrica.

(2) Questa virgola e le due precedenti mancano.

(3) Questi due punti mancano.

(4) Il testo ha: *religio*.

Mnemosine. Post hanc Intellectiva facultas  
Proxima. (1) cui primo accedit Speculatio simplex.  
Tandem et Discursus de noto ignota receptans.

Accipe ut e medio haec tibi circumductio surgat:  
Quantalibet gyrum tribuat distantia primum,  
Illius hinc radius duplo conerescat, et aequum  
Concipiat gyrum reliquum cui continuetur,  
Et cuius centro radius finitur, ut amplus  
Circulus hinc fiat, (nisi sit tibi traditus idem,  
Dissectoque siet radio geminus tibi cyclus):  
Contactus punctum, quo cyclum parvulus unus  
Attingit reliquum, centrum tibi fiat, et illud,  
Quo scindit magnum, radii sit terminus eius,  
Quo minor est scissus mediocre et unus et alter  
Gyri, quod minimos arcu nectente gemellos  
Arcum definit, magni qui terminus eius  
Est lateris, vicibus quod totum sustinet octo  
Quo visum radiat directa cuspide Titau. (2)  
Dissecti lateris quantum infra punctus habetur  
Margine comprehensus, tantum venit angulus extra  
Circumscribendae formae octo lateralis.  
Namque sagittae pars, quanta est compressa sub arcu,  
Quam medius chordae punctus sustentat, (3) et extra  
Tanta habet et recipi: nam quando extrema coibunt,  
Perfectum est totum ut iuncta est cum cuspide cuspis.  
Dimetrus ex angulo oppositum quae tendit in anghum, (4)  
Consimilem gyro circumscribetque figuram,


(1) Questa virgola manca.

(2) Tutta la punteggiatura di questo periodo manca nel testo.

(3) Questa virgola e le precedenti mancano.

(4) Qui il testo ha un punto.

Si istud continue extremum circumfluat illud,  
Ut paribus constans numeris est quaeque figura  
Cyclo adscripta super, postquam est inscripta sub orbe.



### OCTOADIS SCALAE

#### ORDO PRIMUS.

Octonarius numerus Repetitionis, Iterationis, Loci, Inchoationis, et Regenerationis, Innovationisque est numerus, ideo imperfectus est, quia a numero septenario cadit. Anno octavo serit qui septimo quievit; Die octava laborare incipit, qui septima quievit. Septem dierum perfectus numerus complet statum generationis. Primus dies post septimum regenerationi, a Iudaeis per circumcisionem, et a Christiculis per baptisma, destinatur. Hinc foetus, qui octavum numerum subivit, tamquam ad exortus primos uterales revolutus, ineptus est ut vivat tamquam maturatus ad incunabala extra uterum capienda

quae in attactu ipso octavi, vel circa terminum septimi, feliciter ad-  
 riretur. Et aiunt quod si pater ad octavi mensis eos terminos concu-  
 buerit, foedata (1) cute affectum pucrum, et sordida complexione  
 inspurcatum faciet. Sed hic effectus non tam a numero, quam ab aliis  
 procedit accidentibus: sicut etiam quod refert Coelius de infante qui  
 octavo conceptionis mense, noctu, Saturno in statione prima in signo  
 Sagittarii ascendente, semivivus licet prodierit, remediis tamen et  
 fomentis medicis adiutus, facultatem vitae ad competentem usque ae-  
 tatis terminum est adsequutus: haec quippe et maiora per artem  
 contra ordinarium naturae cursum fieri possunt: quinimo nihil in-  
 telligo in natura particulare, cui necessitatem absolutam atque sim-  
 pliciter attribuam.

Hic numerus Pythagoricis Iustitiam significat, quod aiunt primus  
 est solidorum, primusque omnium inter numeros pariter pares, nem-  
 pe bis quaternos, qui mox in bis binos dividuntur, dispescitur. Bis  
 enim bini bis, (2) octonarium constituunt. Et Orpheus cum divinam iu-  
 stitiam vellet obtestari, per numina octo iuravit, quorum nomina et  
 praesidentiae sunt:

I.	<i>Vulcanus</i>	— —	<i>Ignis</i>	— —	<i>Caliditas</i>
II.	<i>Oceanus</i>	— —	<i>Aqua</i>	— —	<i>Humiditas</i>
III.	<i>Ceres</i>	— —	<i>Terra</i>	— —	<i>Frigiditas</i>
IV.	<i>Coelius</i>	— —	<i>Coelum</i>	— —	<i>Diaphanitas.</i>
			( <i>Nempe</i> )		
V.	<i>Apollo</i>	— —	<i>Sol</i>		<i>Lux</i>
VI.	<i>Diana</i>	— —	<i>Luna</i>	— —	<i>Fulgor</i>
VII.	<i>Phaenex</i>	— —	<i>Erus</i> (3)	— —	<i>Umbra</i>
VIII.	<i>Chaos</i>	— —	<i>Nox</i>	— —	<i>Tenebrae.</i>


(1) Il testo ha: *foedata*.

(2) Questa virgola manca.

(3) Parmi che *Erus* sia uno sbaglio, e che debba leggersi: *Erebus*.



Et in Musicis soliditatem quandam constituere comperitur.



SECUNDUS ORDO.

Octonarius numerus in genere corporeorum atque sensibilibum, utpote perfecte par, atque quadratus est, ut in aedificiis nostris, quatuor latera octo terminantur lineis punctisque primo, proindeque a numeris qui ab octonarii radice prodeunt, ut sunt sexdecim, trigintaduo, 64; et alii proinde in eodem pariter pares ordine. Sed pro loco, alius numerus aliis debetur locatorum speciebus. Exagonas enim apes sibi domos constituunt. Araneorum quaedam propter numerum tiliarum exagonas, quaedam tetragonas. Serpentum genus, avium, et ferarum plurium, rotundas. Reis trilatera loca et trilinealis figurae, tamquam indignis loco, tellure, sepulchroque, olim destinabantur. non


N. B. Credo utile transcribere le parole, che mal si leggono nella figura.

*Δις διαπασῶν systema maximum.*

*Octo modi musici.*

*Hypodorius, Hypopyrygius, Hypolydius, Dorius,  
Phrygius, Lydius, Mixolydius, Hypermixolydius.  
Systemata diapente binis modis communia.*

sine maioris (etsi defunctis) supplicii nota, ab iis qui id se non temere facere cognorant (1). Octo sunt adaequatae locales differentiae INTUS, EXTRA, SUPRA, INFRA, ANTE, RETRO, DEXTRORSUM, AD LAEVAM. Octo cardinibus secunda numeratione sub primis quaternis definiuntur Motus stationes. Sicut enim in caelo sunt, 1. ORIENS.



2. MERIDIES (3). 3. OCCIDENS. 4. SEPTENTRIO. 5. Punctus medius INTER ORIENTEM ET MERIDIEM. 6. Medius inter MERIDIEM, ET OCCIDENTEM. 7. Medius inter OCCIDENTEM, ET SEPTENTRIONEM. 8. Medius inter SEPTENTRIONEM, ET ORTUM (4). Ita octo sunt rerum vicissitudinem, termini distinguentes.

(1) Il testo ha: *congnorant*.

(2) Il testo ha: *merihies*.

(3) Il testo ha: *meridiēs*.

(4) Il testo ha: *Ort*.

TERTIUS ORDO.

Octo sunt in secundo ordine locales differentiae. Prima est DOMESTICUM ET PEREGRINUM, cui adsunt Alienum, Consort, Advena, Inquilinus, Indigena, Exilium, Patria, Peregrinatio, Lares.

Secunda LONGE ET PROPE, cui adsunt Abstans, Praesens, Adstans, Iuxta, Accedens, Recedens, Adactum, Abactum, Attingens, Adsidens, Absistens, Contiguum, Sepositum, Finitimum, Longinquum, Affine, Caelum, abyssus, profundum, sublime: aer, aqua, terra, penes, iuxta.

Tertia EXTERNUM ET INTERNUM, cui adsunt, (1) Circa, Intra, Intestinum, Insitum, Iniectum, Deforis, Centrale, circumferentiale, conceptum, partum, eductum, inclusum, exclusum, continens, contentum, comprehensum, circumscriptum, definitum, concavo, connexo.

Quarta DESERTUM ET TRITUM, cui adsunt, devium, pervium, inhabitatum, incultum, frequentia, desolatio, sublime, imum, mons, valis, clausum, hians, Gurges, Sylva, Charybdis, Fovea, Orcus, Civitas, Domus, Templum, Cenaculum, et reliqua.

Quinta SIMUL SEPARATIM cui adsunt, Intervallum, medium, spacium, iunctum, abinnetum, infixum, avulsum, continuum, discretum, haerens, semotum, unitum, distinctum, intercedens, consequens, contextum, copulatum, disgregatum, diductum.

Sexta CITRA, IBIDEM, ULTRA, cui adsunt Ante, Post, Retro, a Fronte, a Tergo, in corpore, in primo, in medio, in postremo occursum, ad caput, ad dorsum, ad pedes, ad caudam.

Septima OPPOSITUM CONCURRENS, cui adsunt, E regione, contra, ex adverso, diametro coniuncta, trigono, tetragono, exagonoque aspectu se respicientia: tanto spacio, tot signis, vel stadiis seposita; hoc vel illo situ figurationeque coordinata.

Octava APPOSITUM ET INCOMPOSITUM, cui adsunt, Commodum, in-

(1) Il testo ha: *adsunt circa, Intra.*

commodum, capax, incapax, configuratum, inconfiguratum, locatum nempe cum loco, adiectum cum subiecto, adiectum cum adiecto, subiectum cum obiecto, pars cum parte, pars cum toto, totum cum toto.

## CAPUT X.

### MUSA.


Eneadis imaginem descriptam do.

Enneadis domus explicita est exinde sacrata,  
Quam si nosse cupis, velut olim struxerit almus  
Musarum pater, huc mentis convertito lumen. (1)  
Finibus aequali distinctis intervallo,  
In senas postquam partes est circulus actus, (2)  
Hec centrum Mens est. Caeli via Apollinis axis  
Per Mentem archetypae penetrans usque ora Dianae  
Orbis qua facile in partes dispescitur aequas  
Illius ut dextram radius nempe atque sinistram  
Distinguit ternas in partes ut Bonitati,  
Quam prope Apollo Charis Bonitati est, huicque Diana  
Succedit: pariter caeli pars altera surgat  
Quantum ubi distantem Fortunam cernit Apollo,  
Tanto et ab Erigone est Fortuna hinc, inde Diana.  
Inde per Erigonem et Fortunam tramite iacto  
Perque Bonum et Charites qui ultro percurrat utrinque  
Ad geminas usque has quae in Apollinis atque Dianae  
Attingunt caelum punctis, unde angulus aequus

(1) Qui il testo ha una semplice virgola.

(2) Questa virgola manca.

Exibit quatruplex: Pluto hunc, et Iuppiter illum  
Obtinet; et reliquos, Saturnusque Oceanusque.  
Si mox per medium caelum Saturnus ad oras  
Oceani veniat, tangat Pluto Iovis altum  
In quatuor punctis caelum findetur utrinque,  
Qui quanto absistunt axis de cardine utroque,  
Tanto edunt arcus tractum laterisque petitum. (I)



(1) Badisi che per *Apollo, Bonum, Charites, Pluto, Oceanus, Iovis, Diana, Saturnus, Mens, Fortuna, Erigone*, e simili, si debbono intendere le lettere iniziali di queste parole, corrispondenti alla figura. Questa avvertenza valga per le figure somiglianti; altrimenti non s'intenderà nulla.

NONAGONI ANALOGIA AD ENNEADEN.

Alma trias numeri propriis si partibus ipsam  
Integram referat, primogenita Enneas exit:  
Nempe Hierarchiae triplicis vis, qua referente  
Tris (1) gradibus triadem, consurgit nonuplus (2) ordo.  
Mitte etiam ut trias est per se deducta, per omnem  
Et Monadem, et quidquid monadis de fonte resurgit,  
Innumeros rerum partus miro ordine signat,  
Celsum (3) et in obtutum specierum lumina mentis  
Promovet: atque ut se generatim cuncta propagent  
Edocet in propriam formam, effigiemque alienam.  
Inde novem toto numerantur in ordine Musae, (4)  
Ad numeros plectri moderantis Apollinis, altis  
Saltantes modulis: totidemque animae esse recessus  
Cernimus: ad mentem totidem perducere portas.  
Ut videt hoc animal, digestaque trutinat aure,  
Ut confert visa auditis, phantasiat, (5) ex iis  
Educit formis occulti plasmata sensus,  
Cogitat, et Meminit, Discurrensque arguit, atque  
Ad species Intellectus consurgit apertas.  
Hisce novem, veluti foeturae, mensibus inde  
Parturiunt, (6) nec enim se partus continet ultra.  
Symposium faustum, (7) numero de simplice adortum,

(1) Il testo ha: *Sis*, e non può stare: ho corretto *tris* usato in luogo di *tribus*.

(2) Il testo ha: *noncuplus*.

(3) Il testo ha: *celsumet*.

(4) Il testo ha: *musae*.

(5) Questa virgola e la seguente mancano.

(6) Il testo ha: *Parturiunt*.

(7) Questa virgola e le precedenti mancano.

In triadis minimo, Enneadis summoque quiescit; (1)  
 Ac de compositis, fundamine surgit ab isto  
 Formato per se (2) aut triadem, novies novem, aut ter.

ENNEADIS SCALAE

ORDO PRIMUS.

ENNEAS est Intelligibilium cognitionis et sapientiae numerus. TRIPLICEM celebrant Platonici trinitatem. PRODUCTORIAM, CONVERSORIAM, PERFECTORIAM. Harum Prima est Bonum, Intellectus, Anima. Secunda Mercurius per Rationem ad sublimia revocans: Venus per visum alliciens ad superna: Phoebus, (3) per auditum, (4) spiritum extollens: Mercurius ad Bonum quod est Voluntatis obiectum: Venus ad pulchrum quod est Intellectus obiectum: Phoebus ad Animam, quae numerus quidam est harmonicus, spectat. Tertia trinitas perfectoria, (5) singula, quae repetit in secundo ordine, superiori priorique adcommodat ordini. Per vitam ducit ad Animam, per cogitationem ad Intellectum, per voluntatem ad Bonum.

SECUNDUS ORDO.

Magi, Cabalisticæ, atque Platonici Christiani tres agnoscunt Angelorum totidemque cacodaemonum hierarchias: quarum in tres singulae distribuuntur ordines; quorum Infimos tres Areopagita appellat Purgantium: Medios tres Illuminantium: Supremos tres Perficientium: Illorum Hæbraica, Latina, et Persica nomina sunt vulgata. Horum figurae sunt novem gemmae.

Sardius	— —	Topacius	— —	Iaspis	— —
Chrysolithus	— —	Onix	— —	Berillus	— —
Saphyrus	— —	Carbunculus	— —	Smaragdus	— —

(1) Qui il testo ha un punto.

(2) Qui il testo ha uoa virgola, che ho levata, perchè *triadem* dipende pure dal *per*.

(3) Il testo ha: *Phæbus*.

(4) Questa virgola manca.

(5) Questa virgola e le seguenti mancano.

NOVEM PLANTAE.

Palma	— —	Oliva	— —	Vitis	— —
Ficus	— —	Amygdalus (1)	— —	Nux	— —
Pinea	— —	Laurus	— —	Myrtus (2)	— —

NOVEM ANIMALIA.

Aquila	— —	Homo	— —	Leo	— —
Columba	— —	Ovis	— —	Aries	— —
Turtur	— —	Cervus	— —	Taurus	— —

NOVEM ALIUS ORDINIS.

Accipiter	— —	Behemot	— —	Draco	— —
Leviatan	— —	Lupus	— —	Ursus	— —
Aper	— —	Mulus	— —	Equus	— —

SUB HIS NOVEM FELICES EFFECTUS.

Amor	— —	Votum	— —	Spes	— —
Gratulatio	— —	Consolatio	— —	Visio	— —
Possessio	— —	Honor	— —	Gloria	— —

NOVEM INFELICES.

Odium	— —	Ira	— —	Desperatio	— —
Invidia	— —	Indignatio	— —	Furor	— —
Luctus	— —	Contemptus	— —	Gehenna	— —

TERTIUS ORDO.

Tres fuerunt principio Musae, quas Pierius Macedo dicitur in novenarium explicasse. Quia novenario foetus humanus perficitur:

(1) Il testo ha: *Amygdalus*.

(2) Il testo ha: *Myrtus*.



nona quippe Luna a prima conceptione explicatur (1). Neque temerario quodam casu, poeticum opus indicans: (2) « Nonum prematur in annum » dixit ille: illius nempe numeros, Musarum numeris, absolutos, profundioribus exquirens. Nunc circa trium parentum singulas, trinam prolem, ut melius potes, considera. (3)

Novem sunt cognoscitivae potentiae in homine: VISUS, AUDITUS, GUSTUS, TACTUS, OLFACUS, PHANTASIA, COGITATIO, MEMORIA, RATIO.

Novem sunt in homine indicatoria: FRONS, OCVLUS, OS, LINGUA, BRACHIUM, MANUS, PENIS, GENUA, PEDES.

<i>Calliope — Clio —</i> — MNENE — — Urania —	<i>Terpsichore (4) Melpomene</i> — AVEDEN — — Euterpe —
MNEMO-     SINE	
Polyhymnia (5) Erato —   MELETEM —     Thalia   ———— 	

(1) Il testo ha: *explicatur*.

(2) Ho messo le virgolette alle seguenti parole, che sono di Orazio; *Art. Poet.* 388.

(3) Le tre parole intercalate ne' tre gruppi delle Muse parrebbero avere questo significato. *Mnene* starebbe per *Menene*, *μενοινή*, *animi agitata*, *impetus*; levata, per *sincope*, la prima *e*. *Aveden* sarebbe *ἀνδῆν*, *roem*, *sermonem*, pronunziato alla meridionale. *Meletem* sarebbe *μελέτην*, *curam*, *meditationem*, *exercitium*. Tutte tre rappresenterebbero le idee simboliche dei tre gruppi, in cui il Bruno ha spartito il coro delle Muse. Questa sarebbe la spiegazione suggeritami dal collega Kerbaker, a cui ne rendo grazie, e la quale parmi assai plausibile ed ingegnosa.

(4) Il testo ha: *Terpsichore*.

(5) Il testo ha: *Polyhymnia*.

Huc pertinent multae Veritatis et Intellectus Eneades, de quibus alibi proprius, ut circa Palladis statuam, in libro Triginta statuarum non edito sed scripto.

Novem sunt sub LUCE, OCULO, et VISIONE termini. Sub Prima, inquam, tres: REVELATIO, INSPIRATIO, DOCTRINA. Sub Secunda tres: FIDES, DISCIPLINA, DUBITATIO. Sub Tertia tres: EXPERIENTIA, APPLICATIO, CONTEMPLATIO.

Novem sunt sub CAECITATE, MALITIA, et IGNORANTIA (I) termini. Prima Addiscentis. Secunda docentis. Tertia doctrinae seu scripturae. Sub Prima tres, INDISCIPLINATIO, CONSUETUDO, CREDULITAS. Sub Secunda tres, ADDITIO, SUBTRACTIO, MUTATIO. Sub tertia tres, AMPHIBOLIA, CONTRADICTIONE, FORMATIO, in primo ordine. COLLECTIO, EXPLICATIO, DECLARATIO, in secundo ordine. OBJECTIO, SUBJECTIO, COMMENTATIO, in tertio ordine.

Novem divinae voci, cui omnes sensus (nempe infinite significanti, non ut ut nostrae definita intentione prolatae dictiones) iure optimo congruunt sub quocumque, qui verbis expressius aperitur, sensu, quem literalem scholastici appellant; quorum primus est HISTORICUS, quem Thalmuticum dicunt Iudaei, qui res gestas Dei, Numinum, et hominum aperit. II. PHYSICUS rerum sensibilibium naturam et ordinem insinuans. III. METAPHYSICUS, qui res divinas definit, vel de eisdem aliquid demonstrat. IV. ETHICUS, qui ea ad mores et exempla, quibus in nobis ipsis et ad alios reformemur, edicit. V. LEGALIS, qui affectus, opera, cultus, et ceremonias instituit, et aliis pro meritis distribuere et retribuere ordinat. VI. ANAGOGICUS, qui res unius scripturae vel partis vel voluminis significantes res alterius scripturae partis atque voluminis complectitur: a sensu item rerum visibilibium extollit percipiendum ex ordine, communiione, concatenatione, et analogia rerum ad res et a rebus. VII. PROPHEVICUS, qui per ea, quae de praeteritis habentur, rerum praesentium statum explicat aut etiam intelligit: vel qui de absentibus

(1) Il testo ha: *ignorantia*.

bus atque de futuris dicit vel etiam iudicat, per ea quae coram sunt vel praesentia: vel absque mediis sola concitatione (1) vocis, literaeque dictamine furit. VIII. MYSTICUS, qui sub aenigmate, et omnibus enumeratis sensibus impervio dictamine, claudit ea quae paucis vel nulli in praesentia revelantur: quem sensum Cabalisticum appellant Iudaei. IX. TROPOLOGICUS.


Non solum novem sensus in quacunque divina dictione (qualis est Mosis, Jobi, Davidis, Salomonis, et his similium Hebraeorum: Hesiodi, Orphei, Homeri, Sibyllarumque repentino furore accensorum ut vasa divinitatis eloquentis essent), sed etiam novies novem debebis adtendere, quandoquidem hi sensus non solum ad literae (grammaticae nempe rationis) expressionem sunt divisi: sed et certe in omnibus insiti, impliciti, adnexi, uniti. Sic enim in divini verbi sensu uno sunt omnes, ut sensus unus est in omnibus; quamvis alius alibi explicatur ad nostrum captum: quemadmodum mens eius, qui dicit, est omnia in omnibus: sensus enim divinus in litera est sicut in corpore anima: ubi corpus est secundum unam partem in uno, secundum aliam in alio spacio atque loco; anima vero (sicut vox et sonus) ut est in toto, et in quacunque parte, (2) tota est. Quinimo sicut anima a corpore non comprehenditur; sed sine modo (quem quilibet possit digne audire) corpus comprehendit: ita et divinus sensus per divinam literam non definitur, sed in sua infinitate et absolute extra atque supra illam permanet et extenditur. Interim nullus, absque expresso lumine, (3) sensuum se praesumat explicatorem: sed qui congruentia secundum omnia, et convenientia de arca ingenii poterit adducere: neque infelici grammatica illa pernicioza, imperitaque invidia, literae immensus augustissimusque (4) alligandus est sensus usque adeo balbutienti, ut

(1) Qui il testo ha una virgola.

(2) Questa virgola manca.

(3) Questa virgola manca.

(4) Il testo ha: *angustissimusque*: io l'ho corretto, perchè il *sensus augustissimus et immensus* mi pare in contrapposto della *litterae... balbutienti*.



neque ad sensus humanos explicandos sufficiens existit, ubi innumeris conceptibus, et intentionibus infinitis, certus definitusque vocum numerus debet inservire.

Propositum subiecto insinuamus archetypo: ita reliquorum singulos per se ipsos (nempe ubi una historia aliam significat historiam, una lex aliam, et unum quodlibet aliud eiusdem generis) atque per alios, (1) omnes sensus deducere docente: sicut signum A per A et reliqua octo deducitur elementorum. Ibi A significat Historiam, B Physicam, C Metaphysicam, D Ethicam, E Legem, F Allegoriam, G Analogiam, H Prophetiam, I Secretum.

(1) Questa virgola manca.

CAPUT XI.

MUNDUS.

Decadis donus et Archetypus, cuius simulacrum decagonum est appictum in Scuto.

Principium primum *Monas* et substantia prima,  
Verum, omne, existens, quo sunt vera, (1) omnia, et unum.  
Inde *Dias* rebus tribuens discrimina primum,  
Per quam diversa, et quae sunt contraria, constant.  
In *Triade* adversa et contraria currere in unum  
Compositum possunt, per quam omnia foedera fiunt.  
Per *Tetradem* solida est data consistentia, agensque  
Et patiens, locus, et tempus bene distribuuntur.  
*Pentadis* officio media, organa, sensus, et artes  
Pro modulo activum (2) passivaque proxima nectunt.  
*Coniugium* et rerum generatio ab exade perficit:  
Ad finem properans praxis motusque sub ipsa est.  
*Heptadis* est requies qua feriat omne laborans,  
Et consummatum semet reflectit in ipsum.  
Iustitiae archetypus comprehenditur *Octade*, qua res  
Servantur, servant, tribuunt, et grata rependant.  
Consimile a simile *Enneadis* deducitur usu,  
Tartarea ut novies lympha interfusa coerces.  
Simplicium numerum claudit *Decas* atque recludit.  
Fontibus ex istis quidquid coalescit in unum,  
Et numeri genus omne tenet, (3) genus omneque ad ipsam  
Respicit: hanc omnis ratio atque proportio spectat,  
Usu hominum, monadis repetens exordia meta est:


(1) Questa virgola manca.

(2) Leggerei: *activam*, usato per *activorum*.

(3) Questa virgola manca.

Immensi numeri parium impariumque reponit  
Haec species cunctas. (1) velit et discrimina cuncta.  
Accipe nunc veluti domus haec formata perenni  
Consistit specie, primae dictamine mentis,  
Fallere metriae quae comperietur ad usum.  
Circa Opus Ingenium magnum confluit in orbem  
Qui latere obtensus deno consisteret. (2) inde  
Lux ergo (3) Morphe ut circa ipsum lata repertum  
Subiectum capiet, gyri est ubi pervius illi  
Punctus gyranti. Morphe radio huic sociatur  
Et circum gyrat, quo fluxu Tempus et Aetas  
Occurrunt secta in maioris margine Cycli;  
Tunc si Subiecto nectantur Tempus et Aetas,  
E denis binas signasti in margine costas.

CONSTITUTIO GEOMETRICA.



(1) Questa virgola manca.

(2) Questa virgola manca.

(3) Stimò che *Ergo* si debba correggere: *Erga*: perchè le parole *Opus, Lux, Morphe*, come ho detto, stanno invece delle lettere *O, L, M*. La punteggiatura l'ho messa io.

Ibi AB extrema et media ratione dividitur, quando ipsi ad angulum rectum aequalis capitur AC. Moxque AB bisecta in puncto O, quanto distantia CO superat distantiam O A, tanta inter A G O capiatur A D, et habes primum propositum.

Mox triangulum aequicrurum habebis, cuius angulus ad basim duplus est reliquo, si B circumfluxum faciat circa A, ubi in peripheria aequalis ipsi BD adeommodetur BE, quod E fluat in A, et habes secundum propositum.

Tandem pentagonum facies aequalibus ipsi AD captis AF, EG, BH. Rursum aequales ipsi AB per punctum G fluente B, et per punctum H fluente E ducantur BK et EJ, et habebis tertium propositum.

Circulum circumscribes et decagoni puncta invenies si anguli externi infinite fluant 1. E per D. 2. B per F. 3. I per G. 4. K per H. 5. ut postea circa centrum, in quo se (1) fluxus intersecant, circumfluat A, et arcus Decagoni A M desuivantur pentagoni filii.

Quod si inscriptio pentagoni in dato circulo petitur, aut decagoni, circa rectam AN angulo EAB aequalem facies: et opere Solinj te ad portam Veneris, adducentis (2).

Ubi circulo pentagonum vel decagonum (3) circumscribere intendas, consule Oceani sigillum.

## SCALAE DECADIS

### PRIMUS ORDO.

Denario rerum genera distribuuntur, plenitudo nempe entis intelligitur explicari; quia et decem sunt rationes, quibus primum principium bonum atque causa rebus se communicat, diffundit, et applicat. Suum enim propter Esse ille producit I rerum Substan-

(1) Il testo ha: *inquoae*.

(2) Il testo ha: *ad duducentis*; e non ha la virgola precedente.

(3) Il testo ha: *detagonum*.

tiam, 2 sua Magnitudine Quantitatem, 3 Sua Pulchritudine Qualitatem, 4 Paternitate et Dominio Relationem, 5 Omnipotentia Actionem, 6 Omni agitatione Passionem, 7 Omnipraesentia Ubi, 8 Aeternitate Quando, 9 Providentia Dispositionem et Situm, 10 Plenitudine Habere.

Hinc Decem illi Indumenta (quae Sephiroth Mecubales appellant) adtribuuntur. (1) Indumentorum nomine celebrata, quia deum in substantia absoluta innominabilem et incomprehensibilem non significant, sed externis quibusdam respectibus, tamquam lucis inaccessibleis (2) velaminibus. Ipsa sunt EHIEH, HOCMA, BINAH, KEMER, NEZAH, HOD, TYIPHERETH, GEBURAH, MALCUTH, HESED. Hinc et decem quaestionum numero, omnis rerum et intentionum inquisitio, inventio, et iudicium definitur. 1. UTRUM, sub qua sunt tres differentiae: Prima affirmati et negati; Secunda crediti et dubitati; Tertia certi, rati, et ficti seu apparentis. 2. QUID sub qua sunt, Primo quid nomen; Secundo quod genus; Tertio quae essentia propria seu differentia. 3. QUANTUM. sub qua sunt, Primo Momentum, Secundo Numerus, Tertio Magnitudo. 4. QUALE, sub qua sunt, Primo naturales facultates, Secundo habitus et dispositiones, Tertio actus interni ut contemplationes, passiones, et externi ut figurae. 5. QUARE, sub qua sunt, Primo Causaliter, Secundo effectualiter, Tertio Finaliter. 6. QUATENUS, sub qua sunt, Primo Est, Secundo Potest, Tertio Agit. 7. QUANDO, sub qua sunt, Primo Duratio seu rei vita, Secundo Sideratio seu constitutio caeli, Tertio Ordo seu vicissitudinis ratio. 8. UBI, sub qua sunt, Primo ut in principio et conservante, Secundo ut in genere, loco, et patria, Tertio ut in partibus et subiecto vel toto. 9. QUOMODO, sub qua sunt, Primo sub alio. Secundo in se, Tertio ad aliud. 10. QUO, sub qua sunt, Primo concomitans, Secundo Possessum, Tertio Medium, via, et instrumentum. Quae sane decem vicissim se ipsis

(1) Il testo ha: *ad tribuuntur.*

(2) Il testo ha: *inaccessibilis.*



snisque speciebus et subalternatis singula formant omnia, et (ut in Enneadis figurae irradiationibus est manifestum) formantur ab omnibus.

Decem subsunt ex quinque differentiis veri species.

	Fuit,-----	{	<i>Semper</i>	1.
		{	<i>Aliquando</i>	2.
Circa praesens <i>nempe est quod</i>	Fuit, et est,	{	<i>Semper</i>	3.
			<i>Aliquando</i>	4.
	Fuit, est, erit,	{	<i>Semper</i>	5.
			<i>Aliquando</i>	6.
	Est, et erit,	{	<i>Semper</i>	7.
			<i>Aliquando</i>	8.
	Erit,-----	{	<i>Semper</i>	9.
			<i>Aliquando</i>	10.

In primo ordine est VERUM. In Secundo ortus Solis, et Eclipsis. In tertio meam numerationem esse vel futuram hanc. In quarto me numerare. In quinto me numeraturum quod nunc numero. In Sexto me (cum numeraverim) numerare. In septimo me numerare vel numerasse. In octavo me simili tempore numerasse vel (cum numerem) numerare. In nono verum me numerasse. In decimo me praeterisse hos numeros.

Decem habemus entis species (accidentia enim (1) entis, et circa ens, in serie creaturarum, nec a Mose nec ab alio sapiente, enumerantur.) 1. ABYSSUS, seu umbra, et spacium. 2. LUX Mosi primogenita. 3. SPIRITUS, aer, aether, animus. 4. AQUA Mosi, seu natura humida Trismegisto (2). 5. ATOMUS Democrito, Arida Mosi, Terra Empedocli: (3) quinque primaria simplicia, quibus totidem succedunt composita. 6. DIU ex simplicee lucis substantia cum spiritu vel Animo, qui votis et iustitia delectantur. 7. DAEMONIA ex aqua ex spiri-

(1) Il testo ha: *n*.

(2) Il testo ha: *trismegistos*.

(3) Questi due punti mancano.

tu, quae delectantur sanguine plura : quorum minus impura odoribus vegetabilium et aromaticis capiuntur. 8. ANIMALIA secunda, ut Astrorum corpora, et eorum quae in iisdem sensu donata vivunt, ut in Tellure, Luna, et Sole. 9. PLANTAE, arbores, et herbae. 10. MINERALIA, Lapides, Metalla. Inter haec sunt quae speciem propriam constituentia non habentur, ut Ros, nix, coruscatio, flamma, nubes, quae inter simplicia sunt atque perfecte (ad quorum perfectionem tendunt) composita. Lapides ex alto cadentes et fulgora ad mineralium genus pertinent, etsi (1) in matrice Telluris non fieri videantur. Zoophita inter animalia et plantas sunt, quae ad utrumlibet possis reducere genus; dum in alterius ordine supremum, alterius vero serieimum tenere gradum possint. Inter quaelibet duo similiter genera medium est, quod hac ratione capias, quando continuatione concatenationeque quadam, a supremo ad imum naturae scala deducit. Interea nullus denario numero rerum distributioni convenientior apparebit.

SECUNDUS ORDO.

Denarius est numerus completus et perfectus (2) ex numeratione hominis: designatione nempe quae ex digitis est. Significanter et naturali adcommodatione ad digitorum manus conformitatem quinque volumina legis, nempe Pentateuchum, Moyses exaravit: Christus ad duo praecepta dilectionis tanquam ad duas manus, et Mosaiacas tabulas, Legem redegit suam. Utraque subinde Lex, decalogi expressione, digitis omnibus manuum, operum distinctionem significantibus, notatur, quorum ordo respondet: 1. UNITATI, 2. VERITATI, 3. BONITATI, 4. AMORI, 5. PATIENTIAE, 6. LIBERALITATI, 7. SINCERITATI, 8. FIDELI, 9. ABSTINENTIAE, 10. CONTINENTIAE: et ad hunc sensum moraliter referunt quod dicitur in libro Iobi, Deum signasse in manibus hominum, ut noverint singuli opera sua. In denario

(1) Il testo ha: *et si*.

(2) Il testo ha: *perfectus*.

ergo operabilia, operumque instrumenta sunt constituenda; sed operis tempus et media senarium exquirere, fuit in superioribus ostensum. Aristoteles non fortuito inquit: sed natura omnes tum Graeci, tum barbari usque ad decem numerant. Sed naturam illam non explicat, quia scilicet digitorum explicatione et complicatione, nec non articulorum, qui in iisdem sunt, notatione cogimur, (1) vel muti vel silentes, exprimere. Et in quarta Telluris parte, quam Americam dicimus, discalceatum hominum genus, quam nos in decade, ipsi in vigenario (digitis nempe pedum quoque numerationi adsignatis) periodum, unde monadem repetant, constituunt. Sic ergo non temere a nobis dictum est, aliis speciebus alios ex digitis et profundioribus causis esse numeros, sicut et articulorum, et, quae ex articulis, figurarum: pluribus enim avium (si numerant) octonario digitorum numerus terminatur: et araneae et apes iuxta numerum crucium, hedras et angulos domorum faciunt. Patet igitur qua ratione expresse ad hominis speciem periodicus numerus sit denarius. Eius ergo figura linealis est circulus, qui cum monade valet 10. Plana duo circuli, qui cum monade valent 100; Solida tres circuli qui cum monade valent 1000; et sicut non sunt plures dimensiones tribus, ita digitorum periodus ad periodum articulorum tantum triplicata deductione crescit. Sic Plato ad culpae deletionem utitur numero Denario, Centenario, Millenario, qui ex denario consurgunt. Unde illud: (2) «Centum erant annos volitantque haec littora circum», et «Hos omnes ubi mille rotam volvere per annos» Rursuque incipiet in corpora velle reverti». Apocalypticus devinctam intelligit bestiam annis mille. Et Danieli numerus idem cubitus unus appellatur. Nee non Origenes, Christianus Theologus, et Philosophus Platonicus, tempus hoc tribuit tenebrae et lucis vicissitudini.

(1) Questa virgola manca.

(2) Questi tre versi, che ho virgolati, sono del VI dell'Eoide, un po' modificati dal Bruuo, che evidentemente li citava a memoria. Ond'è facile correggere nel primo verso: *errant* invece di *erant*; nel secondo *has* invece di *hos*; nel terzo *Rursus et incipiant*, invece di: *Rursuque incipiet*: che sono corsi parte per negligenza del tipografo, parte per fallo di memoria nell'autore.

TERTIUS ORDO.

Decem circulis sphaera tum visibilis tum invisibilis definitur. HORIZON Apollonio (1), in libro de tribunalibus, spirituum est duplex illorum, ordo superior et inferior, maior et minor; ubi maior influxum impresionemque facit in minorem: ille secundum quosdam intelligit animas nostras in minore, daemones vero in maiori: secundum alios duas Hierarchias, quarum altera alteri praesidet. Ili, ut dicit Astaphon in libro Mineralium constellationum, et in tetradis scala notavimus, in intersectionibus circulorum contemplantur. O quanta (inquit) virtus est intersecationibus circulorum, et quam sensibus hominum occulta! (2) Cum caput Draconis in sagittario exstiterit, Diacedio lapide posito in aqua, (3) naturaliter spiritus ad dandum responsa veniunt, qui lapis, tactu corporis hominis mortui (non aliorum animalium), virtutem amittit. MERIDIANUS qui idem et merinoctialis circulus a loco Meridianos Daemones appellant: pro quibus dicit Hypparchus in libro de cautelis naturae: Ut sol in linea circuli meridiei decipit elevantem, sic spiritus per umbram homines decipiunt: quia in rei veritate non potest haberi ascendens, et ii qui volunt de futuris iudicare, inde principium habent erroris. Et ego, in libro de sphaera, errorum istorum causam detego, et meridianum a meridie aversos inquirere doceo. COLURI solstitiorum (4), et COLURI aequinoctiorum rationes expressimus, quatenus exprimi possunt, atque etiam ad sufficientiam usque debent, in iis quae de scala tetradis adnotavimus, quatuor in (5) species, quae quatuor elementis praesident, et eorum naturas differentias et vicissitudines suis vicissitudinibus, naturis, potentiis, actibus, atque figuris referunt, quatuor illa cardinalia puncta

(1) Il testo ha: *Appollonio*.

(2) L' ammirativo manca.

(3) Questa virgola manca.

(4) Il testo ha: *Sol stitiorna*.

(5) Il testo ha: *inspecies*.

tenent et observant radios solis in illis. TROPICUS capricorni non habet intelligentias, quae ad nostratum usus pertineant, sed omnis cultus et superstitio ad TROPICUM cancri convertitur, cuius distantiam a circulo Arctico duplam ait Salomon, in libro umbrarum, ad maximam Solis declinationem: et distantia poli Arctici duplam esse ad maximam declinationem vitae (1) coeli. Hinc Cicco Asculanus (2) (tempus lucis nactus) Principem spiritum, qui Floron dicitur, et duplici virtute distat ab Asmito, a quo tandem male magus ille miser perditus fuit et deceptus: sed non deceptus, quia illius caput deberi elevari super populum Romanum praedixerat in umbra ex speculo chalybeo, (3) sed cum minime omnium id formidaret, fuit in patibulum (4) sublatus Romae, in campo Florae. Invocatione rite facta, decepit etiam Massiliensem, sed non decepit (5) thesauri inquisitorem cui dixerat: Vade vade, invenies Thesaurum quod tibi per totam vitam sufficiet: sed cum ille, effossa montis caverna, invenisset quatuor auri uncias (6), ruina obrutus interiit, et cadaver inventum est habens aurum in manu. Regi Manphredo irrisit dicens: irruite in campum hunc et inclinabuntur vobis inimici vestri, quem caeso exercitu conquestum iussit respicere hostes, qui iacentia cadavera spoliantes inclinabantur. Interrogatus ab Asculano de umbra Lunae respondit: Ut terra terra est, humiditatum est terra: si totam umbram habueris, te non decipiet sicut umbra. Interrogatus de Thesauro fur-tim abrepto (7), ubi lateret, dixit: (8) inter pabulum, stabulum, et oratorium. Sed alia via inventum est in sepultura quae erat in templo. Nulli favent nisi fortasse quibus se sponte offerunt. Qui eos quaerunt

(1) Forse sarebbe da leggere *vias* in luogo di *vitae*.

(2) Il testo ha: *Aesculanus*.

(3) Il testo ha: *chalybeo*.

(4) Il testo ha: *patributum*.

(5) Qui il testo ha una virgola.

(6) Il testo ha: *uncitas*.

(7) Il testo ha: *abrepto*.

(8) Il testo ha: *D. Inter*.

importune, (1) infelices sunt et desperati homines, et certe supplicio non indigni. ARCTICUM circulum potentissimi et perniciosissimi hostes hominum dicuntur tenere, iuxta illud : Ab Aquilone pandetur omne malum. Unde non temere refert propheta, Principem Samaelem dixisse: Sedebo in monte Testamenti in lateribus (2) Aquilonis, ut similis altissimo siem (3); et istos circulum arcticum incolentes nobilioris (4) esse naturae, testatur Salomon hebraeus, et quidam christiani necromantae dicunt, eorundem relatu, eos a Cherubin Hierarchia superiore propter superbiam deturbatos. ANTARCTICUM circulum incolentes ita alloquitur ille in libro de Umbris: O Antartici manes, divinitate depulsi, cur tantae naturae nobilitas videtur astringi speculo mineraliae (5)? Respondent enim tum ex speculis, tum ex statnis, aureis, argenteis, stanneis, et aliis. ZODIACUM, variatis vicibus, vagi sicut planetae, (6) septem principes tenent (quorum vulgata ab aliis sunt nomina), de quibus, in Heptadis Scala, (7) pro sua ratione meminimus. ECLYPTICA linea occultum et simplex genus habet citra quatuor illa puncta, de quibus in scala tetradis et alibi commemoravimus. Sed hi (8) parabolice loquentes, aliud intelligunt: egoque non multum plusquam explicetur.

MENSURAE EPILOGUS.

Nititur ut varie mensuram agnoscere vitae  
Signis distractus palma divinus, et eius  
Producti parteis sulci qui defluit alto,  
Nempe Iovis monte, et Veneris sublime perambit

(1) Questa virgola manca.

(2) Il testo ha: *lateribus*.

(3) Forse sarebbe da leggere: *fiam* in luogo di *siem*.

(4) Il testo ha: *nobilioris*.

(5) Forse sarebbe da leggere: *minerali* in luogo di *mineraliae*.

(6) Questa virgola e le precedenti mancano.

(7) Questa virgola e le precedenti mancano.


(8) Il testo ha: *his*.

Et triquetri Martis latus unum creditur: haud hunc  
Certo Iudicio certis et Legibus aptum  
Principium ad artis metriae forte reportant.  
Cum tamen id firmo verum consistere sensu  
Concessum cunctis, atque experientia (1) ab omni  
Parte probet vitae spacia ut subiecta notentur  
Haec paria imparibus spaciis: certaue remissis  
Lege tamen semper, nec non satis ordine certo.  
Totius ergo eius defluxus puncta notato, ut  
Ternum aequo a geminis punctum abstans intervallo  
Sistat sub geminis, tractus basis inde recurvae  
Excipi ab opposita punctum medium patiatur  
Cuspide, protensusque sui vestigia linquat  
Fluxus. Hic octonas in parteis scinditur aequas  
Vultque parallelas per septem iungere fines  
Nectendo adversum geminum latus: inde recurvae  
Rimanti parteis primas hoc ordine agendum.  
Alternae e septem quatuor capiantur ut illae  
Unius exaequant totidem partesque recurvae  
Quando parallelaeque tomos capientur ad omnes  
Atque sigillatim subiectis ordine dicto  
Obtineant fines cum rectis semper eosdem.  
Quo circa exiguo a curvo nihilominus nobis  
Temporis a magna quam quantum parte refertur  
Rectas ac tantas subtendas partibus hisce  
In triquetrum similis generis migrantibus ut sic (2)  
Omnia perspicue signis clarentur eisdem

(1) Il testo ha: *experientia*.

(2) Qui il testo ha una virgola, che mi sembra debba precedere l'*ut*. Ad ogni modo in questo capitolo lascio la punteggiatura invariata.

Quorum eadem est ratio: siquidem experientia monstrat  
Casibus e variis qui emenso tempore vitae  
Occurrunt tali metrum variante tenore  
Continue et aequae ratione feruntur iniqua.  
Propterea in simili compressa recurva trigono  
Perpetuo veniat similes partesque capessat,  
Cuspis ut Arcturi et Saturni Horoscopus aptant  
Partibus hinc similes bene partes substituentur,



Consimilique modo aequae distent disque secentur.  
Pro exigua tandem rectam statuendu' recurva  
Non multum errabis, quia sensus indicat ipse  
Subtilis iactus quae non manus adsequitur.  
Nempe acies parvo in spacio medium, mediique  
Ulterius medium et quod circum cernere tanto  
Perfacili certoque magis conamine debet



Quanto alios sensus praecellit luminis actus  
Ac minimum tandem rectum, minimumque recurvum. (1)  
Consimili in puncto tantaque in sorte coibunt.  
Nam minimum a minimo numerus discriminat unus.

FIGURAE EPILOGUS.

Organon ecce tibi tandem generale reperto  
Quo valeas (2) cunctas ad amussim expromere formas.  
Non opus est medium varium per singula signumque (3)  
Obiectis reparare novis: sed cuncta per unum  
Perficies Cyclum, cuius distinguere limbum  
In multas lubeat parteis exactius ut vis  
Inde opus educi. Porro sit adusque tomorum  
Denum distinctus numerus (4) bissegmine semper.  
Sex tantum a primo fundamine continuante  
Non intermissa serie ut veniatur ad illud  
Subiectum spacium cuius medium atque quadratum  
Duotaxat fines liceat comprehendere sensu,  
Scilicet ut medii medium a quo forsitan errans  
Errorem haud subeas quem perspectiva notare  
Possit, quique minus naturae accedere rei  
Quae vix momento mensuram servat eandem,  
Nec sibi respondent per cunctas corpora parteis  
Temporis ad multum quantumlibet intervallum  
Corporis alteritas veniat comperta oculorum  
Iudicio. Iccirco haudquaquam speciem temerabis

(1) Anche questo punto, è chiaro, che non ci va.

(2) Il testo ha: *valeat*.

(3) Il *que* finale rimane eliso dalla vocale seguente.


(4) Il testo ha: *numerum*.

Naturae externam si finem amplectiue quadam  
Comprendas. Atqui cupiens captare per artem  
Cuncta per Areturi mucronem pesequitantor.  
In parteis radii simili serie exeat, atque hic  
Per (1) gyrum variando locum loca cuncta notare  
Aptius amborum punctorum nomine possit,  
Eius nempe quod et limbus quodque area monstrat.  
Nec prohibet quicquam quin sit protensior extra  
Limbum per longum radius quia plurimus usus  
Inde venit praesertim ut maguas atque minores  
Instrumento uno formas describere possis  
Commodius quorum hoc subiecto adponitur extra  
Aut medium, reliquo stantem intra obiecta oculosque.  
Nam sic per punctum radii limbique notantur  
Quilibet in plano fines ac terminus omnis,  
Consimilesque dabit quaecumque proportio formas.  
Quin etiam interdum gemino si operabere filo  
Te gemino limbus numero informabit, ut inde  
Non sit opus radio rebus quas fimbria gyri  
Comprendat. Rursum poterisque aptare trigonum  
Cuius de lateris medio ac de cuspide fila  
Tendantur, ratioque venit percommoda saepe haec.  
Porro ubi non multis numeris formanda figura est,  
Quamque Geometrae confirmet calculus, heic tu  
Obiecti circa centrum describito gyrum  
Aequalem vacuo quem vis formarier (2) ut mox  
Productis aequos rectis capientibus arcus  
Quae vel consistant, aequatis finibus intus

(1) Il testo ha: *Pergyrum*.

(2) Il testo ha: *formarior*.

Comprensae aut aequo ducantur ad extrema tractu  
Quaelibet hinc fiunt certe, tomus, orbita, finis,  
Costa, basis, facies, punctus, margo, angulus, apta.



FINIS.



# INDEX (1)



TOM. I.

## LIBRI PRIMI.

De Immenso et Innumerabilibus et Universo.

CAPUT.

1. De Divum munere.
2. Consuetudinem credendi esse impedimentum maximum cognitionis.
3. Caelos non esse, sed aethereum unum spaciū circa omnia astra : sicut circa Tellurem et Solem. Duo item esse astrorum genera, Soles et Tellures.
4. Contra sensum et rationem esse universi finitatem.
5. Neque Tellurem, neque ullum quippiam consequenter, esse in medio. Cometas item esse planetas omnino, et tellures seu mundos cum hoc unum specie.
6. Consequenter non est ultima superficies mundi.
7. Indifferens esse spaciū extra hunc mundum ab eo quod complectitur ipsum.

(1) Lascio questo indice, come fu composto dal Bruno, senza riscontro di pagine, perchè serve da compendio delle dottrine contenute nei due poemi da noi pubblicati. Seguirà poi l'indice con la numerazione per comodo de' lettori.

8. Longe exorbitare definitionem loci et locati Aristotelicorum.
9. Idem quod in septimo ostendit.
10. Quatuor argumenta ad idem.
11. Perfectionem huius mundi non tollere; sed confirmare pluralitatem et infinitatem numeri aliorum.
12. Probatur ex potentia infinita activa, quam necesse est esse: quaque impossibile est sine passiva esse.
13. Probatur idem ex virtute nostrae imaginationis, intelligentiae, et appetitus, ex efficacia item elementalī.

## LIBRI SECUNDI.

### CAPUT.

1. Mala vel bona, vera vel falsa principia, seminaque etsi minima siut, totam tamen substantiam complectuntur.
2. Primum Aristotelis argumentum contra immensitatem ex motu universi circulari diluitur.
3. Secundum Argumentum eiusdem ex motu elementorum vanescit.
4. Tertium argumentum ex terminis localis motus avertitur.
5. Digressio de dissolubilitate mundorum, idest astrorum; et de infinita atomorum, hac de causa, evagatione.
6. Quartum argumentum solvitur quod est ex aliis motus speciebus: et quomodo sit et non, actio et passio infinita.
7. Quomodo in infinito ubique actio sit finita: et positis ab Aristotele casibus, aliisque omnibus quos invenire possimus, non sequatur actio infinita neque passio.
8. Ad quintum argumentum Aristotelis quod plura specie, distincta, infinita non tollunt unum infinitum universum.
9. In infinito spacio infinita esse finite mobilia, Infinitos esse soles, idest fixas stellas, et tellures, id est, planetas, et non esse compertum planetarum numerum circa hunc solem, neque spectabilem circa alios.
10. Ad sextum Aristotelis argumentum captum a corporis figuracione et termino. Universum esse infiguratum, Mundos vero necessario figuratos et finitos.

11. Ad septimum Aristotelis argumentum, ostendendo nimis phantasticam esse peripateticam illam scalam naturalium substantiarum atque corporum.
12. Ad octavum Aristotelis quod est a perfectione universi: ut universo Aristotelico omnis insit imperfectio.
13. Probatur ostensi universi perfectio ex hoc et cum hoc quod infinitum est.

## LIBRI TERTII.

### CAPUT.

1. Ex ordine cognoscendi et experiendi naturali, concordantia substantiae reliquorum mundorum, seu stellarum cum nostro hoc mundo plusquam persuadetur.
2. Id ipsum sensibus importunius et vehementius obicitur ut ipsam tenenti astrorum habitationem, et pervadenti caelum.
3. Tellurem non plus esse in medio, quam quemcumque ex aliis mundum.
4. Tellurem ita Astrum maculosum et caelum Lunae, quemadmodum Luna Telluri; ita sine macula stellam Veneri sicut Venus Telluri est.
5. Solvuntur argumenta quibus sibi persuadet vulgus philosophorum, Tellurem esse in medio grave crassum et ponderosum, plusquam alia sint astra, corpus. Et elementum ignis nullum esse tale, quale illi affirmant, et ordinem illum elementalium sphaerarum omnino ludicrum et ridiculum.
6. Nullum esse motum circa medium, nullumque prorsus esse in natura circulum per geometricam amissim definibilem. Neque aliquo pacto regulariter in velocitate et tarditate possibilem.
7. Hinc infertur ineptissimam imaginationem esse illius anni mundani, qui eadem quasi numero effecta reportet et ad omnino eandem constitutionem atque synodum redeant astra.
8. Urget unum esse spacium immensum pro coelo, pro astris vero duas species, planetas tellures, et aplanes soles.
9. Adducitur sensus et sententia laudabilis Nicolai Copernici
10. In quibus sublime illud ingenium defecerit. Quomodo Sol et quo-

modo alia moveantur Astra. Mercurium et Venerem esse in eodem orbe cum Tellure et Luna, et eodem annuo motu agitari circa Solem et consequenter non posse nobis fieri proximiores sole.

TOM. II.

LIBRI QUARTI.

CAPUT.

1. Adducuntur septem argumenta quibus Aristoteles cum sua academia autumat substantiam stellarum et coelestem esse aliam a substantia Telluris et huius aetheris quod est circa Tellurem.
2. Omnia illa et quotquot adduci possent alia dilunantur somnia.
3. Manuducuntur altercatores et in ipsum quasi coelum inviti rapiuntur, ut primo Luna in alteram Tellurem experiantur, mox Venerem et Mercurium in substantia eadem, atque Analogia ad Solem.
4. Infertur a Luua Tellurem esse in specie Lunae, a Venere in Veneris claritate conspicuam.
5. Quo ordine, quibusque gradibus appropinquatione et elongatione, Telluris et aliorum astrorum species varietur.
6. De horizontis natura in universo, et distinctione illius ac magnitudine.
7. De mundi istius vultu et illius, si a Sole hunc prospiceremus.
8. Solem esse Astrum fixum et fixa omnia eiusdem esse speciei, quae, quia remotiora sunt magis atque magis, minora videntur et non ita nobis illustria. Neque pari ab aliquo puncto abstant omnia discrimine.
9. Rursum de Indifferantia corporum illorum a Telluris corpore secundum genus, et speciem, qua cum planetis conveit et apparentibus cometis.
10. Non esse aliud circa Lunam quam circa Tellurem.
11. Tellurem totam habitabilem esse intus et extra, et innumerabilia animantium complecti tum nobis sensibilibum tum occultorum genera.



12. Deuuo excurritur contra illius stelliferi orbis gyrantis circa Tellurem, phantasiam.
13. Ut Mundorum synodi in universo, et particulares mundi in synodis ordinentur. Ut singulorum varios oporteat esse motus. Numerumque planetarum circa hunc solem non esse perspectibilem, neque circa alios secundum aliquam partem sensibilem.
14. Distinctio iater aerem et aethera: AETHERA non esse ignem, neque substantiam aliam elementalem, sed ipsum spacium et inane in quo pura et sincera capitur efficacia ignis, id est, Solis cum luce, vel aquae, id est, Telluris cum umbra.
15. De principio quo movetur Tellus et alia astra, et partes in Tellure et aliis et omnibus animantibus et extra illa.
16. Ad idem propositum plura.
17. De Rotunditate Telluris et astrorum ex umbra et elevatione et suppressione polorum, ortu item et occasu siderum temere collecta a vulgariter philosophantibus. Et de variis circa idem propositis opinionibus.
18. Qualiter figuratam oporteret esse terram cum reliquis elementis si principia starent Peripatetica; utque talis figuratio neque naturae, neque sensui neque principiis illis consonare possit.

## LIBRI QUINTI.

### CAPUT.

1. De compositione omnium ex iisdem elementis: et ut omnia sint in omnibus et de numero sensuum, et principiorum motivorum nobis occulto.
2. Ut plurima astra diversimode a medio Sole distantia eosdem possint vitalis favoris gradus participare; et de impossibili illa aequidistantia a medio astrorum in tanta innumerabilium diversitate.
3. Certissima ratio distinguendae maioris minorisque distantiae cuiusque sensibilis solis a nobis. Sed non Geometrica norma.
4. Idem demonstratur aliis signis apertius.
5. Cur tanta Tellurium multitudine stante, soles non eclypsentur. Osten-

- diturque ut non semper maiore opaco intermediente eclipsatio sequatur.
6. De legibus quibus Luna et Tellus se habent inter se et ad Solem; Et infra certum spacium tellures non appropriare soli, sicut neque soli uni sol alius. Et non esse locum quo de astrorum magnitudine demonstrative quispiam possit definire.
  7. Triplex adducitur mundi significatio: et longe alius infertur ordo in universo et mundo, quam vulgus cum suis philosophis existimet.
  8. Motum annum Martis Jovis et Saturni circa Solem aut non differre aut non multo differre a motu annuo Telluris Lunae Veneris et Mercurii, quorum medius motus omnino est aequalis.
  9. De ordine elementorum in compositis et ordine compositorum in universo, et ut omnia in omnibus.
  10. Iterum et forte pluribus inculcatur id quod in septimo capite dictum est de opinione vulgi.
  11. Assertio propria repetitur.
  12. Astra omnia cum Tellure esse eiusdem generis, ex iis nempe elementis. Planetas vero et cometas eiusdem speciei omnino. Tellurem item esse animal. Partes Telluris omnes habere animam, hancque mirabili sorte etiam in lapidibus comperimus.
  13. Comparatio maris ad corpus Telluris tanquam valde exiguae partis, Comparatio item aquae per universum ad terram.

## LIBRI SEXTI.

### CAPUT.

1. Postquam de infinita magnitudine universi tanquam continui unius disputatum est; incipit persequi de infinitate mundorum secundum multitudinem. Primum autem declaratur nomen mundi.
2. Ut mundum intellexisse debent antiqui cum innumerabiles dicerent mundos.
3. Adducit primum Aristotelis argumentum.
4. Solvitur illud, et ostenditur qualis sit verus motus corporum naturalium et partium quae sunt in iisdem.

5. Omnes partes ad omnia fieri loca et sub omnibus formis, atque con-  
temperamentis succedere posse. Certasque tum in mundo cum in uni-  
verso loci differentias non esse.
6. Tellurem non esse gravem, Terram conlatam tribus aliis quæ vul-  
gus appellat elementis esse potius levissimam omnium, quam gravis-  
simam, vel gravem.
7. Persequitur idem propositum ex mutua proportione membrorum et  
partium Telluris cum partibus et membris animalium.
8. Unde sit Gravitās, Quid sit gravitas; Quid sit sursum. Qualis sit na-  
turalium circulus.
9. Naturam et Deum concordare in omnibus, et specialiter mare non  
stare repressum ne illabatur super terram: non enim plus elevatur  
super terram quam terra super ipsum. Mitto montes et scopulos et  
insularum emergentiam.
10. De altitudine maris et collatione inter aerem qui est in corpore Tel-  
luris et aquas in specie simpliciore. Mitto humorem qui est ubique.
11. Elementa nulla naturæ potentia, nec ullo actu ab invicem esse se-  
parata, et primo ostenditur terram non esse sine aqua, et aquam esse  
fundamentum terræ et firmamentum necessario.
12. Terram non absolvi ab aere. Tellurem undique et ubique porosam  
spirituque plenam esse.
13. Ignem a terra et aqua præcipue non plus absolvi posse quam a se  
ipso.
14. Distinguitur ignis in duas species. Et calor alius est ab anima, et  
spiritus quidam animalis est; alius vero deforis peregrinus.
15. Infertur ignem una significatione esse in Sole, alia in spiritu astro-  
rum, sicut alia in accensis, alia in aethere, alia alibi propter materiæ  
diversitatem.
16. Ex opinione libri ad Alexandrum de mundo, et expressis peripate-  
ticorum principiis sequitur (quod ipsi non colligunt) necessario mul-  
tas esse ignis sphaeras.
17. Motum astri et partium in astro esse similem; sed partes obligantur  
tandem toti et rapiuntur ab eo: totum vero libere movetur.
18. Decipitur Aristoteles existimans maiorem distantiam a proprio loco  
imprimere maiorem impetum ad propriam sedem.

19. De vera cometarum substantia, nempe quod sint nihilominus astra quam Tellus et reliqui planetae et nusquam differre specie.
20. Aliud argumentum contra pluralitatem mundorum.
21. Solvitur Aristotelis argumentum colligens rerum finem ex determinatis cuiusque motus terminis.

## LIRRI SEPTIMI.

### CAPUT.

1. Suadet iis qui nostras non capiunt rationes, ne perperam a vulgi et sibi magis adcommo sensu deficient.
2. Eos qui momentum vulgaris philosophiae cognoscunt, utpote in quibus plus valet iudicium quam fides, facile posse nobiscum convenire.
3. Adducitur Aristotelis argumentum duplex contra mundorum pluralitatem, alterum ex hoc quod materia locus et tempus non est illic, alterum a distinctione duplicis motus et duplicis mobilis substantiae.
4. Adducitur tertium Argumentum a ratione pleni et inanis, Quartum a ratione unius et primi motoris, Quintum a triplici sorte loci.
5. Sextum argumentum ab impossibilitate diversorum centrorum. Septimum a contactu plurium in puncto. Octavum a spacio quod inter plures attiguos esse debet.
6. Nonum argumentum ex hoc quod nulla est ratio qua potius una debeat quam alia numeri specie. Decimum ex hoc quod convenientius tota materia in unam conveniret massam quam in plures disperderetur. Undecimum ex superfluitate plurium, et sufficientia unius. Duodecimum Theologicum inde, quia incongruum est potentiam passivam credere activae pariter respondentem. 13. Quia civili coordinatione non constaret. 14. Quia contactu mutuo, mutuum praerberent impedimentum. 15. Quoniam mundi per actum generationis non sunt multiplicabiles. 16. Ex eadem fere causa qua Undecimum.
7. 8. 9. Usque in finem libri praenumerata solvuntur argumenta.

## LIBRI OCTAVI.

### CAPUT.

1. Multos ad philosophiam adspirare, paucos eam vere quaerere, hosque omnes etiam invenire.
2. Sunt qui somniant et putant vigilare fere omnes, pauci intelligunt se somniare; quorum alii somnum excutiunt, alii somnii speciem mutant.
3. Potente facere infinita et faciente finita multi hominum essent laudabiliores.
4. Palingenius excussit somnium de finitate universi, et subivit somnium infinitae extra mundum lucis, et phantasiis plurimis aliis est immersus.
5. Mundum immaterialem et intelligibilem non coordinari localiter et consuetudinaliter cum mundo corporeo, ideo ad evitandum vacuum spacium non oportet confugere ad naturam cuius non est replere spacium, quod Aristoteles etiam ipse cum Platone fecit et Palingenio. Idemque esse extra Tellurem, et alia astra et perperam mobile illud concludens omnia caelum fictum, pro quo impeditus est Palingenius et alii ne verum infinitum et innumerabilitatem caperent mundorum qui sunt Tellures ipsae, astra ipsa, quorum omnium unum est firmamentum, caelum, locus, spacium.
6. Confirmat intentum quia eadem rerum facies (quae est a Tellure ad alia astra, cum ea quam necesse est esse ab astris aliis) ad Tellurem semper, undique et circumquaque continuat: et deinceps alii Palingenii errores corriguntur.
7. Lux physica in sua distinguitur significata.
8. Lucem, imaginem, et umbram non moveri ullo pacto.
9. Separatas substantias non esse, et ideas certis, quibus a Platonicis significantur, modis.
10. Divinam lucem aequivoce dici cum luce sensibili et principio eiusdem, et non esse sursum deorsum, vel plus intus quam extra, sed tota ubique, quia est substantia et essentia vel absoluta a toto, vel tota

coniuncta toti, ideoque non potest dimensionaliter spacium replere infinitum vel finitum.

Pluria et alia continentur in capitum contextu, quam tituli possint breviter ostendere; ideo: Legendum.

## De Monade, Numero, et Figura.

### CAPUT.

1. De imaginibus et figuris, et simulacris
2. De virtute monadis et Circuli.
3. De Diade et Diagono.
4. De Triade et Triangulo.
5. De Tetrade et Tetragono.
6. De Pentade et Pentagono.
7. De Exade et Exagono.
8. De Heptade et Heptagono.
9. De Octoade et Octagono.
10. De Enneade et Nonagono.
11. De Decade et Decagono.

Cum eorum Schalis, et ordinibus, et gradibus.

---

# INDICE

---

## De Immenso et Innumerabilibus

Liber IV. . . . .	pag.	1
Liber V. . . . .	»	111
Liber VI. . . . .	»	167
Liber VII. . . . .	»	242
Liber VIII. . . . .	»	286
De Monade Numero et Figura . . . . .	»	323






Philos  
B898

Bruno, Giordano  
Opera Latine conscripta  
recensebat F. Fiorentino. vol.1. Part

DATE	NAME OF BORROWER
June 18/59	M Avison NKSC July





UTL AT DOWNSVIEW



D RANGE BAY SHLF POS ITEM C  
39 15 28 12 08 002 0